c Neq; ut ſæpe off. *Hic conſequenter oſtendit, quòd emundatio no. Te. perfectior eſt. Et diuiditur in duas. quia primo oſtendit propoſitum. ſecūdo ad hoc adducit ſimile, ibi: Et quemadmodum. In prima parte facit talem rationem. Illa emundatio, quæ non reiteratur, quia ſemel facta ſufficit, perfectior eſt quàm illa, quæ reiteratur pluries propter ſui imperfectionem. Sed illa emundatio, quæ fiebat a pontifice veteris legis in feſto expiationis quolibet anno reiterabatur. expiatio facta per Chriſtum ſemel tantum facta eſt: quia eius unica paſſio ſufficit ad deletionem omniū peccatorū. ergo eſt perfectior & hoc eſt, quod dicitur:* Neq; ut ſæpe offerat ſemet. *id eſt Chriſtus pontifex.*

Diuiſio

d Quemadmodum pontifex. *ueteris legis.*

e Intrat in ſancta per ſin. an. in ſan. alieno. *quia aliter ſequeretur inconueniens. ſ. quòd Chriſtus pluries debuiſſet pati a principio mūdi, ſicut & ſacerdos veteris legis intrabat per ſingulos annos ſanctumſanctorum pro expiatione peccati populi Iſrael. Nunc autem ita eſt, quòd ſicut pontifex ueteris legis intrabat ſanctumſanctorum pro peccato populi Iſraelitici, ita Chriſtus paſſus eſt pro ſalute totius mundi. quia incępit a principio creationis, ſicut populus Iſrael a datione legis. Et ideo ſi Chriſti oblatio eſſet iterabilis, debuiſſet frequenter pati ab origine mundi, ſicut pontifex legis quolibet anno intrabat ſancta a datione legis. & hoc eſt, quod dicitur:*

f Alioquin oportebat eum fre. pa. &c. *Et quia hoc eſſet inconueniēs, ideo ſubdit Apoſtolus:*

g Nunc autem. *id eſt tempore gratiæ.*

Semel

*Chriſti, qui per ſpiritumſanctum ſeipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiam noſtram. Reſpondeo. Non eſt hic intelligendum, quòd ſolus ſanguis Chriſti fuerit oblatus pro nobis, imo tota humanitas eius. & hoc patet ex autoritate inducta in qua dicitur, obtulit ſemetipſum. Fit tamen mentio in hac oblatione ſegregatim de ſanguine Chriſti, inquantum fuit ſeparatus a corpore, tamen vtrunq; eſt de oblationis integritate. propter quod in ſacramento altaris, quod eſt memoriale ipſius oblationis, conſecratur ſimul caro & ſanguis, tamen ſub ſpeciebus diuerſis, ſicut in illa oblatione fuit ſanguis ſeparatus a carne. Similiter anima Chriſti fuit pro nobis oblata, inquantum per paſſionem fuit a corpore ſeparata ad ſatisfaciendum pro nobis. Iohan. x. c. Animam meam pono pro ouibus meis. Et ſic patet, quod tota humanitas pertinet ad Chriſti oblationem ſeu ſacrificium. Quod autem hoc habeat perfecte rationem oblationis uel ſacrificii, patet, quia ſacrificium in lege fiebat triplici de cauſa. Primo ad tollendum peccatum. propter hoc in lege dicebantur aliqua ſacrificia pro peccato. Secundo ad gratiam conſeruandum. propter hoc in lege dicebantur aliquæ hoſtiæ pacificæ. Tertio ad hoc, quòd mens hominis perfecte Deo uniretur per amorem. propter hoc in lege offerebatur holocauſtum, quod totum incendebatur ad honorem diuinum. Iſta autem tria proueniunt nobis a Deo mediante humanitate Chriſti pro nobis oblata. quia per hoc peccata noſtra ſunt deleta. Apocalip. 1. b. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et gratia collata, Iohann. 1. b. Gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Et porta gloriæ aperta, in qua fit hominis ad Deum vnio perfecta. Propter hoc dicitur infra ſequenti capitul. Habemus fiduciam per ſanguinem eius in introitu ſanctorum. Et ſic patet, quòd ſacrificium Chriſti fuit perfectiſſimum, quia continet in ſe perfectiſſime uirtutem omnium ſacrificiorum, ſicut perfectio diuina continet in ſe vnitiue & eminentius perfectiones omnium creaturarum. Ad primum igitur dicendum, quòd effuſio ſanguinis Chriſti poteſt referri ad duplex principium. Vno modo ad ipſos effundentes: & ſic fuit Deo abominabilis. & ſic fuit peccatum grauiſſimum. Alio modo ad voluntatem ipſius Chriſti patientis, qui uoluntarie ſe obtulit paſſioni ex charitate maxima: & ſic fuit Deo acceptiſſima. & hoc ſecundo modo habuit rationem oblationis & ſacrificii, non autem primo modo. Ad ſecundū patet ex dictis, ꝙ oblatio ſanguinis innocentis in ſacrificiis Gentilium habet ſimilitudinem cum illis, qui occiderunt Chriſtum. & hoc modo*

¶ non habet



A ¶ *non habet rationem ſacrificii, ut dictum eſt, & ideo non eſt ſimilitudo ſacrificii Chriſti ad ſacrificia illorum.*

In ca. ix. vbi dicitur in Poſtil. Aureum habens thuribulum & arcam Teſtamenti circuntectam ex omni parte auro.

### ADDITIO.

In arca Teſtamenti, quæ erat in ſancta ſanctorum nihil erat incluſum, niſi tantū duæ tabulæ lapideæ, quas ibi poſuerat Moyſes, ut habetur expreſſe. iij. Reg. viij. b. Vrna autem habens manna, & uirga Aaron erant coram illa arca, ut habetur Exodi. xvj. & Numeri xvij.

### REPLICA.

In ca. ix. vbi dr̄ de arca Bur. q̄ nititur ſępius oportune, & importune ſaluare dicta S. Tho. & aliorū, non curat hic ſaluare ueritatem literæ, cui tn̄ ille honor dētur, ꝙ potius debemus putare nos intentionem literæ non intelligere q̄ cōtradicere. Hic aūt plane dimittit literam apoſtoli tanq̄ cōtradicentem literæ. iii. Reg. viii. Nā hic dr̄, ꝙ in arca erat urna hn̄s manna, & uirga Aaron, quæ floruit. ibi aūt dr̄, ꝙ nihil erat in arca niſi duæ tabulæ &c. quæ vr̄ manifeſta cōtradictio. Circa quam dn̄am laborat dupliciter circa locum allegatū de iii. Reg. Vno modo, quòd litera illa debeat intelligi principaliter: apoſtoli autē occaſionaliter. quia arca fuit facta, ut tabulæ ibi reponerentur, ſed poſt urna & uirga occaſionaliter in memoriam ibidē repoſitę ſunt. Alio modo, quòd factū fuit quoddam ſcamnum appenditium ad latus arcæ, in quo urna & uirga reponebantur. Et ideo amplius dicit illa fuiſſe in arca, nō quòd intrinſecus, ſed in appenditione quod unum cum arca cenſebatur. & ſic quidem exponunt, quod dicitur Deute. xxxi. g. de libro legis Pones eum in latere arcæ &c. C

a ¶Quia non neceſſitate, ſed uoluntate pro peccatis eorum mortuus eſt.
bus expectantibus ſe in ſalutem per fidem.

## GLOS. ORD. CAP. X.

*VMbram e.* Probauit ꝙ ſemel mortuus, ſed quare vel ſemel? Quia lex non poterat perfectos facere, ideo agnus ſine macula erat offerendus.

*b Non ip ima.* i. veritatē, vt in pictura vſq; quo ponat qs colores, quędam eſt ſubtractio. Vel ſubtractio vmbra quædam eſt, nō imago, cum uero flores ipſos colorū, quis impoſuerit, tunc imago efficitur.

*c Accedentes.* Pōtifices ꝑ ſingulos annos in ſanctaſanctorum cum eiſdem hoſtiis licet indeſinenter offerrent, nūquam tamen &c.

*d Cul. ſe.* Vna hoſtia Chr̄i pfectos facit, & ſi millies peccāt nō īdigēt alia, quia ſufficit ad oīa, & oēm cōſciam a peccatis lauat, qđ nō vetus. ſi. n. hoc faceret, nō eſſet opus iterari. Sicut medicamētū cum fuerit forte, & ſalutis efficax, et ualēs cūctā ualitudinē repellere, ſemel impoſitū totū operatur. Si vero ſp imponitur, manifeſtū iudiciū eſt nō contuliſſe ſalutē. Sic quia illis ſacrificiis nemo curabatur, frequenter offerebant̄.

B

*e Commemoratio.* Nō abſolutio, infirmitatis accuſatio, non virtutis oſtēſio. pp infirmitatē ergo oſtendendā, & ut memoria pctōrū fieret, imperauit Deus illa ſp offerri. Et ſi nos quotidie offerimus, recordatio mortis eius eſt: & hęc hoſtia una eſt, nō multæ, qa ſemel tm̄ oblata eſt. Nec a malis hoībus multi Chr̄i offerunt̄, ſed vnus ubiq;, et ſemꝑ plenus, ubiq; vnum corpus, ſemel oblatus nunq̄ conſumit̄. Qđ nos agimus recordatio ſacrificii eſt, nec cauſa infirmitatis ſuæ repetit̄, qa perficit hoīem, ſed noſtræ, q quotidie peccamus. In legalibus ergo hoſtiis erat commemoratio, nō oblatio. Hic aūt peccatorū deletio, & uirtutis cōſummatio, & infirmitatis noſtræ oſtēſio. Et celebratur duabus de cauſis. ſ. pro noſtra infirmitate, ut dictum eſt. Et ut maior Chriſti dilectio noſtris infigatur mentibus, dum recolimus quanta pro nobis geſſit.

*f Noluiſti.* A tempore paſſionis, in quo eſt conſummatio oīm hoſtiarum, cœperunt illa diſplicere. Nunquam ea ante deſtruxit, ſed illis ſubditus fuit, dum in tēplo cū hoſtiis pn̄tatus fuit.

Corpus

## CAP. X.

¶Oblatus ad exhaurienda peccata, quia lex habens extraneam ſimilitudinē eorū, quæ futura erāt non imaginē, quæ melius exprimit rem, quàm umbra.

VMbram enim habens lex bonorum futurorum, non ipſam imaginem rerum, per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtiis, quas offerūt indeſinenter, nunquā poteſt accedentes perfectos facere. Alioquin ceſſaſſent offerri, ideo ꝙ nullam ultrà haberent conſcientiam peccati † cultores ſemel mundati. Sed in ipſis commemoratio peccatorum per ſingulos annos fit. Impoſſibile enim eſt, ſanguine hircorum & taurorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum dicit. † Hoſtiam & oblationē noluiſti:
¶Quas lex præcipit. ¶Et ſi ſemper facerent.
¶In ſanctaſanctorum. a ¶Virtutibus, & beatos.
¶Si perfecti fierent. ¶Hoſtiæ. ¶Vtique.
a ¶Perfecte una hoſtia.
¶Hoſtiis per ſingulos annos oblatis.
a ¶Quia pro eis offeruntur, & ita conſtat peccata habere offerentes.
¶In ipſis commemoramur nos eſſe in peccatis. Nam impoſſibile.
a ¶Quia hoſtia Chriſti ſufficit, & uetus perfectum non facit, ideo ad hoc confirmandum.
¶Verbis uel rebus. a ¶De animalibus. b ¶De aliis rebus. c ¶Iam a tempore paſſionis.

*talis iteratio eſſet fruſtra. & non eſt dicendum, quòd aliquid fruſtra præciperetur in lege diuina. ergo non auferebant peccata. & hoc eſt, quod dicitur hic:* Vmbram enim ha. lex. *id eſt bonorum gloriæ, quæ expectantur in futurum, quæ in lege promittebantur confuſe per modum umbræ, & non expreſſe. ideo ſequitur:*

b Non ipſam ima. re. per. ſin. an. eiſd. ipſis ho. quas offe. indeſin. *ſacerdotes ueteris legis.*

c Nunquam. *lex uetus per talia.*

d Accedentes perfectos. *id eſt mundatos a culpa dignos gloria.*

e Alioquin ceſſaſſent offerri. *poſt primam eorum oblationem.*

f Ideo, quòd nul. haberent ult. con. pec. cul. ſe. mun. *Et ideo concludit, quòd fiebant illa ſacrificia ad peccatorum recordationem. inquantum per talia offerentes oſtendebant ſe habere peccati conſcientiam. & hoc eſt quod dicitur:*

g Sed in ipſis com. pec. per ſing. an. fit. *Deletio autem peccatorum expectabatur fienda per Chriſtum. Sed uidetur quòd ratio apoſtoli non valeat, quia poſſet dici, quod illa ſacrificia mundabant a peccatis præteritis, nō aūt a futuris. & quia reiterabantur peccata, per conſequens & ſacrificia erant iteranda, non fruſtra, ut arguit Apoſtolus, ſed ad deletionē peccati iterū perpetrati. Dicendū quod Apoſtolus ex modo loquendi excludit hoc dictū. Dixit. n. quòd lex tantum habebat umbram cœleſtium. nunc autem ita eſt, ꝙ peccatū opponitur cœleſtibus. quia excludit ab ipſis. et iō illud quod emundat peccatū, oportet quòd ſit cœleſte & ſpirituale: & iſtud quod eſt tale, habet efficaciam perpetuam, & per conſequens non eſt reiterabile. Sic aūt eſt dicendū de oblatione Chriſti in cruce rōne deitatis adiunctæ. & ideo non reiteratur, quia ſemel facta ſufficit ad delendū oīa peccata cōmiſſa et committenda. Sed adhuc diceres, ſacramētū altaris quotidie offertur in eccleſia: ergo etc. Dicendum quòd non eſt ibi ſacrificii reiteratio, ſed unius ſacrificii in cruce oblati quotidiana commemoratio. propter hoc dicitur Lu. xxii. b. Hoc facite in meam commemorationem. quia idem offertur, quod ipſe obtulit.* D

h Impoſſibile enim. *hic ponitur ſecunda ratio ad idem, quia principalius ſacrificium, quod fiebat in lege. fiebat in die expiationis de hirco & uitulo. ſed illud non poterat auferre peccatum, cum eſſet quid pure corporeum, quod non attingit ad animam. ergo multo minus alia legis ſacrificia poterant auferre peccata. Huius rationis ponit minorem dicens,* Impoſſibile enim eſt ſanguine hircorum & tau. auſer. *Si autem contra hoc arguatur de ſacramentis nouæ legis, quæ conſiſtunt in quibuſdam rebus corporalibus tantum & tamen mundant animam. Dicendum, quòd non eſt ſimile, quia in ipſis diuina uirtus operatur. & ideo operantur ad gratiam per modum inſtrumenti. non ſic autem erat in ſacramentis ueteris legis, ut plenius dicam in fine huius capituli.*

i Ideo in. *Hic probat per ſcripturam Pſ. xxxix. qui loquitur de aduentu Chriſti propter imperfectionem ſacrificiorum ueteris legis ſupplendam per ſuum ſacrificium. & facit talem rationem: Illud quod aufert peccatum, oportet quòd ſit Deo acceptum. ſacrificium autem ueteris legis non erat Deo acceptum, ut patet per ſcripturam Pſ. inductam. ergo &c. & hoc eſt quod dicitur:* Ideo ing. mundum. *per carnis aſſumptionem.*

k Dicit. *quia illa ſcriptura loquitur in eius perſona.*

l Hoſtiam. *in hoc tangit ſacrificia, quæ fiebant de rebus animatis.*

m Et oblatio. *id eſt ſacrificia de inanimatis.*

n Noluiſti. *id eſt non acceptaſti. & ſunt uerba filii ad patrem.*

¶ Et in-

## NIC. DE LYRA. CAP. X.

VMbram. *In ca. præc. probauit Apoſtolus eminentia no. Te. & in probatione ſua dixit, ꝙ ve. Te. nō auferebat peccatū. ideo iſtud qđ ibi ſuppoſuit, hic conſequēter probat. Et diuiditur in duas partes. qa primo facit, qđ dictū eſt. ſcđo cōparat ſacerdotē no. Te. ad ſacerdotē ve. Te. ibi: Oīs qđ ſacerdos. Primū ꝓbat dupliciter. primo per rōnē, ſcđo ꝑ ſcripturā. ibi: Iō ingrediēs. Prima adhuc in duas, ſcđm duas rōnes quas ponit. ſcđa ibi: Impoſſibile. n. eſt. Ad euidētiā primæ rōnis cōſiderandū, ꝙ differunt vmbra & imago in hoc, ꝙ umbra eſt longinqua ſimilitudo rei. imago aūt eſt propinqua & expreſſa rei ſimilitudo. Et ideo ſacrificia uete. legis habuerūt rōnē umbræ reſpectu bonorū gloriæ, quia non promittebant illa expreſſe, ſed ſub uelamine proſperitatis terrenæ. Sacrificium autem nouæ legis habet rationem imaginis, quia immediate inducit ad bona gloriæ cœleſtis. Hoc autem non poterant facere ſacrificia ueteris legis, quod patet ex modo offerēdi ipſa, quia quolibet anno reiterabantur, quod non fieret. ſi per ipſa offerentes mundarentur, quia tūc* talis

Diuiſio. Vmbra & imago differunt.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

a *Corpus.* Ablata ſunt ſigna qa exhibita eſt veritas, tunc tp̄s fuit ut illa auferētur, & ueritas ueniret, nec unquam in odoribus illis delectatus eſt dn̄s, niſi in fide, & deſiderio offerentis. Præcepit tamen hęc ſibi offerri potiuſquam offerētur idolis, impoſuitq; in ſeruitutem, non in iuſtificationem, & ut figura eſſent futuri.

b *Aptaſti.* id eſt aptum & idoneum corpus, quia ſine peccato & paſſibile & mortale mihi dediſti, quod ualeat offerri in redemptionem omnium.

†adſum

c *Non pla.* Auguſt. In figuris illis ueritas prænunciabatur. Celebrant figuras figuræ rem multi ſciētes, ſed plures ignorantes, quæ ceſſare debebant re exhibita.

d *Tunc.* Quando uidi omnia illa diſplicere, & corpus idoneum ad hoc mihi datum.

e *Dixi: ecce ve.* ad me offerendum ut faciam & compleam uoluntatem tuam, quia tu es meus Deus. Ideo uenio ad implendam tuam voluntatem. quia ita ſcriptum eſt, & præfiguratum de me in conſilio deitatis, quæ eſt caput mei, qui ſum liber humani generis ſecundū ꝙ homo. in quo legant omnia ſibi neceſſaria & ideo non eſt opus lege.

f *Superius di.* Quaſi: Nō ſolum notat hęc autoritas ueteres hoſtias non feciſſe perfectos, ſed ſolam hoſtiam Chriſti, uerū etiam ablationem ueteris Teſtamenti, et conſtitutionem noui, ſi diligenter notentur verba, quia ſuperius dicens illa, noluiſti, addit: Tunc dixi. Ecce. n. aufert primū ſacrificium, & cum eo vet. Teſt. & ſtatuit ut ſtabile nouum ſacrificium, & cum eo nouum Teſtamentum.

g *Sanctificati ſu. per ob.* Facta peccatorum purgatione reconciliati Deo.

F

h *Et omnis qu. ſa.* Ne uideretur ſanguis p pontifices ſemel in anno oblatus minus profuiſſe & ſacrificia quotidie per ſacerdotes facta perfectos facere, hoc addit: Quaſi pontifex per ſingulos annos offerens non peruenit ad conſummationē, ſic etiam omnis ſacerdos ſemper offert, & tamen per ea nunquam conſummatur.

*In epiſt. ad Hebr. c. 10. tom. 5.*

i *Miniſtrans.* Ambr. Miniſtrare eſt famulorum, ſedere dominorum. Ideo illos famulos oſtendit Apoſtolus, Chriſtum uero dominum.

k *Sedet in de.* Bene poteſt conſummare, qui ſic meruit exaltari.

l *De cæ.* id eſt de eo, quod reſtat. ſ. gloria bonorum & pęna malorum. †Pſ. 109. a

m *Scabellum.* quia & ſi modo repugnant ei, & non videantur ſubijci, tunc omnibus apparebunt ei ſubditi, cuius imperio ſuberunt penis.

n *Poſtquam.* Q. Quod modo non ualet ad probationem noſtram, adiecit alia, q̄ corroborant utrunq, quod dicimus. *ſ. dā do le.* quod pertinet ad conſummationē. *& pecca. & ini. eo. iam non re. am.* quod pertinet ad ſanctificationem. (æternum) (†nobis)

o *Superſcribam.* Non dicit ſcribam, ſed ſuperſcribam, quia leges illę ſuper uires hominum ſunt, in quarum cōpletione nullus ſufficiet, niſi ope gratiæ. in his uerbis dicitur, quod cōſumat uirtutibus. Et peccatorum. hic dicitur, quod ſanctificat.

p *Et pecca. & in.* Subintulit: & peccatorum &c. & ideo iam non neceſſaria eſt hoſtia. quod aperit:

†dando

*Vbi autem*

## NIC. DE LYRA.

¶ *Et interponit ſacrificium patri acceptum, quod de corpore Chriſti fuit factum dicen:*

Corpus

---

a ¶Quod præ omnibus ſacrificijs eſt

corpus autem aptaſti mihi. Ho-

a ¶Per multa ſacrificia vnum ſignificabatur, quaſi ſi multis uerbis una res diceretur, ut ſine faſtidio multum commendaretur. ¶Quæ alijs digniora videbant, quæ tota comburebantur, & pro peccato fiebant, quædam etiam non pro peccato.

locauſtomata & pro peccato

a ¶Ex quo veritas venit.

non placuerunt tibi. Tunc di-

a ¶Sine aliqua retardatione. b ¶Quia in primo pſalmo. Beatus uir. qui caput pſalterij dicitur.

xit. Ecce † venio. † In capite li-

a ¶Vt quod lex non potuit, per me compleatur.

bri ſcriptum eſt de me, ut fa-

a ¶In pleriſq; additur, meus. ¶Secūdum quod homo.

ciam Deus volūtatem tuam.

a ¶Quid ſentiat ex ſcriptura illa aperit.

Superius dicens, quia hoſtias & oblationes & holocauſto-

¶Iam & ſi prius.

mata & pro peccato noluiſti,

¶Tamen. a ¶Ne viderentur diſplicere, quia non ſecundum legem.

nec placita ſunt tibi, quæ ſecundum legem offeruntur: tunc dixi, ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam, aufert

¶Quod per Moyſen datū eſt. a ¶Euāgeliū. b ¶Quaſi ſtabile. ¶i. in ſui oblatione ſecūdum uoluntatē Dei.

primum, ut ſequens ſtatuat. In

a ¶Et ideo hoc ſtatuitur, primum cadit, quia hoc non potuit.

qua voluntate ſanctificati ſu-

¶Scilicet.

mus per oblationem corporis

a ¶Factam b ¶Amplius exponit uirtutem huius hoſtiæ.

Ieſu Chriſti ſemel. Et omnis

¶Legis. ¶Vt ſpontaneus.

quidem ſacerdos pręſto eſt quo-

a ¶Orationes & munera multa. b ¶Quia non integre mundant.

tidie miniſtrans & eaſdem ſępe

a ¶De animalibus. b ¶In illo tempore quantumcunq; fiant.

offerens hoſtias, quæ nunquam

a ¶Scientia. ¶Chriſtus cuius hoſtia ſufficiens eſt.

poſſunt auferre peccata. Hic autem unam pro peccatis offe-

¶Omnium. a ¶Quæ ſaluare poteſt. b ¶Peracta obedientia in æternum quieſcit. non enim eget iterum auferre.

rens hoſtiam, in ſempiternum ſedet in dextera Dei, de cætero

a ¶Non ut aliquid pro ſua uel ſuorum imperfectione patiatur, ſed donec. ¶i. plene ſubijciantur, ut appareant ſubiecti. ¶Hoc & modo patet, ſed patitur uſq; ad commune iudicium.

expectans † donec ponantur inimici eius ſcabellum pedum

¶Ideo una tantum obtulit.

eius. Vna enim oblatione † con

a ¶Et a peccato ſanctificauit, & ſanctos in omnibus conſummauit. b ¶Quandiu durabit hoc ſeculum.

ſummauit in † ſempiternū ſan-

a ¶Non ſolum ego hoc affirmo, ſed & ſpirituſſanctus noſtra uerba confirmat de ſanctificatione & conſummatione.

ctificatos. Conteſtatur autem † nos & ſpirituſſanctus. Poſt-

a ¶Spirituſſanctus in Ieremia.

quam enim dixit. † Hoc au-

a ¶Vere teſtamentum, uera enim ſunt, quę promittit: & non niſi iuſta præcipit. ¶i. nouum.

tem teſtamentum, quod † teſta-

¶Mihi prænumeratos.

bor ad illos poſt dies illos, di-

¶Teſtabor. ¶Non ſicut patribus dedi in tabulis lapideis, ſed.

cit dominus: † dabo leges me-

a ¶In intellectibus.

as in cordibus eorum, & in men-

a ¶In uoluntatibus. b ¶Præcepta mea.

tibus eorum ſuperſcribā eas, &

¶In ſe. ¶Contra proximum.

peccatorū & iniquitatū eorum

---

a Corpus au. ap. mi. *id eſt corpus paſſibile aptum immolationi. & quia fuit formatum & aptatum ſola virtute Dei, abſque ſemine uirili.* G

b Holocauſtomata. *quæ totaliter incendebantur.*

c Et pro peccato. *id eſt ſacrificia, quæ pro peccatis offerebantur, quorum una pars incendebatur, altera erat ſacerdotis. Et ſic Apoſtolus tetigit omnia genera ſacrificiorum ueteris legis: oſtendens, quòd non fuerunt Deo accepta: quia de talibus ſubditur.* †Pſ. 39

d Non pla. ti *Et conſequenter oſtenditur in ſerie ſcripturæ, quòd ſacrificium no. Teſta. ſit acceptum, cum ſequitur de Chriſto.*

e Tunc dixi: Ecce venio. *per carnis aſſumptionem.*

f In capite libri ſcriptum eſt de me, ut faci. Deus volun. tuam. *Liber autem iſte eſt notitia prædeſtinationis diuinæ. Caput huius libri dicitur illud, quod in diuina prædeſtinatione principaliter continetur. hoc autem eſt myſteriū incarnationis Chriſti, per quod ad beatitudinem pertingunt omnes electi.*

g Superius dicens. *Iſtud, quod ſequitur, eſt uerbum apoſtoli exponentis autoritatem Pſalm. de excluſione ſacrificiorum ueteris legis per ſacrificium Chriſti. & patet litera per prædicta. Vnde concludit:*

h Aufert primum. *ſcilicet ſacrificium legis.*

i Vt ſequens ſtatu. *id eſt confirmet ſacrificium Chriſti acceptum Deo patri.*

k In qua uoluntate ſanctifi. ſu. *quia per hoc, quòd Chriſtus impleuit voluntatem patris, ſeipſum offerendo, nos ſanctificauit.*

l Et omnis qui. ſa *Hic comparat ſacerdotē no. Teſt. & ve. Teſt. adinuicem. Et diuiditur in duas partes: quia primo facit, quod dictum eſt, ſecundo declarat per ſcripturam, ibi: Conteſtatur autem nos. Ad euidentiam primi conſiderandum, quòd in lege erat duplex ſacrificium ſolēne. unū erat in die expiationis: quod ſolū fiebat per ſummum ſacerdotem, ut frequēter dictum eſt. Aliud erat iuge ſacrificium, quod repreſentabat æternitatem Chriſti ſecundum diuinitatem. & ideo dicebatur iuge, quia quotidie offerebatur mane & ueſpere. & iſtud ſacrificium non ſolum offerebatur per ſummum ſacerdotem, ſed etiam per alios inferiores ſacerdotes. Et de iſto ſacrificio loquitur hic di.* Et omnis, qui ſacerdos. *ſcilicet ueteris legis.* Diuiſio H

m Præſto eſt quoti. miniſtrans. *quia quotidie offerebatur iuge ſacrificium.*

n Et eaſdem ſæpe offerens hoſtias. *ſcilicet in ſpecie, non in numero.*

o Quæ nunquam poſſunt aufer. pecca. *ut patet per prædicta. & magis patebit infra.*

p Hic autem. *id eſt Chriſtus.*

q Vnam pro pecca. offerens hoſti. *quæ ſufficit in delendum omnem culpam commiſſam, & committendam.*

r In ſempiternum ſedet ad dexteram pat. *ut dominus. Et in hoc patet differentia ipſius ad ſacerdotem ueteris legis, quem oportebat continue ſtare, ut miniſtrum. Chriſtus autem non fuit miniſter, niſi in unica oblatione, qua peracta ſedet in dextera patris, ut dominus.* †perſ... efficit

ſ De cætero expectans donec ponantur inimici eius ſcabellum pedum eius. *& hoc complebitur in finali iudicio, ſicut expoſitum eſt ſupra. 1. cap.*

t Vna enim oblatione conſummauit. *id eſt ad perfectum adduxit.* †ſup. 8. c

u In ſempiternum ſanctificatos. *quia hoſtia Chriſti habet virtutem æternam ſanctificandi: & propter hoc illa peracta non habuit amplius neceſſitatem miniſtrandi, ſicut habebat ſacerdos ueteris legis.* †cond... erga

x Conteſtatur au *Hic adducit ad probandum idem autoritate Iere. xxxi. quæ ſupra expoſita eſt. viij. ca. & in fine illius ponitur.*

y Et pec. & ini. eo. re. am. *quia ad talem remiſſionem ſe extendit efficacia oblationis Chriſti, quæ eſt oblatio legis nouæ. Et ideo per hoc patet,*

¶ quòd

---



a *Vbi autem ho. re.* Non ſolum ex hac autoritate videri poteſt, quòd Ieſus ſanctificat & conſummat, ſed quòd oblatio iam poſt tempus gratiæ non eſt facienda pro peccatis, quando facta eſt remiſſio A

b *Habente itaque.* Finito grandi ſermone de pontifice magno, eiuſque noua lege & ſacrificio quæ veteribus prætulit, ſubducitur moralis inſtructio, in quo eos hortatur ad multa, ſed maxime ad fidem, patiētiam, pacem, mundiciam & fraternitatem charitatis. Et infert ex omnibus ſuperiorib. q. quia vna hoſtia conſumat & quia ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech: & quia oſtenſa tanta diſtantia, ꝙ illa minora, hæc maiora: igitur habentes &c.

c *Per ne.* Quia fides non habet meritū, cui humana ratio præbet experimentum. *Per uel.* Per hoc manet via illa per uia, quia ſumunt fideles, vt viaticum carnem Chriſti uelatam oī ſenſui. Videtur. n. panis, & tamen verè eſt caro Chriſti. & per hoc ꝙ ille ſacerdos ſemper interpellat pro nobis. (†libertatē ... in ... per ſanguinē.)

d *In pleni.* Quia nihil horum iam eſt viſibile, nec ſacerdos, nec hoſtia.

e *Aſper. cor.* Per hoc oſtenditur, ꝙ non fides ſola, ſed uita cum uita cum uirtute quæritur. *Abluti aqua.* i. baptiſmo.

f *Fidelis enim.* Sicut Deus fidelis in promiſſis, ita nos ſibi fideles vult eſſe in pmiſſis noſtris. Fidem & confeſſionem habeamus quantum ad nos: *Et conſideremus.* perfectus alios hortando, minor perfectum imitando. Inde hortatur ad ea, quæ conueniunt fidei:

g *Sicut conſ.* Culpat ſcindentes vnitatē charitatis, quaſi inter alios nō poſſent habitare cauſa ſanctitatis ſuæ: qui potius ſuo exemplo debuerunt conſolari eos. (†non uacil... tem) B

h *Sed con.* Conſolatur laborantem, qui pariter in labore perſiſtit, quia ſubleuatio laboris eſt uiſio collaborantis, ut in itinere fit.

i *Voluntarie enim peccanti.* i. nobis in uoluntate peccandi manentib. non prodeſt Chriſtus, qui eſt hoſtia pro peccatis iam in hoc præſenti. per quod conſtat ꝙ nec in futuro poſt acceptam noticiam ueritatis. i. quanquam ueniſſemus ad fidem, pro qua quidem ſecuri ſunt quaſi nunquam perituri. Non ait uolentibus, ſed uoluntarie, quia uoluntarius eſt, qui in aliquo aſſiduus eſt, uolens qui ad tempus. Vel etiam, ſi uoluntate, nedum actu peccemus. (†adhortantes inuicē. *Voluntarie* & uoles differunt.)

*Iam non*

---

¶i. poſt tempus gratiæ. a ¶Ad ęternam pœnam. b ¶Nec hic, nec in futuro. ¶Ecce hic dicitur remiſſio peccatorum facta, ubi autem hoc eſt, ceſſabat oblatio legis.

iam non recordabor amplius. Vbi autem horum remiſſio, iam nō eſt oblatio pro peccato. Habētes itaq;

¶O a ¶Certi ꝙ intrabimus in ſancta ſanctorum cœleſtia per ſanguinem Chriſti.

fratres fiduciam in introitu ſancto

a ¶Quam viam nobis factam. i. quem introitum. b ¶Chriſtus, qui primus aſcendit & per hoc certi ſumus.

rū in ſanguine Chriſti † quā initia

a ¶Quia nullus ante eum intrauit. b ¶Manentem, quia poſtea nulli fidelium clauſa eſt.

uit nobis uiam nouam & uiuentē

a ¶Caro uelabat deitatem ¶Vel quia ſub uelamine fidei ſumitur a fidelibus. b ¶Per ſe.

per uelamen, ideſt carnem ſuā, et

a ¶Chriſtum. ¶Qui ſemper uiuit ad interpellandum pro nobis b ¶pro omnibus c ¶populum Dei.

ſacerdotem magnū ſuper domum

a ¶Ad introitum ſanctorum. b ¶Non ſimulato. c ¶Intellectu.

Dei, accedamus cum uero corde in

a ¶ſ. hoc non poteſt eſſe ſaltem plena fide. b ¶Quod debemus, quia corda ſpirituali aſpſione haberemus mūdata.

† plenitudine fidei, aſperſi corda † a

a ¶A conſcientia prauitatis. b ¶i. peccatum corporale originale. ſ. abluitur aqua baptiſmi. ¶Illi corpora.

conſcientia mala, & abluti corpus

a ¶Et quicquid occurrerit. b ¶Quæ de æternis.

aqua mūda, teneamus ſpei noſtræ,

a ¶Quæ eſt cauſa eius. b ¶Vt non ad terrena declinemus. c ¶Spes non eſt uacua, non confunditur.

confeſſionem † indeclinabilē. Fidē-

a ¶Quæ ſperamus.

lis enim eſt qui repromiſit. Et con-

a ¶Altera iterum, non vt inuideat & inſidietur, ſed ut alter alterius exemplo prouocetur ad dilectionem & bene operandum.

ſideremus inuicem in prouocatio-

a ¶Quę in animo.

nem charitatis & bonorum operum, non deſerentes collectionem

a ¶Tempore perſecutionis. b ¶Collectos in fide nobiſcū.

a ¶Sunt enim qui uel timore perſecutionis cedunt, uel propria præſumptione a peccatoribus uel imperfectis, ut iuſti uideantur, recedunt. ¶Veſtram

noſtram, ſicut cōſuetudinis eſt qui-

a ¶Eos.

buſdam: ſed † conſolantes, & tan-

a ¶Conſolemur. b ¶i. quanto magis inſtat paſſio, ne quis culpa ueſtra deſit ¶i. quo propiores eſtis fini & premio

tō magis quanto uideritis appro-

a ¶Retributionis. ¶Charitas tenenda eſt, & a malis ceſſandum. Voluntarie enim nō relinquitur alia hoſtia quod quidam forſitan preſumerent credere.

pinquantem diem. † Voluntarie enim peccantibus nobis poſt acceptam noticiam uerita-

---

*trahere ſubiectioni prædictæ, eſt potentia huius ſacerdotij: quia Chriſtus non habet ſolum poteſtatem ſuper unam gētem ſicut ſacerdos legalis ſup gentem ſuam, ſed habet poteſtatem ſuper totam eccleſiam militantem & triumphantem. & hoc eſt quod tangitur.* Et hab. *ſupple ſacerdotem magnum ſuper domum Dei.* C

h Acce. *Hic conſequenter oſtendit modum ſubijciendi nos ſacerdotio Chriſti: quia talis modus eſt primo per ueram fidem. & hoc tangitur cum dicitur:* Accedamus cum ue. *abſque fictione.*

i In pl. *quia non ſufficit credere aliquos articulos fidei, ſed oportet credere quicquid credit eccleſia. Secundo per ſuſceptionem baptiſmi Chriſti, in quo profitetur ſe homo ſeruum Chriſti. Et iſtud tangit, ibi:*

k Aſperſi corda à con. mala & abluti cor. aqu. *quia baptiſmus non ſolum lauat exterius corpus, ſicut faciebant ablutiones veteris legis, ſed etiam lauat animam interius. Tertio ſubijcimur Chriſto per ſpem firmam. & hoc eſt quod dicitur.* († ea uia quā dedicauit nobis recētē.)

l Teneamus ſpei n. *ita ꝙ non declinemus ab ea in proſperis nec in aduerſis. & ſubdit cauſam huius firmitatis dicens:*

m Fidelis enim eſt qui re. *ſ. Deus qui non poteſt mentiri: & ideo ſpes noſtra debet ei firmiter vniri. Quartò debemus Chriſto ſubijci per charitatem. licet autem charitas principaliter ſubijciatur Deo, tamen manifeſtatur per dilectionem proximi, ſecundum quod dicitur. 1. Iohan. iiij. d. Qui non diligit fratrem ſuum quem uidet, Deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere? Ideo Apoſtolus loquens de charitate, per quam debemus Chriſto ſubijci, tangit dilectionem proximi, per quam manifeſtatur dilectio Dei, dicens:* († à depulſa cōſcientia)

n Et conſideremus in. *Id eſt ſolliciti ſimus quilibet de proximo.*

o In prouocationem charitatis & bonorum operum. *quantum ad promotionem in bono.* D

p Non deſerentes collectionem. *id eſt cœtum fidelium in preſſura tribulationis. & in hoc tangit ſubleuationem a malo, quia deſerentes eos in talibus non ſunt veri Chriſtiani. de quibus ſubditur:*

q Sicut conſuetu. eſt quibus. *Id eſt fictis Chriſtianis deſerentibus proximos in preſſura tribulationis.*

r Sed conſolantes. *oppreſſos debetis eſſe.* Et tanto magis, quanto uideritis appropinquantem diem, *ſcilicet æquitatis uel iudicij. Cuius ratio eſt, quia gratia perficit naturam. motus autem naturalis fortior eſt in fine, & ſimiliter debet eſſe de motu charitatis & gratiæ.*

s Volun. enim. *Hic conſequenter ponit huius obiectionis rationem. Et diuiditur in duas. quia primo ponit rationem deterrentem. ſecundo demulcentem, ibi: Rememoramini. Prima in duas: quia primo inducit terrorem ratione ſubtractionis auxilij. ſecundo ratione diſcretionis diuini iudicij, ibi: Terribilis nomque. Circa primum conſiderandum, quod gloſſa hic diſtinguit inter illum, qui peccat nolens, & voluntarie. quia ille, qui conſentit peccato ex paſſione, peccat nolens. ille autem, qui ex malicia & habitu inclinante uoluntatem conſentit peccato, peccat uoluntarie. & propter hoc iſte non pœnitet: quia operatio procedens ex habitu eſt delectabilis. primus autem pœnitet tranſeunte paſſione. Auxilium uero diuinæ gratiæ non datur niſi pęnitentibus. Et ideo ſubtrahitur uoluntarie peccantibus, quia non pœnitent, ut dictum eſt. Hoc eſt quod dicitur:* Voluntarie enim pecantibus nobis. *Aliter poteſt exponi litera, & magis, ut uidetur ſecundum intentionem Apoſtoli. Ad cuius intellectum conſiderandum, quod ſecundum ſententiam Auguſtin. & aliorum ſanctorum, tempore naturæ lapſæ liberum arbitrium non poteſt diu uitare peccatum mortale antequam reparetur per gratiam. poſtquam uero reparatum eſt, poteſt uitare omne peccatum mortale. Et ideo magis uoluntarie cadit in peccatum reparatus per gratiam, quam non reparatus. propter quod non reparatis adhibetur efficacius remedium ad tollendum peccatum, ſcilicet baptiſmus, qui aufert omnem culpam & pœnam. ſed ſi poſt reparationem baptiſmalem aliquis cadat in peccatum, iam non adhibetur ſibi tale remedium, quia non eſt itera-* Diuiſio

## NIC. DE LYRA.

¶ *quòd Chriſtus non habet neceſſitatem ſtare, ut miniſter ad pluries offerendum. & hoc eſt quod ſubditur:*

a Vbi au. ho. re. *eſt. ſ. peccatorum omnium.*

b Iam non eſt obla. pro p. *quia fruſtra fieret, Matth. ix. b. Non eſt opus ualentibus medicus. Cætera patent ex dictis. viij.*

c Habentes itaque fra. *Superius Apoſtolus oſtendit eminentiam ſacerdotis Chriſti, hic conſequenter oſtendit, quòd debemus ei reuerenter obedire. Et diuiditur in tres, quia primò ponit Apoſtolus allectiua ad huius ſubiectionem. ſecundo oſtendit ſubiectionis modum & ordinem. ibi: Accedamus cum uero corde. tertiò ſubdit ipſius ſubiectionis rationem, ibi: Voluntarie enim. Circa primum conſiderandum, ꝙ duo ſunt quæ debent nos allicere ad hoc, ut ſacerdotio Chriſti ſubdamur humiliter & deuote. Primum eſt huius ſacerdotij efficacia. quia per ipſum introducimur ad cęleſtia. & hoc eſt quod dicitur:* Habentes. &c. in intro. *id eſt, cęleſtium.* (Diuiſio) (*Allectiua ad ſubiectionem Chriſti*)

d In ſan. Chriſti. *qui eſt oblatio huius ſacerdotij.*

e Quam ini. n. u. *quia nullus ante Chriſtum aſcendit in cęlum.*

f Et uiuen. *dicitur hæc uia uiuens effectiue, quia ducit ad uitam æternam, qualiter autem Chriſtus inchoauit uitam iſtam, oſtendit, di.*

g Per uela. *i. carnem ſuam. quia caro Chriſti oblata in cruce erat quoddam uelamentum naturæ diuinæ. Secundum autem, quod debet nos at-*

per



¶ bile

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Iam non relinquitur*. Sicut in ueteri lege datum eſt ſæpius offerri hoſtias pro peccato Non enim Chriſtus iterum immolandus eſt pro peccatis, quod ſemel factũ eſt, & ſecundo non eſt opus. Sed magis opus manere in fide & ueritate. Quod ſi non, iudicium te expectat, niſi per pœnitentiam renoueris. ideo ſubdit: *Terribilis autem*. In hoc non pœnitentiam excludit, ſed ſecundum baptiſmum. Non dicit non eſt ultra pœnitentia uel remiſſio, ſed hoſtia, id eſt crux ſecunda. quia una ſuſficit, uolens ne ultra expectemus, ſed pœniteamus.

†uehemētia.

b *Duobus uel tri. teſtibus.* Conuictus. Quid ergo illi contra quos perhibent teſtimonium angeli & ſancti, & propria conſcientia?

*Chriſtum cōculcare.*

c *Conculcauerit &c.* Conculcat Chriſtum qui libere peccat abſque timore, & pœnitentia, & qui indigne participat, ſanguinem pollutum ducit, ſi ab eo mundatus ad uomitum redit, & pœnitere negligit. Spiritui iniurius eſt, qui eius beneficium grate non ſuſcipit.

d *Pollutum duxerit*. Qui per carnales obſeruantias credit peccata dimitti, quibus retrahit nos ſanguis Chriſti, & ita pollutus eſt, & nos polluit, ſi ab eo unde remiſſio nos retrahit.

e *Et ſpiritui gratiæ cont.* i. ſpiritui ſancto gratis dato, vel qui dat gratiam, contumeliã facit, qui remiſſionem quam ipſe ſpiritus facit, aſcribit carnalibus obſeruantiis, uel qui eum male uiuendo a ſe abiicit.

f *Rememoranti.* Inuitat eos per ante facta.

*In epiſt. ad Hebr. hom. 2. ex ca. 10. & prin. 10.4*

Chryſo. Rememoramini &c. Sicut optimi medicorum cum alios ſecuerint & per inciſionem doloris augmentum fecerint, ſolatium minoris medicamenti, & remedium afferunt illi loco, ubi dolor in-

F

eſt & perturbatam refouent animam, ſic Apoſtolus facit. poſtquam concuſſit a malis eorum & terruit, refouet eos per laudem priorum, ſcilicet rememorando priora eorum bona, vt facilius excitet ad cætera. Q. vt autem non incidatis in manus Dei. *Rememor. &c.*

g *Priſtinos dies &c.* Si rudes ſuſtinuerunt, turpe eſt ſi modo deficiunt.

h *Magnum certamen &c.* Paſſiones erant eis, tum ex propriis doloribus tum ex doloribus aliorum, quibus compatiebantur.

i *Et in alte. qui &c.* quaſi certamen paſſionis ſuſtinetis, & in propriis paſſionibus, & in compaſſionibus aliorum & hę ſunt due partes certantium, contra nos paſſio

†partium

tantum.

k *Spectaculum.* Graue eſt opprobrium, grauius cum ſpectaculum hominibus fit, non ſecreto exprobratur.

*Adhuc*

¶Amplius Chriſtus.

tis iam nõ relinquitur pro pec-

a ¶Q. non relinquitur hoſtia pro peccatis, ſed relinquitur quædam expectatio &c.

catis hoſtia. Terribilis autem

a ¶Hæc pœna interim eſt.

quędam expectatio iudicii, &

a ¶Infeſtatio.

ignis† æmulatio quæ conſum-

¶Chriſti ¶Probat per minus.

ptura eſt aduerſarios. †Irritam

¶i. præuaricans.

quis faciẽs legem Moyſi, ſine ulla miſeratione duob⁹ uel tri-

a ¶Conuictus. b ¶Morte quam lex præcipit ¶Ergo.

bus teſtibus moritur, quanto magis putatis deteriora mere-

a ¶Vilipendit, vt non credat ſufficere ad ſalutem, ſed animalia.

ri ſupplicia, qui filiũ Dei con-

a ¶Chriſti. b ¶Confirmatorem noui. ¶Peccata purgare noui valentem.

culcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutũ duxerit, in quo

a ¶Remiſſionem accepit, & ita contra eum grauius peccat.

ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit. Sci-

¶Talis punietur. ¶Quam uerus quam potens.
a ¶Iniuriarum veſtrarum. ¶Seruaret

mus enim q dixit: †Mihi uindictam, & ego retribuam. Et

a ¶Si alienas uindicent iniurias, etiam ſuas.

a ¶Separando bonos a malis. ¶Purgabit.

iterum: Quia iudicabat dominus populum ſuum. Horren-

a ¶Quanto magis inimicos puniet Deus, & non leniter.

a ¶Incidit qui non præuidet ſed ſubito deprehenditur.

dũ eſt incidere in manus Dei

a ¶Semper quia efficax eſt, & potẽs facere quod vult. b ¶Territos refouet per laudem priorum. ¶Vel. Recordamini.

uiuentis. Rememoramini au-

a ¶Diu eſt quod credidiſtis, & ideo magis aſſueti.

tem priſtinos dies, ĩ quibus illuminati magnum certamen

a ¶Fide pro qua venit tribulatio. b ¶Per paſſiones contra eos certabant, vt patientiam & fidem extorquerent.

¶Quia.

ſuſtinuiſtis paſſionum. †Et in

¶In altera parte certaminis. ¶Ita magnum.
a ¶Vel ipſi patientes. b ¶In.

altero quidẽ opprobriis & tri-

¶Omnibus eſtis.

bulationibus ſpectaculum facti, †in altero autẽ ſocij taliter

a ¶In altera parte certaminis. ſ. in dolore quem habetis pro aliis, b ¶Apoſtolis & aliis huiuſmodi compaſſi. ¶Quorum exemplo pati deberetis.

a ¶Aſſidue patientium. b ¶Ita ſocii.

conuerſantium effecti. Nam &

a ¶Qui non poterant ſibi neceſſaria quærere.
b ¶Subminiſtrando pro qua cauſa ueſtris uobis ablatis gauiſi eſtis.

uinctis compaſſi eſtis, & rapinã bonorũ ueſtrorũ cum gau-

a ¶Quia meliora ſperatis, ſ. æterna.

a ¶Quaſi donum. ¶Ideo, quia

dio ſuſcepiſtis cognoſcentes uos habere meliorẽ & manen-

a ¶Hoc eſt.
a ¶Vitam æternam. b ¶Quia ſic compaſſi & confiſi de ſubſtantia meliore & manente, nolite deficere.

tem ſubſtantiã. Nolite itaq; amittere confidentiam ſuam,

¶Per impatientiam.

a ¶Hic iam dum ſperat. ¶Et non modo habebit. b ¶Et ideo non eſt leuis eius amiſſio.

quæ magnã habet remunera-

## NIC. DE LYRA.

†afflictionum quæ ex uinculis meis cõtingerunt, participes fuiſtis.

¶ *bile ſacramentum: & hoc eſt quod dicitur:* Voluntarie enim peccan. nobis poſt acceptam noti. uer. *i. poſt baptiſmum qui eſt fidei ſacramentum.*

a Iam non relinquitur pro pec. *i. mors Chriſti nobis communicanda, ſecundum totum effectum. ſicut fit per baptiſmum, qui delet totum, eo quod in ipſo configuramur totaliter morti Chriſti, ſecundum quod dicitur Ro. vi. a. Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem &c.*

b Terribilis. *Hic ponit ad hoc rationem ex diſtrictione diuini iudicij. quod eſt ualde terribile tranſgredientibus legem Chriſti. & hoc eſt quod dicitur*: Terribilis autem quædam. *propter ſententiæ irretractabilitatem, & propter pœnæ acerbitatem, quæ tangitur cum dicitur?*

Et ignis

G

c Et ignis æmulatio. *id eſt pœna ignis ex æmulatione & zelo diuinæ iuſticiæ infligendo.*

d Quæ conſumptura eſt ad. *eos æternaliter cruciando, Et confirmatur hoc per ſimile de lege Moyſi, cuius tranſgreſſores puniuntur morte, ut patet ex decurſu ueteris legis. & multo grauius punietur tranſgreſſor legis Chriſti, quæ quanto eſt ſanctior, tanto oportet eam magis obſeruari. & hoc eſt quod dicit:*

e Irritam quis fa. *patet uſque ibi:*

f Qui filium Dei con. *mandata eius contemnendo.*

*†2. q. 1. & c. placuit. Deut. 32. Matt. 11. 2. Cor. 14*

g Et ſanguinem teſtamen. pol. du. in quo ſa. *quod faciunt illi, qui poſt baptiſmum reuertuntur ad uomitum.*

h Et ſpi. gra. con. fe. *abiiciendo ipſum. Aliter poteſt exponi de illis qui dicebant legalia eſſe neceſſaria ad ſalutem poſt baptiſmum. & ſic quodammodo conculcabant Dei filium, dicentes ipſum impotentem ad ſaluandum nos per ſeipſum, & ſanguinem eius quodammodo pollutum dicebant, ex quo per ſe non ſufficiebat ad emundationem peccatorum. & per conſequens faciebãt contumeliam gratiæ no. Te. Quod autem prædicti mereantur adeo puniri, probat per ſcripturam dicentem in perſona Dei.*

i Mi. uin. & ego re. *quia et ſi iudices vindicent hoc tamen non conuenit eis, niſi inquantum ſunt Dei miniſtri. Et quia vindicta Deo reſeruatur, qui eſt fortiſſimus ad infligendum, & iuſtiſſimus ita quod non poteſt a iuſtitia flecti, ideo concludit:*

*†Deu. 32. Ezech. ſecũ Lu. †Mihi uindictam & ego retribuã.*

k Horrendum eſt in in ma. Dei ui. *Sed contra hoc arguitur, quia Dauid prælegit incidere in manus Dei pluſquam in manus hominum. Dicendum, quod melius eſt incidere peccantem in manus Dei ante iudicium finale, quando eſt pater miſericordiarum. & ſic Dauid prælegit, ſed horrendum eſt incidere poſt iudicium vel iudicio, quando aget ut Deus ultionum.*

H

l Rememorami. *Poſtquam induxit adhærendum Chriſto per rationes deterrentes, hic inducit ad hoc per rationes demulcentes ad modũ boni medici, qui poſt ſectionem uulneris apponit vnguenta mitigantia. Et quia ad bene agendum multum prouocat commemoratio de bene geſtis ideo primo bona eorum commemorat, ſecundo hortatur ad implendum quod reſtat, ibi:* Nolite *itaque. In prima igitur parte dicit ſic:* Rememorami. autem pri. *i. priſtinam conuerſationem ueſtram laudabilem, & ſanctam tempore ueſtræ conuerſionis ad fidem.*

*†partim quidem*

m In quibus. *per fidem & baptiſmum.*

n Magnum certamen. *paſſionum.*

o Suſtinui. *& hoc dupliciter exponitur. Vno modo in propria perſona oppreſſiones, & deriſiones ſuſtinendo & hoc eſt quod dicit.*

p Et in altero. *id eſt uno modo certamen ſuſtinuiſtis.*

q Opprobrijs & tribulationibus. *Alio modo inquantum amici eorum talia ſuſtinuerunt, & ſic ipſi per compaſſionem afflicti fuerunt. & hoc eſt quod dicit:*

r In altero autem ſo. ta. conu. *quod ſpecificat magis in ſpeciali dicens.*

s Nam & uinctis compaſſi eſtis &c. cum gaudio. *Et quia talia non ſunt propter ſe appetenda, ſed tantum propter præmium toleranda, ſicut medicina amara propter ſanitatem, ideo ſequitur,*

t Cognoſcentes uos habere meliorem & manentem ſub. *i. diuitias cæli, quæ ſunt meliores, quia ſatiant appetitum.* Et manentem. *quia non poteſt auferri.*

v Nolite. *Hic conſequenter hortatur ad implendum quod reſtat. Et diuiditur in duas. quia primo facit quod dictum eſt. ſecundo ad hoc inducit autoritatem ſcripturæ, ibi: Adhuc enim. In prima parte hortatur eos. quia ex bonis præcedentibus debent moueri ad perſeuerandum in bono, ne amittant bonum præteritum. & hoc eſt quod dicit:* Nolite itaque amittere confidentiam ueſtram, *id eſt firmam perſeuerantiam.*

x Quæ magnam habet remu. *qa q perſeuerauerit vſq; in finem, hic*

*ſaluus*



A

a *Adhuc en. mod.* Tenenda eſt patientia. nam nec longeua nec uehemens.

b *Viuit.* Aeterna uita, quam meretur fide. Q. Non ſolum qui patitur, ſed & qui ſolam fidem habet, ſi non imminet paſſio, ſaluabitur. Ecce quãtum ualet fides, quæ ſola ſaluat: Et quod ex fide uiuat, probat per contrarium: Quia ſi ſubtrahit ſe a fide, non uiuit. Vel Interim autem iuſtus ex fide uiuit, & ideo hic ne quærat coronam, ſed ferat laborem. Ex fide eſt uita, acquiſitio animæ.

c *Nos au.* Vel non ſumus filij paganorum, ſed prophetarum fidelium.

a ¶Oſtendit quomodo non amittatur confidentia. In patientia enim inquit poſſidebitis animas ueſtras. ¶Hoc unum uobis eſt opus.

tionem. Patiẽntia enim uobis neceſ-

¶Per eam.

ſaria eſt, ut uoluntatem Dei facien-

a ¶Quod hic ſeminatis. ¶Vitam promiſſam.

tes, reportetis promiſſionẽ. Adhuc

¶i. paruo tempore. a ¶Non uehementer patiendum eſt, quia non debet diu durare.

enim modicum, aliquantulumque,

a ¶Et mox. ¶Quandoque. b ¶Retributor.

qui uenturus eſt ueniet, & non tar-

a ¶Quia martyribus ſtatim gloria poſt mortem,
b ¶Verba Dei per prophetam Abacuk.
¶Interim autem dicit.

dabit. †Iuſtus autem meus ex fide

a ¶Per me, non per carnales obſeruantias. b ¶Fidei.

†uiuit. Quod ſi ſubtraxerit ſe, non

a ¶Voluntati Dei.

placebit animæ meæ. Nos autem

a ¶Qui ſubtrahit ſe non uiuit. b ¶Apoſtaſiæ, quia nondum prorſus apoſtatauerant ſed fide ſemiti erant, & ideo non debent ſe ſubtrahere.

non ſimus† ſubtractionis filii in perditionem, ſed †fidei in acquiſitionem animæ.

a ¶Quæ ualet.

## NIC. DE LYRA.

*Mat. 24. b*

¶ *ſaluus erit. Modus autem perſeuerandi tangitur, cum ſubditur.*

a Patientia &c. ne. *reſpectu malorum illatorum, & reſpectu bonorum dilatatorum.*

b Vt uolun. Dei. *i. eius mandata.*

*†uiuet ex fide*

c Reportetis re. *i. rem permiſſam, quæ eſt beatitudo æterna.*

d Adhuc. *Hic ad propoſitum adducit autoritatem ſcripturæ, cuius principium habetur*

*Abac. 2. a*

*Aggæi. ij. b. & finis Abacuk. ij. a. quæ coniungit Apoſtolus, ut oſtendat eos uno ſpiritu locutos fuiſſe. Loquitur autem Aggæus de aduentu Chriſti in mundum, tamen Apoſtolus accepit dictum eius in ſenſu myſtico de aduentu eius ad iudicium. Et ſic Chriſtus uenit dupliciter. Vno modo generaliter reſpectu omnium. Et licet à tempore Aggæi, uſque ad generale iudicium fuerit tempus magnum, tamen dicitur modicum reſpectu æternitatis. Alio modo uenit Chriſtus particulariter ad iudicium. & hoc eſt in morte cuiuſlibet hominis: quia qualis in morte inuenietur, talis in iudicio præſentabitur & uſque ad talem Chriſti aduentum eſt tempus ſimpliciter modicum, quia breues dies hominis. & hoc eſt quod dicitur hic:* Adhuc enim modicum aliquantulum. *i. ualde breue.*

*†qui ſubducamus nos †al fidem patimur.*

e Qui uenturus eſt. *in finali iudicio ad iudicandum.*

f Veniet & non. *quia qualem reperiet hominem in morte, quæ de proximo imminet, talem ipſum in iudicio præſentabit. Et quia ſoli iuſti remunerabuntur, ideo ſequitur:*

B

g Iuſtus autem meus. *Per fidem enim anima primò unitur Deo, & ideo per ipſam dicitur uiuere ſicut & corpus uiuit per illud, quod primò unitur animæ. Et ſicut corpus ſeparatum ab anima moritur morte naturæ, ſic anima per ſeparationem à Deo. ideo ſubditur.*

h Quod ſi ſubtraxerit. *à Deo per culpam.*

i Non placebit animæ. *uoluntati meæ. quia cecidit à gratia Dei. Sciẽdum tamen, quod Apoſtolus allegat hic autoritatem Abacuk ſecundum tranſlationem. LXX. Hiero. autem tranſtulit ſic: Non erit anima eius recta in eo. & eſt eadem ſententia, quia uoluntas diuina eſt regula humanorum actuum. Igitur qui ſe ſubtrahit ab illa, cum ſit regula recta, per conſequens habet animam non rectam. Conſequenter concludit intentum, dicens:*

k Nos au. n. *i. ſubtractio prædicta non debet dominari in nobis. quia ui detur aliquis filius eius quod dominatur in ipſo. ſicut dicitur aliquis filius mortis, eo quod meritum mortis dominatur in ipſo.*

l In per. *aĩæ, quia ad ſubtractionem prædictam ſequitur mors animæ.*

m Sed fidei. *ſupple filij ſimus renati per fidem & ſacramenta. & ideo fides formata debet dominari in nobis, ad quam ſequitur animæ ſalus. ideo ſequitur:*

n In acquiſitionem animæ. *Ad maiorem euidentiam eorum, quæ dicta in principio huius ca. quæritur, vtrum ſacramenta & ſacrificia ueteris legis iuſtificarent. Et arguitur primo quod ſic, per illud quod habetur Leuit. viij. f. Cumque ſanctificaſſet eos Moyſes. i. Aaron & filios eius de quorum ordinatione loquitur. Ex quo patet, quod ſacramenta ordinis in ueteri lege ſanctificabant, & per conſequens iuſtificabant: quia idem eſt ſanctificare, & iuſtificare. ergo &c. Item ſecundum doctores ſanctos in circunciſione conferebatur gratia, quia mundabat ab originali culpa. circunciſio autem erat ſacramentum veteris legis, ergo ſacramenta veteris legis conferebant gratiam, & per conſequens iuſtificabant. Contrarium dicitur in litera. Impoſſibile eſt enim ſanguine hircorum & taurorum auferri peccata. Reſpondeo dicendum, quod iuſtificatio proprie dicta, de qua hic eſt quæſtio, eſt per gratiam gratum facientem, quę aufert culpam, & facit dignum vita æterna. talis autem iuſtificatio eſt a ſolo Deo, ſicut a cauſa principali agente, ſecundum illud Pſ. Gratiam & gloriam dabit dominus. & ideo ſi aliquid aliud ad iuſtificationem operatur, hoc eſt tantum per modum inſtrumenti. Inſtrumentum uero Dei eſt vnum coniunctum, & aliud ſeparatum, ſicut in artificialibus patet. Manus enim artificis eſt inſtrumentum eius coniunctum inquantum membra ſunt quædam animæ organa ſiue inſtrumenta. ſecuris autem uel dolabrum eſt eius inſtrumentum ſeparatum. Et patet ordo huius duplicis inſtrumenti, quia inſtrumentum ſeparatum non applicatur ad opus, niſi per rea-*

*Pſ. 83. b Inſtrumentum Dei duplex*

C

o Tanquam ui. *in ſpiritu auxilium eius mirabiliter affuturum, propter quod dixit populo: State & uidete magnalia Dei, quæ facturus eſt hodie, & hoc totum proceſſit ex fide, quæ eſt ex non uiſis.* H

† Exo. 12.

† primogenita. Exo. 14.

p Fide celebrauit Paſ. *Hic conſequenter oſtenditur quid factum eſt ex fide in modo exeundi. & diuiditur in duas partes, quia primo oſtendit quid factum ſit in diſpoſitione exeundi. ſecundo quid in actu tranſeundi ibi: Fide mare rubrum. Circa primum conſiderandum, quod diſpoſitio exitus filiorum Iſrael de Aegypto, fuit agni paſchalis immolatio, cuius ſanguine linita ſunt ſuperliminaria & poſtes domorum filiorum Iſrael,*

Diuiſio

## NIC. DE LYRA.

F ¶ *de Aegypto. ſecundum in exitu. tertium poſt exitum, Primo ergo ponit exempla de hoc quod factum eſt ante exitum. ſecundo de hoc quod in exitu, ibi: Fide reliquit Aegyptum. tertio de hoc quod factum eſt poſt exitum in terra promiſſionis, ibi: Et quid adhuc dicam. Prima in duas, quia primo oſtenditur quid factum eſt ex fide in natiuitate Moyſi, ſecundo quid ipſe fecerit, ibi: Fide Moyſes grandis. Circa primum ſciendum, quod filij Iſrael ex prophetia Ioſeph firmiter credebant liberari de afflictione Aegypti per aliquem de populo ſuo cum Dei adiutorio, & ideo parentes Moyſi uidentes ipſum elegantem puerum præter ſolitum modum, iudicauerunt uirtutem Dei eſſe in illo ad liberationem populi. & ex hac fide ſeruauerunt eum contra regis edictum exponendo ſe periculo perſonarum ſuarum. Et hoc eſt quod dicitur,* Fide Moy. na. oc. eſt men. tr, *ex fide enim parentum factum eſt hoc, non ex fide Moyſi, qui adhuc non habebat iudicium rationis. Et cauſa ſubditur:*

Diuiſio

† Ioſue 6. c

a Eo quod ui. ele. infan *i. aptum ad liberandum populum, Deo hoc eis inſpirante.*

b Et non timue. re. edi. *qui præceperat omnes maſculos projici in flumen, ut habetur Exo. i. Sed hoc uidetur falſum, quia dicitur Exo. ij. quod parentes Moyſi timore regis poſuerunt eum in flumine, & ſic expoſuerunt eum morti. Dicendum, quod hoc non fecerunt ad ipſum interficiendum, ſicut præceperat rex, ſed quia non poterant ipſum amplius celare, timebant probabiliter ne auferretur ab eis, & ideo in tali caſu tutius iudicauerunt ipſum exponere diuinæ cuſtodiæ in fiſcella bituminata, credentes ex eadem fide, quod Deus ſeruaret eum, ubi deficiebat humana prouidentia, quæ in talibus non deficit.*

c Fide Moyſes. *Hic oſtenditur conſequenter quid ex fide Moyſes fecerit, quia adoptatus a filia Pharaonis, ut habetur Exo. ij. & adultus factus uiſitauit filios Iſrael, & uidens uirum Aegyptium percutientem unum de filijs Iſrael, interfecit eum. Et ſic per hoc factum negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis. & hoc proceſſit ex magnitudine fidei eius, quia de filijs Iſrael credebat Chriſtum naſciturum. & hoc eſt quod dicitur,* Fide. *i. per fidem.*

d Moyſes gran. fa. *i. adultus.*

e Negauit ſe eſſe fil. filiæ Pha. *interficiendo Aegyptium. Et ſubiungit duo difficillima ad ſuſtinendum, quæ prælegit ſuſtinere ex fide. Primum eſt, quia magis uoluit affligi temporaliter cum Dei cultoribus, quam iocundari cum idololatris. & hoc eſt quod dicitur:*

f Magis eligens af. cum po. Dei. *i. cum filijs Iſrael, qui colebant Deũ.*

Quam

*ne interficerentur ab angelo percutiente primogenita Aegyptiorum, vt habetur Exod. xij. & hoc eſt quod dicitur:* Fide celebrauit Paſcha. *id eſt immolationem agni Paſchalis, quæ fuit figura immolationis Chriſti in cruce, ſecundum quod dicitur. i. Cor. v. b. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. per cuius mortem & ſanguinis effuſionem ſumus liberati a poteſtate diaboli, ſicut filij Iſrael per immolationem agni Paſchalis & effuſionem ſanguinis in poſtibus & ſuperliminaribus domorum, fuerunt liberati ab angelo percutiente primogenita Aegyptiorum. & hoc eſt quod dicitur: Ne qui uaſtabat primogenita Aegyptiorum tangeret eos.*

q Fide tranſierunt mare rubrum. *Hic tangitur modus exeundi, ubi ex fide contigerunt duo miracula. Vnum eſt, quod mare ſicco pede tranſierunt. & hoc eſt quod dicitur.* Fide tranſierunt mare rubrum &c. *Secundum fuit, quia aqua erat eis pro muro a dextris & a ſiniſtris, ut habetur Exod. xiiij. & patet per hoc, quod Aegyptij eos ſequentes ſubmerſi ſunt. & hoc eſt quod dicitur:* Quod experti Aegyptii deuo. ſu. *Talia autem contingebant ex fide: quia operatio miraculorum aſcribitur fidei, ſecundum quod habetur Matth. xvij. c. Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic: tranſi hinc, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit uobis.*

Diuiſio.

r Fide muri Iericho corruerunt. *Hic oſtendit quid factum ſit per fidem in exitu de Aegypto ingrediendo terram promiſſionis. & diuiditur in duas partes, quia primo oſtendit quid factum ſit per fidem populi Iſrael. ſecundo quid factum ſit per fidem Raab ibi: Fide Raab. Circa primum ſciendum, quod in ruina ciuitatis Iericho aliquid fuit ex parte populi ſcilicet circumitus ciuitatis ſeptem diebus, ut habetur Ioſue. vi. quia ex mandato Dei hoc fecerunt Iudæi, credentes firmiter promiſſum Dei impleri de miraculoſa captione ciuitatis. Aliquid fuit ex parte ipſius Dei, videlicet quod muri Iericho diuina uirtute corruerunt. & hoc eſt quod dicitur:* Fide muri Iericho corruerunt. *Per hoc factum ſignatum fuit, quod impedimenta mundi cadunt per continuam prædicationem, quæ continuatis per ſeptenarium figuratur.*

¶ *Vnde*



*a Circumitu dierum ſep.* completo a Leuitis arcam Dei portantibus, & æneis tubis clangentibus. A

*b Excipiens expl.* Q. ita & uos debetis duo teſtamenta per apoſtolos tanquam exploratores a Chriſto miſſos credendo excipere, & ita cum infidelibus non peribitis.

Iudic. 6. g *c De Gedeon.* qualiter accepto ſigno uellens a domino iuit contra Madianitas cum trecentis uiris, eoſque nocte expugnauit.

Ioſu. 2. a. & 6. d. Iudic. 4. g *d Barach.* De quo in libro Iudicum legitur, quod Iabin regem Chanaã filios Iſrael affligente Delbora prophetiſſa, quæ illo tẽpore Iſrael iudicabat, præcepit Barach filio Abinoen, ut aſſumeret decem milia pugnatorum ſecum, & iret contra Syſarã principem exercitus Iabin Qui dixit ſe iturum ſi ipſa cum eo iret. Itaq; & ipſa cũ eo iuit. Dñs aũt exterruit exercitum Iabin, quem congregauerat Syſara ad torrentẽ Cyſon. Fugitq; Syſara ad tentoria Iahel uxoris Abner Cynei. Vbi cum abſconditus dormiſſet, Iahel clauũ tabernaculi cũ malleo percuſſum defixit in cerebrũ eius uſq; ad terram, & mortuus eſt. Et ecce Barach ſequens Syſarã ueniebat. Egreſſaq; Iahel in occurſum eius dixit ei: Veni & oſtẽdam tibi uirum quem quæris, Qui cum intraſſet, uidit Syſaram iacentem mortuum. Humiliauit ergo Deus die illo Iabim regem Chanaan coram filiis Iſrael.

Iudic. 16. a; Iud. 11. f *e Samſon.* Qui ut legitur in lib. Iudicũ, afflixit uehementer Philiſthæos.

*f Iepte.* Qui cum iret ad pugnam contra hoſtes, uouit dño, quod ſi triumphũ de hoſtibus aſſequeretur rediens, quod primo occurreret offeret Deo, occurritq; ei filia, quam immolauit. Nõ laudatur Iepte, quod filiam occidit, ſed quod per fidem Deo iuuãte hoſtes ſuperauit. Aug. Quare non culpatur Abraham, ſed laudatur, quod filium occidere uoluit. Et merito quæritur, utrum pro iuſſu Dei ſit habendum, quod Iepte filiam ſicut vouerat occidit. (De ciui. Dei li. 1. ca. 21. tom. 5. Gen. 22. b)

B Nec Sãſon aliter excuſatur, quod ſe cum hoſtibus oppreſſit, niſi quia ſpiritus latẽter hoc iuſſerat. qui per illũ miracula faciebat.

*g Qui per fi.* Et ſi recuſat dicere, quæ ſinguli, dicit tamẽ quæ quidam operati ſunt fide.

*h Repromiſſiones.* Promiſſiones multæ ſunt factæ Dauid, ut Abrahæ. Sapienter hiſtoriarum commemorationem uitat, ne ſermonem ſuum protelet, breuiter quædam tangens. Nec. n. omnino tacuit, nec dicens moleſtus effectus eſt, fugit denſitatem & longitudinem, ne fatiget auditorem.

De ciui. Dei li. 3. ca. 16. to. 4. Dan. 14. d Pſal. 2. a *i Obturauerunt.* Aug. plurale pro ſingulari, ſolus Daniel ſignificatur ora leonũ clauſiſſe, ſolus Eſaias ſectus, ut in pſ. ij. a. Aſtiterunt re. pro Herode, & principes, pro Pilato. Attendendũ quod in ve. Te. ſæpe patribus in his, quæ dicta ſunt, & aliis huiuſmodi tẽporalis felicitas monſtratur exhibita. Tẽpus autem talium nõ eſt in no. Te. Ante dedit talia, ut præter eum non intelligatur alius largitor etiam terrenæ felicitatis, quæ ad veterem hoĩem pertinet. In Chriſto nouo homine nouus noua promittit. i. æterna. Vnde & ipſe irriſus in conſpectu inimicorum moritur, ſed

resurrectionem

a corruerunt circumitu dierum ſe-
a ¶ Quia credidit terram Iudæis a Deo tradendam, & ideo excepit exploratores.
ptem. † Fide Raab meretrix non a
a ¶ Quid ergo uos, qui prophetas & Chriſtum audiſtis?
b periit cum incredulis, excipiens b
a ¶ Multa facta fide dixi. c
exploratores cum pace. Et quid d
a ¶ Quaſi infinita ſunt.
adhuc dicam? Deficiet enim e
a ¶ Epiſtolæ huius, vel uitæ, ſi ſingula uellem proſequi.
c me tempus enarrantem de Gede- f
d e on, Barach, Samſon, † Iepte, Da- g h
f g uid, Samuel, & alijs prophetis, qui i k
per fidem uicerunt regna, operati l m
¶ Æquum iudicium. a ¶ Fide. b ¶ Quæ promittebant, vt victoriam, vel alia. ¶ De Deo vel Chriſto. n
h ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repro- o
a ¶ Non tantum homines vicerunt fide, ſed & beſtias, vt Daniel.
i miſſiones. Obturauerunt ora le- p
¶ Vt tres pueri.
onum, extinxerunt impetum i- q
a ¶ Exercitum accinctum gladio, vt Ioſue, Dauid, & alii multi.
gnis. Effugauerunt aciem gladii, r

*tores filiorum Iſrael, qui erant homines ſapientes, confiderent in tali muliere de conſeruatione uitæ propriæ: Ideo dicunt aliqui, quod tunc nõ erat meretrix ſed ante fuerat: propter quod tale cognomen ſibi remanſerat. Sed hoc non uidetur uerum, quia tales meretrices quamuis pœniteant, reputantur tamen in communi plebe perſonæ uiles. & ideo ſi fuiſſet meretrix, non fuiſſet coniuncta in matrimonio ipſi Salomon, qui erat nobilior in toto populo Iſrael: cum eſſet princeps nobilioris tribus. ſ. tribus Iudæ, quia nobiles Iudæi abominabantur talibus perſonis in matrimonio coniungi. Et ideo uidetur melius, quod non fuit meretrix, nec erat. ſed tantummodo tale cognomen habebat. multi. n. cognominantur aliquo cognomine, cuius proprietatem nunquã habuerunt in re. ſicut aliquando aliquis pauper cognominatur rex, uel comes, uel aliquid huiuſmodi. Itẽ aliter poteſt dici & melius, ut credo. Ad cuius intellectum ſciendum, quod Ioſue. ii. ubi agitur de Raab dictio Hebraica ſibi adiũcta ſonat ſic, זונה zonah, & ſignat propriã proprie. & quia meretrix prompta eſt ad offerẽdum corpus ſuũ, ideo hoc nomen tractum eſt ad deſignandum meretricem. & ſimiliter quia mulier hoſpitalaria eſt prompta ad trãſeuntes trahendos ad hoſpitium ſuũ, tractũ eſt idem nomen ad ſtandũ pro hoſpitalaria. Vnde Ioſue. ii. vbi tranſlatio noſtra habet. Ingreſſi ſunt domum mulieris meretricis: trãſlatio Chaldaica habet, domum mulieris hoſpitalariæ. & talis fuit Raab: propter quod exploratores declinauerũt ad domum ſuam ad hoſpitandum. Ad authoritatem uero Hiero. qui dicit, quod ponitur in genealogia Saluatoris ſicut mulier reprehenſibilis. ſicut diffuſius ſuper Mat. Poteſt etiam breuiter dici, quod hoc dicit Hier. non propter uitium meretricij, ſed quòd fuit alienigena & de idololatris nata. ſicut etiam dicit de ipſa Ruth, quæ tamen fuit mulier magnæ uirtutis & famæ, ut dicitur Ruth iij. c. Scit omnis populus, qui habitat intra urbis meæ portas, mulierem te eſſe uirtutis.* C

Raab quare dicta meretrix.

† 56 diſt. c. nati. ibi Iepte.

In euange. Matth. c. 1. tom. 9.

d Et quid ad. d. *Hic ponuntur exempla de fide poſt exitum de Aegypto in terra promiſſionis iam obtenta, dicens:* Et quid ad. di. *q. d. multa poſſunt dici exempla de fide patrum, ad quæ enarranda non ſufficeret tempus uitæ meæ. & hoc eſt, quod dicitur:* D

e Deficiet e. me ten. en. *id eſt antequam poſſem enarrare per ſingula.*

f De Ged. *qui credens promiſſo Dei cum trecentis hominibus confidenter pugnauit contra exercitũ maximum ipſius Madiã, ut habetur Iu. vi.*

g Barach. *qui credens prophetiæ Delboræ iuit cum populo inermi ad pugnandum contra Syſaram.* Indic. 4.

h Iepte. *qui ex fide iuit ad pugnandum contra filios Ammon, unde ibidem dicitur: Factus eſt ergo ſuper Iepte ſpiritus domini. quod autẽ poſtea filiã ſuã indiſcrete & crudeliter occidit, ut dicit Augu. credendum eſt, quod ipſe pœnituerit, quia ponitur in cathalogo ſanctorum. Hebræi tamen dicũt, quòd non occidit eam, ſed ſacrificauit eam domino per obſeruantiã uirginitatis, ſed in cõſilium ſapientium illius tẽporis, ſicut plenius dixi Iud. xi. & eodem modo dicendum eſt de Gedeone, qui fecit Ephod contra præceptum domini, ut habetur Iudi. viij. ſ. quòd pœnituerit ante mortem, ut dicitur communiter. tamen aliter poteſt dici probabiliter. ſ. quòd non fecit contra præceptum domini in illo Ephod, ſicut plenius dixi Iudic. viij.* (Indic. 11. e; Vbi ſup.)

i Dauid. *qui ex fide adhuc iuuenis pugnauit inermis contra Goliath.*

k Samuel. *qui propter fidelitatem ſuam obtinuit prophetiæ ſpiritum, & unctionem regis & multa alia.*

l Et aliis prophetis. *ſcilicet Iſaia & Ieremia & conſimilibus.*

m Qui per fi. vicerunt regna. *In quo tangitur actus fortitudinis.*

n Operati ſunt iu. *In quo tangitur actus iuſtitiæ & uirtutis. iſti. n. ſunt actus præcipui inter actus uirtutum moralium, quia conſeruant commune bonum ut habetur. v. Ethic. & quia virtutes connexæ ſunt, ideo per iſtos actus intelliguntur actus aliarum virtutum.*

o Adepti ſunt re. *Sed hoc videtur eſſe cõtra illud, quod dictũ eſt infra eo. ca. Iuxta fidẽ defuncti ſunt omnes non adeptis repromiſſionibus. Dicẽdum, quod triplex promiſſio facta eſt antiquis. Vna fuit promiſſio terræ ſanctæ, ſed hanc non acceperũt Abraham, Iſaac & Iacob in ſe. & de hac loquitur Apoſtolus ſupra cũ dicit: Non adeptis repro. &c. acceperũt tamẽ eã in ſucceſſoribus ſuis. Alia eſt promiſſio ſpũalis, qua promittitur ſanctis uita beata. & hanc nullus accepit ante Chriſti aduentum. Alia eſt promiſſio ſingularis, qua promiſſum eſt cuilibet aliquod bonum particulare, ſicut Dauid promiſſum fuit regnum, Ezechię ſanitas, & ſic de alijs, & iſtas promiſſiones conſecuti ſunt. & de iſtis loquitur hic.*

Promiſſio triplex antiquis facta.

p Obtu. ora. le. *Hoc habet ueritatem de Daniele, vt habetur Dan. vi. & de Dauid ut patet. 1. Reg. xvij. & de Samſone Iudi. xiiij. & in hoc oſtenditur victoria ſanctorum de animalibus brutis.*

q Extinxerunt im. ig. *hoc patet in tribus pueris poſitis in camino & de Moyſe & Aaron. & in hoc oſtenditur uictoria ſanctorum de rebus inanimatis.* (Dan. 3. Num. 11. & 16.)

r Effuga. aciem gladii. *id eſt aciem hoſtium habentium gladios acutos. hoc frequenter fecit Ioſue, Gedeon, & Dauid, vt patet in libris*

¶ *Ioſue*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *Vnde dicitur. ij. Cor. x. b. Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potentia Dei ad deſtructionem munitionum.*

a Fide Raab me. *Hic oſtenditur quid factum ſit ex fide ipſius Raab, quæ ex auditu miraculorum in tranſitu filiorum Iſrael per mare rubrum & in alijs mirabilibus, quæ eis acciderant, credidit firmiter ciuitatem Iericho tradendam uirtute Dei in manu populi Iſrael. & ideo nũcios Iſrael ex eadem fide conſeruauit, ex quo meruit liberari a morte cum ſua conſanguinitate, ut habetur Ioſue. vi. & hoc eſt, quod dicitur:* Fide Raab me. *ſic enim cognominata eſt.*

b Non per. cum inc. *id eſt cum alijs ciuibus Iericho, qui credebant ciuitatem poſſe defendere contra Deum Iſrael.*

c Excipiens ex. cum pa. *quia eos ſaluauit, ut dictum eſt. De iſta Raab dicunt aliqui, quòd ad literam meretrix: & ideo exploratores melius potuerunt ingredi domum eius ueſpere, quia tales mulieres indifferenter recipiunt omnes & ipſi in neceſſitate poſiti poterant licite ad eum ire, non propter luxuriam exercendam, ſed ad uitam propriam conſeruandam. ipſa. n. minus poterat culpari in receptione eorum, quam alius de ciuitate, cum ipſa indifferenter omnes reciperet. & ſalus exploratorum non debebat procurari per mortem alterius, ideo intrauerunt domum iſtius quamuis eſſet meretrix. Sed hoc non uidetur probabile, quia tales meretrices parum habent de fidelitate: & ideo non uidetur probabile, quòd exploratores*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E reſurrectionem ſuam non aliis, ſed ſuis oſtēdit, vt ibi diſcerēt quid ſibi ſperarent. Vnde & Iacobus: Suſtinentiam Iob audiſtis, & finem Chriſti vidiſtis quaſi patimini vt Iob. Sed nō ſperetis finem eius. i. temporalia, quæ ei aucta redierunt. ſed ęterna, quæ in Chriſto præceſſerunt.

Iac. 5. c

De patientia tom. 4. a *Alii au.* Aug. Et in illis patribus vet. Teſt. quamuis rara fuerunt, tamen exēpla patientiæ a ſanguine Abel vſq; ad ſanguinem Zachariæ, quorum ſanguinē dicit dñs ab eis exigendum: qui in patrum ſuorū, a quibus illi occiſi ſunt iniquitate perſiſterent. Et in no. Teſta. nō defuerunt temporali fęlicitate pollentes. in eo miſericordiam Dei experiamur.

† potentes redditi ſūt ex imbecillitate,

b *In melo.* Melota ueſtis de pilis Camelorum, vel melius, eſt animal: quod & taxus, cuius pellis Melota dicitur:

c *Quibus.* i. quorum conuerſatione *non erat mun. di.* & ideo ne viles habeantur ꝑ tribulationibus. Vel adeo viles erāt hominibus, ꝙ non eſſent digni ſtare uel habitare inter eos. Vel illi priores non acceperunt ſtatim promiſſam uitam vſq; ad Chriſtum. Cur non?

d *Deo pro nobis melius.* prout naturam noſtram aſſumeret, & glorioſius nobiſcum exultaret. Et ſi illi tenuerunt fidem, qui nos tandiu expectauerunt requiem, multo magis teneamus, qui ſtatim accipimus.

† ouilis pellibus.

e *Conſummarentur.* id eſt requie & uiſione Dei fruerentur.

[a Vt Ezechias & Iob.]
†conualuerunt de infirmitate, for-
[a Vt Ioſue, Iudas, Machabæi & alij. In prælio. b In fugam.]
tēs facti ſunt in bello. † Caſtra verte-
[a Inimicorum. b Vt per Eliam & Eliſæum.]
runt exterorum. acceperunt mulie-
[Venientes. i. reſuſcitatos.]
res de reſurrectione mortuos ſuos.
[Ecce quanta per fidem fecerunt, modo quanta pro fide paſſi ſunt. a In eculeo & alijs tormentis.]
a Alij autem diſtenti ſunt, non ſuſci-
[a Euaſionem de manu inimicorum. Illa redemptione.]
pientes redēptionem, vt meliorem
[Vitam æternam.]
inuenirent reſurrectionem. Alij ue-
[Per hoc notat hæc in eiſdem perſonis fuiſſe.]
ro ludibria & verbera experti, inſu-
[a Vt Ieremias in Ægypto, Ezechiel in Babylonia.]
per & vincula & carceres. Lapidati
[a Vt Iſaias. b Promiſſionibus.]
ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occi-
[a Gladio facta. b Vt Vrias, Ioſias. c Multa loca mundi.]
ſione gladij mortui ſunt. Circumie-
[a Vt Elias & alij.]
b runt in † meloti s, in pellibus capri-
[Neceſſarijs. Cura animi. Laboribus.]
c nis, egentes, anguſtiati, afflicti: qui-
[a Amatores mundi.]
bus dignus non erat mundus, in ſo-
[a Vt Mathathias & ſequaces eius; & ante Elias & filij prophetarum ſub Iezabel.]
litudinibus errantes, in montibus,
[a Quæ naturales ſunt. b Quæ aliquo caſu ſiunt.]
& in ſpeluncis, & in cauernis terræ.
[Tanta per fidem antiqui fideles operati ſunt, uel paſſi pro fide.]
[a Quod fides de eis perhibuit.]
Et hi omnes teſtimonio fidei proba-
[a Adhuc. b Duas ſtolas, etſi ſingulas plenam corporis, & animæ beatitudinem.]
ti nunc non acceperunt repromiſ-
d ſionem Deo pro nobis melius ali-
[Vt in communi gaudio omnium maius fiat ſingulorum.]
quid prouidente vt non ſine nobis
[Profiterentur.]
e conſummarentur.

NIC. DE LYRA.

¶ *Ioſue. Iudi. & Reg.*

a Conualuerunt de in. *Hoc ſpecialiter patet de Ezechia Iſa. xxxviii. qui miraculoſe ex fide ſanatus eſt: & de pluribus aliis hoc credendum eſt, quia loquitur in plurali.*

F

b Fortes fa. &c. ca. ver. e. *i. alienigenarum. hoc patet de multis, ſpecialiter autem de Ioſue, Dauid & Machabeis.*

c Acceperunt. *Aliqui hoc male exponentes, dixerunt, quòd mulieres acceperunt viros ſuos reſuſcitatos, dicentes quòd matrimoniū non diſſoluatur per mortem: & ideo tenebātur illos reaccipere. Sed hoc eſt contra Apoſtolum Rom. vii. ubi loquitur de muliere coniugata: Si mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt a lege viri. Ideo ſciendum, quòd aliqua ſunt ſacramenta, quæ imprimunt characterem, & talia non reiterantur: ſicut reſuſcitatus non debet iterū baptizari, quia character perpetuus manet in anima, qua incorruptibilis eſt. Aliqua ſunt ſacramenta, quæ non imprimunt characterem, & talia reiterantur, vt patet de pœnitentia: quia ſi interrumpatur per peccatum mortale, neceſſe eſt ipſam iterari. matrimonium autem nō imprimit characterem, & ideo ſi ſoluatur per mortem uiri, mulier non debet eum admittere, ſi reſuſcitetur, niſi inter eos matrimonium iterum contrahatur. ideo ſic debet exponi.* Mulieres *i. matres:* acceperunt de reſ. mor. ſu. *i. filios ſuos reſuſcitatos per fidem & orationem ſanctorum prophetarum. ſicut patet de muliere Sareptana, quæ ab Elia accepit filium ſuum reſuſcitatum. & de muliere Sunamite, quæ filium ſuum reſuſcitatum recepit ab Eliſeo.*

Sacramenta duplicia

Reg. 3. 17. Reg. 4. c. 4.

d Alii autem diſ. ſunt. *Oſtenſo quid ſancti patres pro fide fecerunt, hic conſequenter oſtenditur quid pro fide ſuſtinuerunt. Et diuiditur in duas partes: quia primo oſtendit quid paſſi ſunt pro fide. ſecundo quare promiſſiones ſunt eis dilatæ, ibi: Et hi omnes. Prima adhuc in duas: quia primo tanguntur mala ab aliis illata: ſecundo mala uoluntarie aſſumpta, ibi: Circumierunt in Melotis. Dicit igitur, quòd per fidem unius ueri Dei.* Alii diſtenti ſunt. *id eſt in tormentis extenti, vt patet. 1. Machab. & . ij. de ſeptem fratribus, & de pueris ad vbera matrum ſuſpenſis. ii. Mach. vi.*

D iuiſio

e Non ſuſcipientes redemptionem. *id eſt liberationem a præſenti pœna.*

f Vt meliorem inuenirent reſur. *in futura gloria.*

g Alii vero ludibria exper. *ſicut patet de Samſone, & de Tobia: & de Iob.*

Iudi. 16. Tob. 2. Iob. 19.

h Et verbera. *hoc patet de Michea propheta, quē percuſſit Sedechias. & de præpoſitis filiorum Iſrael, qui flagellati fuerunt ab exactoribus Pharaonis.*

3. Reg. vlt. Exod. 5. 5.

Inſuper

i Inſuper & uin. *hoc patet de Ieremia Iere. xxix. & xxvij. de Michea. iij Reg. vlt.* G

k Lapidati ſunt. *hoc patet de Naboth. & de Zacharia filio Ioiadæ.*

3. Reg. 21. 2. Paral. 24.

l Secti ſunt. *patet de Iſaia, qui ex præcepto regis Manaſſe ſectus fuit cum ſerra lignea, eo quòd reprehendebat eius facinora. Et de ſeptem fratribus Machabæis: qui ſecti ſunt in manibus & in alijs corporis partibus, ut patet. ij. Mach. vij.*

m Tentati ſunt: *vt ad idololatriam inclinarentur: ſicut patet de Matathia & filijs eius. & de Eleazaro. & de ſeptem fratribus.*

† incurſiones, in fugam uer. 1. Mach. 1. 2. Mach. 6. Ibidem 7.

n In occiſione gladii mortui ſunt. *id eſt, quia nolentes conſentire idololatriæ gladio percuſſi ſunt: ut patet. ij. Machab. v. & vi.*

o Circumierunt in melotis. *Hic conſequenter oſtendit quid paſſi ſunt propter fidem in malis voluntarie aſſumptis. Et reducuntur ad tria, ſcilicet ad exteriorem cultum: & quantum ad hoc dicit.* Circumierunt in melotis. *Melota autem eſt ueſtis facta de pelle taxi. quæ hirſuta eſt & deformis, & in tali habitu quantum ad aliquid deſcribitur Elias. iiij. Regum. 1. & Iohannes Baptiſta Matth. iij. ſecundo reducuntur ad perſonæ ſtatum, & quantum ad hoc dicit:*

Melota quid

p Egentes. *quòd ſpecialiter patet in Elia, qui in neceſſitate paſtus eſt a coruis & a muliere vidua.*

3. Reg. 17.

q Anguſtiati. *hoc patet de Elia fugiente Iezabel. & de Dauid fugiente Saul. & Abſalon.*

3. Reg. 19. 1. Reg. 21. & inf. 2. Reg. 15

r Afflicti. *labore corporali, vt habetur de Elia, qui laſſus obdormiuit ſuper iuniperum.*

3. Reg. 19.

ſ Quibus dignus non erat mundus. *Per hoc enim, quòd fugiebant a ſocietate aliorum, patet quòd homines mundani non erāt digni ſocietate illorum, propter culpam mundialem. Tertio reducuntur ad locum. & quantum ad hoc dicit:* H

t In ſoli &cæt. *Cauerna eſt foſſa facta per artem. Spelunca vero per naturam: uel ex aliquo accidente, ſicut de corroſione aquarum vel huiuſmodi. talia autem loca inhabitabant patres antiqui, ut eſſent in loco apto diuinæ contemplationi: propter quòd Philoſophus. 1. politicorum poſtquam probauerat hominem eſſe animal ciuile, ſubiunxit: quòd ille, qui refugit communem habitationem hominum, uel eſt beſtia, vel melior homine. Quia ſi homo refugiat hoc propter malitiam ſuam nō potens cū aliis cohabitare propter defectum ſuum in moribus, cadit a dignitate humana in vitam beſtialem. Si autem refugiat communitatem hominum, ut liberius vacet contemplationi diuinæ, excedit communem ſtatum hominum, & eſt quidam Deus inter alios homines, ſecundum Philoſophum.*

u Et hi omnes. *Hic conſequenter oſtendit Apoſtolus quomodo & quare promiſſiones ſunt eis dilatæ, di.* Et hi omnes teſti. fidei pro. *ut patet per prædicta exempla.*

x Non acceperunt repromiſſi. uitam gl. æter. *& ſubdit cauſam di.*

y Deo pro no. me. &c. vt non ſi. no. *id eſt ad perfectionem gloriæ ducerentur ſine nobis. Ex hoc. n. quòd patres vet. Teſt. in limbo exiſtentes ſimul venerunt ad gloriam per Chriſtum cum aliquibus ad nouum Teſt. pertinentibus, fuit maius gaudium utrorumque. Notandum, quòd aliqui ex hoc loco acceperunt occaſionem errandi dicentes, quòd nullus intrabit ad gloriam, niſi poſt finalem reſurrectionem, Sed hoc eſt contra Apoſtolum dicentem. Scimus. n. quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quòd ædificationem habemus ex Deo, domum non manu factam, ſed æternam in cęlis. Ex quo patet, quòd anima a corpore ſeparata ſtatim recipitur in gloria, niſi propter debitum alicuius pęnæ temporalis retardetur. Propter quod conſummatio gloriæ de qua loquitur hic Apoſtolus, poteſt referri ad pręmium eſſentiale, & ſic non habuerunt eam patres veteris Teſtamenti ſine nobis, quia non habuerunt eam ante nouum Teſtamentum. Vel poteſt referri ad corporis ſtolam, quæ non datur generaliter, niſi poſt uniuerſalem reſurrectionem: quamuis aliquibus data ſit ante ex ſpeciali priuilegio. & hoc modo patres ueteris Teſtamenti ſimiliter non conſummantur in gloria ſine nobis, quia ſancti ueteris Teſtamenti et noui ſimul accipient gloriam corporis.*

2. Cor. 5. a



A In ca. xj. ubi dicitur in poſtil. Fides eſt ſubſtantia &c. Ad cuius intellectum ſciendum.

ADDITIO I.

Ad vlteriorē declarationē quorūdā, q̄ in hoc ca. cōtinentur, præter illa, q̄ hic habētur, in poſtil. quędā vīr addenda. Et primo circa hoc quod dr̄: Fides eſt ſubſtantia ſperandarū rerum &c. Circa qd̄ attendendū ꝙ licet expoſitio poſtil de hac diffinitione ſeu deſcriptione fidei, quā Apoſtolus ponit, ſit ſatis uera, & uī eſſe ſumpta a S. Tho. ij. ij. q. 4. ar. j. in corpore quæſt. exponantur tamē ēt hæc uerba Apoſtoli ſ̄m alios ſic, vt cum dr̄: Fides eſt ſubſtantia ſperandarū rerum, intelligatur cauſa ſubſiſtendi in nobis per res ſperandas, q̄ quidem ſunt bona futura, quæ rationabiliter ab hoīe virtuoſo ſperari debent. ſ. beatitudo, quæ ab oībus eſt appetenda. Vnde in hoc, quod dicit, ſperandarum rerum, excluduntur res ſperatæ, quæ tñ non ſunt ſperandæ. ſicut ſunt bona mundana ſeu tpalia, quæ nō ducunt ad veram beatitudinem. Bona aūt ad ueram beatitudinem ꝑtinentia ſubſiſtunt in nobis per ſpem, quæ a fide gñatur, ut in glo. Mat. j. Et ſic cum dicit, Subſtantia ſperandarum rerum, per ly ſubſtantia, intelligitur cauſa. ſ. fides, quæ ſpem cauſat. cum aūt dr̄ argumentum non apparentium: per argumētum intelligitur probatio. per fidem. n. eſt in nobis quædam probatio rerum non apparentiū. ſ. quæ de ſe nō hn̄t euidentiā, ſed per fidem, per quā in nobis cauſatur aſſenſus de inuiſibilibus ſperandis, ſicut argumentum oſtendit concluſionē in ſcibilibus. Conſequenter circa hoc, quod dicit: In hoc. n. teſtimonium conſecuti ſunt ſenes. Notandum ꝙ cū Apl̄s loquitur Hebræis, quorū cōis ſtatus populi quandiu legē obſeruabat, ſp in proſperitate fuit & cum a præceptis legis declinaſſet, in multas aduerſitates incidebat: ſicut patet in hiſtoriis cōibus vet. le. prout in prima ij q. xcix. ar. vj. in reſponſione ad tertiū ar. declarat̄. ideo in primitiua eccleſia Hebræi ad fidem conuerſi, ſicut ad legalia obſeruanda ex primæua conſuetudine inclinabantur, credentes ipſa eſſe neceſſaria cum fide Chriſti, ſic æſtimabant, ꝙ ad iuſtitiā fidei debebāt ſequi aliqua præſentia & uiſibilia bona, & ſpecialiter redemptio eorum a captiuitate Gentium. Vnde & poſt paſſionem Chriſti quidam de diſcipulis nondum perfecte docti dicebāt. Nos ſperabamus, ꝙ ipſe eſſet redempturus Iſrael. & ideo apud Hebręos ponere totum præmium fidei in bonis futuri ſeculi, quæ omnino in hac uita non habentur, nec ad plenum uīr, erat eis durum ad credendum. Vnde Apoſtolus hunc errorem intendens ab eis excludere, dicit: In hac. n. teſtimonium conſecuti ſunt ſenes. ſ. in hac fide quæ eſt de rebus ſperandis, ut iam dixerat: non de rebus uiſis, ſeu iam adeptis, ſeu in proximo adipiſcendis. Conſecuti ſunt teſtimonium. ſ. iuſtitiæ a Deo. Senes. i. antiqui. Ad quod probandum. ſ. ꝙ fides meritoria proprie ſit de rebus ſperandis & non adeptis, inducit exempla. Et primo ponit unum exemplum de fide, q̄ eſt de rebus non ſperandis, ſed iam exiſtentibus. & hoc cum dicit: Fide intelligimus. Secundo ponit plura exempla de fide, quæ eſt de rebus ſperandis, ibi: Fide plurimam hoſtiam. Circa primum dicit ſic. Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei. Ad quod ſciendū, ꝙ credere mundum eſſe a Deo creatum, prout Gen. j. dr̄, licet ſit fides vera, non eſt tamē ſperandarum rerū. ſed eſt de rebus iā exiſtentibus: ideo per iſtā fidē ſolū nō legitur aliquis teſtimoniū iuſtitiæ fuiſſe conſecutus, ſed per fidem de rebus ſperandis. unde notanter dixit: Fide intelligimus, non aūt dixit: Fide credimus hæc. q. d. hæc fides per quam mundus creditur fuiſſe creatus a Deo, in qua non includitur aliquid ſperādum, non legitur commendari in ſacra ſcriptura, ſicut aliquis dicatur iuſtus eo ſolo, ꝙ credit mundū a Deo eſſe creatum: ſed fides illa, quæ de rebus ſperandis eſt, ſæpe in ſcriptura cōmendatur, prout patet per exempla cōſequenter inducenda. Et primo de Abel, qui commendatur in ſcriptura tanquā iuſtus dupliciter. Primo per acceptationem munerum ſuorum, cum de eo dr̄. Reſpexit dñs ad Abel & ad munera eius Scđo per hoc ꝙ Deus poſt mortem dr̄ audiſſe clamorem ſanguinis eius, & de hoc, quod dicit, ꝙ defunctus adhuc loquitur. ſ. clamando de terra. Secūdo ponit exemplum de Enoch, qui commendatur in ſcriptura tanquam iuſtus per trāſlationē eius ad Deū. Ex quibus duob. exemplis Apl̄s intendit oſtēdere, ꝙ per fidē de rebus ſperādis, & nondū adeptis antiqui conſecuti ſunt teſtimoniū iuſtitiæ fidei, eo ꝙ prædicti non leguntur aliquod opus meritoriū feciſſe, niſi ꝙ crediderūt uerā fidē de ſperandis. Quod ſi cōtra ꝑdicta dicatur, uñ hr̄ ꝙ Abel credidit aliquid ſperandū. ſimiliter & Enoc, cum tamen ſcriptura nihil circa hoc dicat de eis? Ad quam tacitam quæſtionem reſpōdet dicēs: Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo. Vnde quia ꝑdicti duo leguntur placuiſſe Deo, ut patet per prædicta, ſequitur ꝙ habuerunt fidē, ſed non de rebus adeptis, cū talia nō legātur habuiſſe in hac uita. ergo de rebus ſperandis, quod eſt intentū. Sed contra hoc adhuc poſſet quis dicere, unde hr̄ ꝙ ſine fide impoſſibile eſt placere Deo? Ad qđ rñdet: Credere. n. oportet accedentē ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Pro quo ſciendū, ꝙ naturalis ratio dictat hoī, ꝙ alicui ſuperiori ſubdat̄, ꝑpter defectus quos in ſeipſo ſentit, in quibus eget adiuuari & dirigi, qui apud homines dr̄ Deus, prout. i ij q. lxxv. Ex quo ſequitur, ꝙ ſi quis ad uerū Deum accedere intendit, oportet ꝙ credat ipſum Deum eſſe ſuperiorem illo, ad quem accedere intendit, & ſic uerificatur illud, ꝙ accedentē ad Deū oportet credere, q a eſt. Oportet etiā ꝙ accedēs ſperet

Deſcriptio fidei etiam alitor.

Luc. 24. c

Fides ſperā mundæ.

Gen. 4. a

Ibidem.

B

ſperet ab illo adiuuari & dirigi in futuro, alias fruſtra ad talem ſuperiorem accederet. & ſic verificatur ꝙ oportet accedentē ad Deū credere, & ꝙ inquirentibus ipſum. ſ. Deū, remunerator ſit, Ex quibus probatur, ꝙ Abel & Enoch, qui iuſtitiæ teſtimonium conſecuti ſunt, fidem habuerunt de Deo, per quam ſperauerūt ab eo remunerari, quam remunerationem in hac uita non habuerūt. quod eſt intentum Apoſtoli ad fundandam diffinitionem ſeu deſcriptionē ſuam ſupradictam. Sed quærendum vr̄, cum iſta uerba Apoſtoli. ſ. Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo, & credere oportet accedentem &c. communiter pertineāt ad fidem de qua agitur, quare interpoſuit illa verba inter teſtimonium Abel & Enoch, & teſtimonium Noe & ſequentium? Debuiſſet. n. uel præponere illa ante omnia teſtimonia antiquorum, uel poſtponere ea poſt omnium fidelium teſtimonia. Ad quod dicēdum, ꝙ ratio eſt, quia in illis duobus ſolis primis. ſ. Abel & Enoch nō legit̄ expreſſe aliqua fides de re ſperanda: & ideo probat ea per rationem. In aliis vero. ſ. Noe & ſequentibus inuenitur clarius fides de re ſperanda, ut patet in omnibus ſequentibus. Et primo de Noe, qui diluuium futurum credidit, & ab eo eripi per arcam iuxta diuinam reuelationem, & ſic habuit fidem manifeſtam de rebus ſperandis & nondum adeptis. Idē hr̄ de Abraham & aliis, qui ſequuntur, in quorum quolibet inuenitur fides de rebus ſperandis, ut patet intuenti per ſingula. Et exponantur cætera ut in poſtil, uſq; ibi: Et aliis prophetis, qui per fidem uicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam. Circa quod attēdendum, ꝙ fides antiquorū, quæ manifeſta fuit ſeu cōfirmata in vet. le. ꝙ miracula ſubuertentia aduerſarios corporaliter, & liberantia populum Dei, ut in Aegypto & in mari rubro, & huiuſmodi in noua lege, potius fuit oſtenſa ut plurimum per mirabilem patientiam ſanctorū, in cruciatibus acerbiſſimis, & aſſiduis ꝑſecutionibus. ſ̄m quas vere dicuntur martyres. i. teſtes fidei, quam quidem differentiam inter antiquos patres & nouos vr̄ hic innuere Apoſtolus, qui de antiquis dicit: Qui per fidem uicerunt regna &c. obturauerunt ora leonum &c. Quæ omnia vſq; ibi: Alii uero diſtenti ſunt, excluſiue pertinent ad ſtatum antiquorum, vbi omnia iſta & plura ſimilia leguntur. & ſic in illo ſtatu, vt plurimum teſtimonium fidei accipiebatur ex uictoria fidelium & liberatione populi Dei uiſibiliter & miraculoſe factis. Et hoc teſtimonium proprie pertinebat ad illū ſtatum, qui propter eius imperfectionem per promiſſiones temporales deducebatur ad obſeruantiam præceptorum, ut in prima ſecundę. q. xcix. ar. vlt. in cor. quæſti. Vnde & populus ille comparatur puero ſub pædagogo exiſtenti, ut patet Gal. iii. Et ideo ſi principales patres antiqui Teſtamenti, ut patriarchæ, Moyſes & huiuſmodi temporalia omnia contempſiſſent, non haberet locum ipſorum doctrina. Vnde oportebat apud populum illum, qui talia bona præcipua æſtimabat, ꝙ eorum doctores tanquam bona magna illa æſtimantes, ſic temporalibus bonis publice adhærerent, ut de eis promiſſiones alijs facerent. Sicut magiſter puerorum munuſcula puerilia quibus pueros intendit prouocare ad aliquod uirtuoſum opus faciendum, illa aſſerit eſſe magna & maxime deſiderabilia, ut per ea deducantur ad opera uirtuoſa. Et ideo Deus, qui omnia ſuis temporibus & locis ſuauiter diſponit: patribus illius temporis bona temporalia communiter præſtabat quaſi in præmium meritorum, ut ex talibus induceret populum ad obſeruantiam præceptorum, quæ erant in ſuis effectibus potiora. Quod autem Apoſtolus in prædictis uerbis. ſ. cum dixit: Per fidem uicerunt regna &c. loquatur de patribus ſeu de iuſtis ve. Te. patet manifeſte ex plano ſenſu literæ. Cū. n. dixiſſet, Quid adhuc dicam de Gedeō, Dauid, Samuel & alijs prophetis? Immediate ſubiunxit: Qui per fidem uicerūt regna. vbi manifeſtū eſt, ꝙ illud relatiuū, qui, refertur ad prophetas & alios ſupradictos, qui oēs ſunt de antiquo Teſt. Si aūt cōtra hoc arguat̄ de Dauid fugiente à Saul & Abſalon, dicendū, ꝙ Dauid de utroq; aduerſantiū ꝑdictorum tenuit uictoriā manifeſte in hac uita Si aūt de Elia arguatur: dicendū, quod non eſt trahendum in exemplum: quia fuit unus tm̄. & hirundo vna, ſ̄m Philoſ. non facit uer. Nec docuit populum, ut proſpera mundi deſpiceret, ſed ut ab idololatria declinarent. Et quia erat in regione decem tribuum, ubi omnes erant idololatræ, ideo oportuit eum fugere a conſortio eorum. De Iſaia autem & Machabæis non poteſt ſumi argumentum cum perſecutiones eorum non legantur ab autentica ſcriptura. Vnde manifeſtum eſt: quòd in ſupradictis Apoſtolus loquitur de iuſtis, q̄ fuerunt ſub vet. Teſt. De his autem, qui ſub no. Teſta. fuerunt, ſubdit: Alii uero diſtenti ſunt non ſuſcipientes redemptionem. vnde bene dicit, alii uero, ut denotet ꝙ iſti de quibus loq̄tur, ſunt ſub alio Teſtamento. ſ. nouo, quorum q̄ plurimi, præſertim in primitiua eccleſia, in qua perſonaliter erat Apoſtolus, non inuenerunt redemptionem. ſ. corporalem, vt meliorem inuenirent redemptionem. ſ. ſpiritualem. De iſtis proprie dr̄: Lapidati ſunt, ſecti ſunt, in occiſione gladii mortui ſunt: egētes, anguſtiati, afflicti, omnia. n. iſta contigerunt ſanctis in primitiua eccleſia. Et ſequitur: Quibus dignus non erat mundus, quod pōt dupliciter exponi. Vel quia mundus nō erat dignus. i. mundani, ut tales haberent in conſortio. Vel qa illis ſanctis mūdus non erat dignus. ſ. mūdano conſortio ſ̄m illud Gal. vi. d. Mundus mihi crucifixus eſt, & ego mundo. Si autem quæratur ratio dictæ differentiæ inter vtrunq; ſtatum eccleſiæ. ſ. antiquum & nouum, Dicendū quòd duplex eſt, vna ſcilicet, quæ prius fuit ta-

C

Fides antiquorum & modernorũ

D

1. Ethico.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E fuit tacta, & ſumitur ex diuerſitate populorũ ſub diuerſis ſtatibus prædictis exiſtentium. Primi.n.erant imperfecti, & ideo per bona temporalia & uiſibilia ducebantur. Alij vero perfecti, qui contemptis terrenis potius ſpiritualia deſiderabant iuxta illud Apoſtoli ad Phil.iij.c. Quæ retro ſunt obliuiſcẽs ad anteriora me extendo. Alia vero ratio poteſt ſumi ex parte præcedentiũ. illi vero nondum perfecti ſequebantur ueſtigia Moyſi & aliorum patrum, qui ſuperando vincebant hoſtes &c. Iſti vero ueſtigia Chriſti, qui patiendo & moriendo vincunt hoſtem. Vnde & de antiquis proprie dicitur: Vicerunt regna, quia vicerunt Aegyptum, Chananæam, Idumæam, et huiuſmodi, quæ ſunt regna particularia. Noui vero ꝓprie dñr vincere non ſolum regna, ſed mundum, iuxta illud. Hæc eſt victoria, q̃

1. Ioan. 5.a uincit mundum, fides veſtra. Cuius ratio eſt: Nam ille iuſtus, q̃ tormenta mundi vſq; ad mortẽ patiendo immobiliter in fide manet, non ſolum unum regnum vel plura vincit, ſed mundum. Non em̃ mundus congregatus amplius poſſet facere contra unum hominẽ, q̃ ipſum multipliciter torquere & interficere. & ideo ſancti, q iſta ſuſtinuerunt ſub fide, totum mundũ vicerunt, ſuperando omnia, q́ mundus contra illos poſſet facere. Et ideo ſummus magiſter huius victoriæ nouæ Lu.xij.a.di Ne terreamini ab illis, qui occidunt corpus, & poſt hoc non habent amplius quid faciant. Sed antiqui, qui huiuſmodi doctrinam non habuerunt verbo, nec exemplo, licet ꝑ fidem uicerunt regna aliqua, ut dictum eſt, non tamen mundum vicerunt, quia forte ſi plura regna fuiſſent congregata contra eos, nõ potuiſſent ea uincere, ſicut illa pauca. Vnde notanter dicitur de antiquis: Per fidem vicerunt regna: non mundum. Sed de nouis dicitur: Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides veſtra. Et de iſta materia dictum fuit in additione ſuper Pſal. lxxvj. ſuper illud uerbum: Hæc mutatio dexteræ excelſi. Conſequenter Apoſtolus concludendo primum principale intentum ſuum dicit: Et hi omnes teſtimonio fidei probati inuenti, nõ acceperunt repromiſſionem &c. Quod intelligitur ſecundum Gloſſ. de plena beatitudine corporis & animæ, quam ſancti communiter non accipiunt uſq; ad finem mundi. Vel de beatitudine animæ tantum, quo ad priores, qui non acceperunt ſtatim uitam repromiſſam æternam vſq; ad Chriſtum. ex quibus omnibus bene conſideratis patet, quòd ratio fidei in bonis ſperandis & inuiſibilibus conſiſtit, non autem in bonis in hac uita uiſis, ſeu iam adeptis, prout quidam Hebræorum æſtimare uidebantur, quod fuit intentum principale huius capituli, prout dictum eſt in præcedentibus. G

In eo.ca. vbi dicitur in poſtil. Videtur etiam alicui, quòd Deum eſſe non ſit creditum.

ADDITIO II.

Deum eſſe proprie loquendo non eſt articulus fidei, ſed præambulum ad articulos. Fides enim præſupponit cognitionem naturalem, ſicut gratia naturam, & perfectum perfectibile.

REPLICA.

In ca. xj. Bur. facit longam digreſſionem. in qua inter cætera ponit differentiam inter ſanctos noui & ueteris Teſtamenti per agere ſecundum fidem & pati, ſic quòd antiqui fuerunt in ſphera actiuorum, noui in ſphera paſſiuorum. Allegat Bur. ad id quod dixit circa Pſal. Voce mea ad dominum. primum. Sed hoc ibi correctum eſt. vide correctionem ibidem &c.

## GLOS. ORD. CAP. XII.

*a Ideoq; & nos.* Poſt fidei commendationẽ, ad illud, quod inceperat, redit, exhortans eos ad patientiã pluribus modis, & præcipue ipſius Chri exẽplo.

*b Nubem te.* i. multitudinem ſanctorum, qui teſtes ſunt fidei, qui vt nubes exemplo ſui in æſtu tribulationum nos refrigerant, & doctrinis compluunt.

*c Qui propoſito ſibi gaudio.* Sic nos propoſito nobis æterno gaudio poſt habita confuſione debemus currere. Vel propoſito ſibi gaudio temporalis regni, quia voluerunt eum turbæ rapere vt facerent regem, quod noluit, quia erat via humilitatis. Quod Ieſus ſuſtinuit crucem, debet vos animare, quia etiam hoc minus, quòd contradictionem. Q. Aſpicite Ieſum, qui ſuſtinuit crucem, recogitate enim, vt ſequamini. Omnia terrena bona contempſit Chriſtus, ut in illis non quæreretur felicitas. Omnia terrena mala ſuſtinuit, vt in his non timeretur infelicitas Natus.n. de matre, quæ quamuis a uiro intacta conceperit, ſemperq; intacta permanſerit, fabro tamen deſpõſata fuit, in quo & omnis carnalis nobilitatis tumorem extinxit. Natus eſt etiam in ciuitate Bethleẽ, quę inter omnes Iudææ ciuitates erat exigua. noluit igitur quenquam de terrenæ ciuitatis ſublimitate gloriari. Pauper etiam factus eſt cuius ſunt omnia, ne de terrenis diuitijs quiſq; extolleretur. Noluit rex ab hominibus fieri, quia humilitatis viam oſtenderat miſeris. Eſuriuit qui omnes paſcit. Sitiuit, qui eſt fons ſitientium. Fatigatus eſt ex itinere, qui viam nobis fecit in cœlum. Obmutuit & obſurduit, per quem mutus locutus eſt, & ſurdus audiuit. Vinctus eſt, qui infirmitatum vincula ſoluit. Mortuus eſt, qui mortuum ſuſcitauit. Amore itaque eius ſimilia patiamur. Tunc enim lex implebitur, dum nõ cupiditate rerum temporalium

F — Ioan. 6.b — Suſtinentia Chriſti. — Ioan. 14.a

## CAP. XII.

¶Quia iſti ſuſtinuerunt. a ¶Etiam.

Ideoque & nos tantam habentes impoſitam nobis nubem teſtiũ † depo- (a, b, c)

a ¶In exemplum fidei & operum.

a ¶Poſt. ¶vel renũciantes peccatis, quæ undiq; circũfluunt. b ¶Peccatorum quod iam eſt, uel tædium, quod fit per tribulationem. c ¶Quod circunſtat & imminet etiam ſi nondum inſit.

nentes omne pondus, & † circun- d

a ¶Succincti & expediti.

ſtans nos peccatum, per patiẽtiam e

a ¶Sine dubitatione. b ¶Quod eſt propoſitum nobis. c ¶Martirii.

curramus ad propoſitum nobis cer- f

¶Quia tantus eſt dator fidei, currere debemus, & quia idem conſummat plena beatitudine, & quia ipſe idem paſſus eſt.

tamen, aſpicientes in autorem fidei, g h

c & conſummatorem Ieſum: qui pro- i

¶Æterno, ad quod per paſſionem itur.

poſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem

a ¶Neglecta uerecundia humana. ¶Ideo.

confuſione cõtẽpta, atq; in dextera k l

ſedis Dei ſedet. Recogitate enim cũ m

dum, quòd ſancti dicuntur teſtes Dei, quia facto & verbo glorificatur Deus per eos, ſecundum quod dicitur Iſa.xliiij.a. Vere vos eſtis teſtes mei, dicit dominus. Congregatio.n. ſanctorum dicitur nubes, propter vitæ faſtigium, & doctrinæ ſtillicidium, & concupiſcentię refrigerium: propter quod dicitur Iſa.lx.b. Qui ſunt hi, qui vt nubes volant? Propter quod Apoſtolus de ſanctis patribus per exẽpla uirtutis nos monentibus ad tolerantiam malorum, vt patet per prædicto, dicit ſic: Ideoque & nos. *poſteriores:*

b Habentes &c.nu. *id eſt congregationem fidelium ſanctorum exemplo ſuo nos exhortantium.*

c Deponentes omne pon. *quantum ad peccatum perpetratum.*

d Et cir.&c.nos pec. *quantum ad occaſiones peccandi.*

e Per pa.cur. *non ſolum mala illata ſuſtinẽdo, ſed etiam voluntariæ aſſumendo.*

f Ad propoſitum nobis certamen. *Hoc certamen eſt iuſtitia Dei, de quo ſcribitur Eccleſ. iiij.d. Vſque ad mortem certa pro iuſtitia.*

g Aſpicientes. *Hic inducit ad idem exemplo Chriſti, quod debet magis nos mouere ad patientiam, quia ipſe agnus innocens pro nobis paſſus eſt. Dicit igitur:* Aſpicientes: *oculo cordis attente conſiderando.*

h In autorem fidei & conſ. Ie. *Dicitur.n. autor fidei inquantum Deus, ipſam fidem infundendo. Dicitur etiam autor fidei inquantum homo, ipſam fidem prædicando. Dicitur etiam conſummator ipſius, fidem per miracula confirmando, & fidei præmium reddendo.* H

i Qui propo. ſibi gau. ſuſtin. cru. *Gaudebat enim in ſuperiori parte animę propter impletionem voluntatis paternæ, & ex fidelium redemptione, & ex ſui corporis propinqua glorificatione:*

k Confuſione con. *quia mortẽ maxime confuſibilem uoluntarie ſuſtinuit. Confuſio autem apparet ex quatuor. Primo ex loco, quia in ciuitate celebri. Secundo ex tempore, quia paſſus eſt in feſto Paſchali, quando omnes de terra conueniebant in Ieruſalem. Tertio ratione ſocietatis, quia inter Latrones paſſus eſt. Quarto ratione præcedentis honoris. Oppoſita.n. iuxta ſe poſita, maiora & minora videntur. ut dicitur. 1. Elen. & ideo ex honore, qui ei exhibitus fuerat in Ieruſalem in die palmarum, maior fuit confuſio paſſionis, quaſi immediate ſequentis. Et quia qui ſe humiliat exaltabitur, ideo ſequitur:*

l Atq; in dextera &c. *Et quia conſideratio dominicæ paſſionis non valet ſolum ad patientiam in aduerſis, ſed etiam ad perſeuerantiam, quæ plus oſtendit: quia reſpicit diuturnitatem mali, & dilationem boni promiſſi: ideo dicit:*

m Recogitate enim &c. ſuſ. &c. con. *in verbis contumelioſis, ſecundum quod habetur Matthæi. xi. c. Ecce homo vorax & potator vini & cæ. & iterum Matthæi. xxvij. c. Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo & cæt. Subdit cauſam, ad quid valet iſta conſideratio, dicens:*

## NIC. DE LYRA. CAP. XII.

Ideoq; &c. *Poſtquam Apoſtolus commendauit fidem, per quã membra vniuntur capiti, & poſuit multa exempla fidei, hic conſequenter hortatur ad oſtendendum fidem per opera exterius, quæ tenentur in corde exterius. Et diuiditur in duas partes, quia primo oſtendit qualiter ſe debent habere circa mala, ſecundo qualiter circa bona, ca. ſe. ibi: Charitas fraternitatis. Circa primum ſciendum, ꝙ duplex eſt malum. ſ. culpæ & pęnæ: & ideo oſtendit qualiter ſe debet habere circa mala pęnæ toleranda. ſecundo qualiter circa mala culpæ vitanda, ibi: propter quod remiſſas. Prima in tres, quia primo inducit ad tolerandum malum pœnæ exemplo antiquorum. ſecundo exemplo Chriſti, ibi: Aſpicientes. tertio autoritate ſcripturæ, ibi: Et obliti eſtis. Circa primum ſciẽdum,*

Diuiſio — Mors Chriſti maxime confuſibilis propter quatuor.

¶ Vt non



temporalium, ſed charitate illius, qui præcepit, fiunt quęcunq; præcepit. A

*a Deficientes.* Deficere eſt timore tribulationis fidem negare. Item non debetis deficere, quia eſtis obliti vos conſolationis? q. non debetis obliuiſci.

*b Omnem fili.* Auguſt. Etiam vnicum ſine peccato. Si ergo exceptus es a paſſione flagellorũ, exceptus es a numero filiorum. Vnicus ille de patris ſubſtantia natus æqualis patri in forma Dei, verbum quo facta ſunt omnia, nõ habebat vbi flagellaretur. Ad hoc autem carne indutus eſt, ut ſine flagello non eſſet. Qui flagellat vnicum ſine peccato, relinquit adoptatum, qui eſt cum peccato? Vnicus ſine peccato, nõ tamen ſine flagello, exemplum nobis propoſuit in paſſionibus ſuis. Non ergo turbari debemus, cum aliquis ſanctus grauia et indigna perpetitur, ſi obliti non ſumus, quæ pertulerit iuſtus iuſtorum, ſanctuſq; ſanctorum. Et attende hic iuſtitiam & miſericordiam Dei. Iuſtitia eſt in eo, ꝙ flagellat. Miſericordia vero in eo, quòd recipit.

*c Quis eſt fi. &c.* Aug. Dat diſciplinam, ut non auferat miſericordiam. Cædit contumacem, ut reddat hęreditatem. Si promiſſa patris bene agnouiſti, nõ timeas flagellari, ſed exhæredari. Curre ſub manu patris flagellantis. quia dum flagellat, erudit ad hæreditatem. Noli eſſe iniquo ſenſu & puerili, ut dicas, plus amat pater meus fratrẽ meũ cui permittit facere quidquid vult quã me: quia ſi me mouero contra iuſſionem eius flagella inuenio. Potius gaude ſub flagellis, quia tibi ſeruatur hæreditas. Chryſoſt. Attende quòd non ait: Omnis, q flagellatur, filius eſt. Sed, omnis filius flagellatur, aliter enim nullus recipitur. B

*d Ergo adulteri.* Nota non iure vocari patrem, qui ex adulterio genuerit, quia ab eo geniti non dicuntur filii legitimi.

*e Reuerebamur.* Reuereri eſt cum timore honorem impendere.

*f Et illi quidem.* Item alia ratio quare obtemperandum Deo eſt. Vel:

*g Ad id quod vtile.* ſcilicet in recipiendo ſanctificationem.

*h Diſcipli.* quæ græce dicitur παιδεία: eſt eruditio per moleſtias quando ꝓ peccatis ſuis mala quis patitur, ut corrigatur, quæ hic intelligitur. Eſt & diſciplina, quæ ſcientia dicitur. & a diſcendo nomen accepit, & Græce ἐπιστήμη dicitur.

Manus

¶Tam vehementem. ¶Quod indignum.

qui talem ſuſtinuit à peccatoribus

a ¶Non in membris tantum. b ¶In omnibus aduerſis.

aduerſus ſemetipſum contradictio-

a ¶Si corpus deficit, animus ſtet.

nem, ut non fatigemini animis ve- a

¶Non debetis deficere.

ſtris deficientes. Nondum enim vſ- b

¶Et ſi veſtra amiſiſtis.

que ad ſanguinem reſtitiſtis aduer-

¶Infidelitatem de alia. a ¶Quod bonum eſt, & ideo adhuc idem debetis facere, & non deficere.

ſus peccatum repugnantes, & obliti c

a ¶Chriſti in ſcriptura conſolantis.

eſtis † conſolationis, q vobis tanquam d

¶Eius. i. Chriſti a quo fit conſolatio. ¶Verba Chriſti in Prouerbijs Salomonis. ¶Ita.

filijs loquitur, dicens: † Fili mi, noli e

a ¶Tribulationes quibus eruditis.

negligere † diſciplinam domini: Ne- f

a ¶Vſque ad defectum. b ¶Quia præterita purgat.

que † fatigeris dum ab eo argueris.

¶Vt coronet. a ¶Hic caſtum facit corripiendo.

† Quem enim diligit Deus, caſtigat: g

a ¶Iuſtitia. ¶Quolibet modo. b ¶Aliter nullum recipit.

b flagellat autẽ omnem filium, quem h

a ¶Miſericordia. ¶In æternam hæreditatem. ¶Et ideo. b ¶Patienter ferendo.

recipit. † In diſciplina perſeuerate. i

¶Qui... ¶In hoc quod diſciplinam dat, ſe oſtendit patrem. quod per ſimile, Quis enim filius.

Tanquam filiis offert vobis ſe Deus.

dis offertur, quo deus honorificatur,cuius inuiſibilis ſacrificii illud uiſibile ſacrum ſignum erat. G

*b Beneficentiæ.* Euacuata ſñia prauorum de gula, redit ad mores. *Beneficentiæ.* i. largitatis in alios Et ſi ueſtra ſubſtantia ſit ablata,tamen ex his,quæ habetis,elemoſinas date Quod ſupra: Non deſerentes collectionem.

☞ Obedite.

a ¶Non indifferentia & affluentia ciborum.

tia ſtabilire cor, non eſcis, quæ non a

a ¶ Obſeruatoribus & diſcernentibus cibos & ſtudentibus ciborum affluentiæ.

profuerunt ambulantibus in eis.

a ¶ i.de corpore Chriſti.

a Habemus altare, de quo edere non b c

a ¶Licentiam. b ¶ Corporis uoluptati,& ciborum affluentiæ.

b habent poteſtatem, qui tabernaculo

a ¶ Ex toto.

c d deſeruiũt. † Quorum enim anima- d

lium infertur ſanguis pro peccato

in ſancta per põtificem, horum cor- e

pora cremantur extra caſtra. Pro- f

a ¶Non propter ſe. ¶i. propter illud deſignandum, vt extra carnis concupiſcentias viuamus.

pter quod & Ieſus ut ſanctificaret g

per ſuum ſanguinem populũ, extra

a ¶Fide & charitate.

¶Quia ipſe extra caſtra.

e portam paſſus eſt. Exeamus ergo h

a ¶Imitandum. b ¶Delitias & voluptates corporis. c ¶Crucis quod infidelibus uidetur

ad eum extra caſtra, improperium i

a ¶Patientes vt ipſe. ¶Exeamus.

eius portãtes. † Non enim habemus k

¶In hoc ſtatu. ¶Manens corpus. a ¶Secundum ſtatum futurum corpus.

hic manentem ciuitatem, ſed futu- l

a ¶ Vt futuram ciuitatem conſequamur, & improperium portemus.

f ram inquirimus. † Per ipſum ergo m

a ¶Qua per priora ſignabatur.

offeramus hoſtiam laudis ſemper

g Deo, id eſt fructum labiorum confi-

a ¶ i.confiteamur nomen eius quod laus Dei & hoſtia & fructus,quia alij per hoc ad fidem trahuntur. b ¶Elemoſynarum & largitatis in alios.

tentium nomini eius. Beneficentiæ n

a ¶Charitatis,qua omnia putantur communia.

autẽ & cõmunionis nolite obliuiſci.

a ¶Non in illis antiquis. b ¶Quia per eleemoſynas hoſtes vincuntur,peccata extinguuntur. vnde Propheta: Miſericordiam volo,& non ſacrificium.

Talibus enim hoſtijs † promeretur o

## NIC. DE LYRA.

¶ a Non eſcis &c. *Eſcas hic uocat obſeruantias, legalium,qa ibi prohibebatur vſus aliquorum ciborũ.talis aũt obſeruatio legaliũ fuit mortua a tempore paſſionis Chriſti, ſed mortifera poſt prædicationem euangelij & ideo bene dicit Apoſtolus, ꝙ non profuit ambulantibus in eis & hoc dicit Apoſtolus contra illos,qui cum euangelio volebant obſeruare legalia.*

b Habemus al. *Hic reddit ſuæ monitionis rõnem. Et diuiditur in duas,quia primo facit quod dictũ eſt. ſcd'o concludit quaſdã concluſiones ex dictis ibi: Exeamus igitur. Circa primum cõſiderandum, ꝙ ratio Apoſtoli ſubtiliter ſumitur ex vet. Teſt. Ad cuius intellectũ ſciendum, ꝙ in feſto expiationis offerebatur ſolenne ſacrificium,qđ fuit figura immolationis Chriſti,ut ſupra, dictũ eſt. Offerebatur aũt vitulus & hircus,quorũ ſanguis a ſummo ſacerdote inferebatur intra ſanctum ſanctorũ, vt ſupra dictum eſt. Carnes aũt non comedebatur ab offerẽtibus,quia erat hoſtia pro peccato ſacerdotũ, pp qđ carnes extra caſtra comburebantur. Hircus aũt & vitulus figurabant Chriſtũ pp ſimilitudinẽ carnis peccati. ſanguis eorũ illatus intra ſanctum ſanctorum ſignabat, ꝙ per ſanguinẽ Chriſti patere nobis ingreſſus ad cælũ. Cõbuſtio hoſtiæ extra caſtra ſignabat paſſionem Chriſti futurã extra portã Ieruſalẽ. Quod aũt ſacerdotes legales non comedebant hoſtiam illã, ſignabat ꝙ obſeruantes legalia cum euãgelio nõ habent in effectu paſſionis Chriſti partẽ, ſcd'm qđ dicitur ad Gal.v.a. Si circuncidamini, Chriſtus uobis nihil proderit. & hoc eſt quod dicit Apoſtolus:* Habemus al. *ideſt crucem in qua oblatus eſt.* H

c De quo ede. *Quia illi, qui legalia cuſtodiunt,quod deſignatur in ſeruitute tabernaculi,non habent poteſtatem in efficacia paſſionis Chriſti. & ſubdit figuram hoc deſignantem,dicens.*

d Quorum enim &c. *i. vituli & hirci, qui immolabantur in die expiationis.*

e Horum cor. *quia offerebantur pro peccatis ſacerdotum & populi.*

f Propter quod. *ideſt vt figuratum reſponderet figuræ.*

g Et Ie.ut ſa.per.ſuum. *Quia locus Caluarię vbi crucifixus fuit, erat tunc extra ciuitatem Ieruſalem, vt habetur Ioh.xix.*

h Exeamus. *Hic conſequenter concludit ex prędictis duas concluſiones ſecunda ponitur ibi: Per ipſum. Quia ergo in parte precedẽti dictum eſt ꝙ legalia non profuerunt obſeruantibus ea, in cuius figura Chriſtus paſſus eſt extra portam: ideo concludit, di.* Exeamus ergo ad eum extr. ca. *ideſt extra obſeruationes legis.*

i Improperium eius por. *Improperatum enim fuit Chriſto a Iudæis ꝙ non cuſtodiebat legem, ſecundũ quod dicitur Ioh.ix.c. Non eſt hic homo a Deo, qui ſabbatum non cuſtodit: & ſimiliter fuit improperatum Paulo & eius ſequacibus in primitiua eccleſia, ut habetur Act.xxi.d. Audierunt de te, quia diſceſſionem doceas a Moyſe &c. Et ſubdit cauſam quare ſit a legalibus exeundum di.*

k Non.n.ha. hic ma. ci. *i. ſtabilem manſionem in legis obſeruationibus: quia fuerunt impoſitę ſolum ad tempus, vt dictum eſt ſupra.* Cap.9

l Sed fu.inquiri. *ideſt gloriam cæleſtem, ad quam introduxit lex noua ut patet per ſupradicta.*

m Per ipſum. *Hic ponit ſecundam concluſionem. dictum eſt enim, ꝙ ſacrificia veteris legis non erant Deo accepta, quia erant carnalia, ideo concludit: quòd Deo eſt offerendum ſpirituale ſacrificium per Ieſum Chriſtum, qui eſt ſacerdos noſter: & hoc eſt quod dicit:* Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo. *Non quia ſit continue orandũ, ſed quia ad ſacrificia veteris legis non eſt recurrendum. Oſtendit etiam vlterius, quòd ſacrificium aliud eſt Deo offerendum, ſcilicet eleemoſyna in ſuſtentatione indigentium, di.*

n Beneficentiæ, autem & com. nolite obli. *Et accipitur hic communio pro communicatione bonorum in neceſſitate & ſubdit cauſam quare tales hoſtiæ ſint Deo offerendæ, dicens.*

o Talibus.n.ho.promeretur Deus. *Non autem ſacrificijs legalibus.*

¶ Obedite.



*a Obe.* Haimo. Obediẽdum eſt vtiq; prælatis & prædicatori-

A bus inquãtum doctrina & mores illorũ ſanctę & pię exiſtũt. Si aũt a uia rectitudinis deuiauerint, nõ faciamus qualia agũt ſed qualia dñt: niſi forte & in doctrina aberrent. Vñ Dñs ait: Quæ dicunt facite, quæ aũt faciunt, nolite facere. Habent q̃dem dignitatẽ, licet vitæ ſint perditæ: & ideo non ad vitam eorum, ſed ad mores intendite.

*b Vt cum gau.* Aug. Faciamus vtiq; iſta cũ gaudio, qñ videmus homines proficere in verbis Dei. Tũc.n. cũ gaudio laborat oparius in agris, qñ attendit arbores & fructum videt, qñ attendit ſegetem & videt vbertatẽ. Tũc intelligit, ꝙ non ſine cã laborauit, non ſine cã dorſũ curuauit, nõ ſine cã manus attriuit, non ſine cauſa frigus, æſtuſque tolerauit.

*c Non expe.vo.* Aug. Nõ dico, nõ expedit illis qbus prodeſt triſtari de vobis. Nam illi p̃poſiti qñ cõtriſtanẽ de malis veſtris, expedit illis ipſa triſticia ſed nõ vobis. Similiter ergo in dñico agro bonũ operemur p̄lati & ſubditi, vel ſilr̃ de mercede gaudeamus. Vel hoc faciãt.i. reddãt rationem Deo ſecuri de prẽmio, & non gementes anxij vel hæſitãtes de veſtra dãnatione.

*d Ora.pro no.* Supbiam elationemq; mentis quorundam pontificum percutit, qui dedignantur præcari ſubiectos quatenus pro eis orones fundãt.

*e Bonam con.* Conſcientia nos non accuſat, nec nobis conſcij ſumus ꝙ vobis inſidias fecerimus, nihil cum fictione protulimus, nihil negociationis gratia fecimus: Ne ergo ſiniſtre quid arbitremini.

*f In om.* Accuſabatur, ꝙ ſuã gẽtem negligeret, ſed oſtẽdit ſe habere affectũ

B ad omnes Iudæos vel gẽtiles, de quorum præteritis bonis gaudet, eiſq; in futuro meliora optat. Teſtamentũ eſt æternum, quia aliud ei non ſuccedet.

*g Faciẽs in.* Nihil.n. boni habere poteſtis, niſi illo p̃ueniente & ſubſequẽte.

*h Etenim per pau.&c.* Q. Non põt quiſquã lõgitudinem ſermonis abnuere hoc quippe erat quod aduerſarij faciebant & ideo latenter hoc tangit.

*i Salutate omnes &c.* Sicut generaliter omnibus ſcribit, ita generaliter omnibus prælatis & ſubditis ſalutem optat. Salutare enim eſt ſalutem optare.

a ¶ Quantum ad pręcepta vt.ſ. faciatis quæ per eos præcipit eccleſia.

a Deus. Obedite prępoſitis ueſtris, & a

a ¶Vt reuerentiam exhibeatis. b ¶Solliciti ſunt. ¶Prædicando, bonum exemplum dando, & exteriora prouidendo.

† ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant

quaſi rationem pro animabus ue-

¶Obedite. a ¶ Quando uident vos proficere.

b ſtris reddituri, ut cum gaudio hoc

a ¶Vigilent. b ¶Cum murmuratione & triſtitia. c ¶Non gementes, quia tunc non proderit vobis cura eorum.

faciant, & nõ gementes. Hoc enim b

a ¶Non dico illis, quibus prodeſt etiam triſtari de vobis.

c d † non expedit uobis. Orate pro no- c

¶De vobis.

e bis. Confidimus enim, quia bonam d

a ¶De præteritis. b ¶ Voluntatem. c ¶Non ſolum in gentibus.

f conſcientiam habemus in omnibus e

a ¶Tam Iudæos quàm Grecos. b ¶In futuro. c ¶Non ſolum cauſa mei, ſed magis pro veſtra vtilitate.

bene uolentes conuerſari. Amplius f

a ¶Orare pro me.

autem deprecor uos hoc facere, quo g

a ¶Ego ſuadeo ad bonum. ¶Qui aptare poteſt, quia eſt dator pacis, ut vitia non inquirerent.

celerius reſtituar uobis. Deus autem h

a ¶Reſuſcitauit. b ¶ De ſepulchro, qui locus proprie mortuorum eſt.

pacis, qui eduxit de mortuis paſto- i k

a Humilium. ¶Paſtor etiam factus per effuſionem ſanguinis ſui qui confirmauit Teſta. nouum.

rem * magnum ouium in ſanguine l

teſtamenti æterni Dominum noſtrũ m

a ¶Aptos vos faciat. b ¶Vt velitis.

Ieſum Chriſtum, † aptet uos in om- n

a ¶Etiam. b ¶Opere. c ¶Ea quæ ipſe vult.

ni bono, ut faciatis uoluntatem o

a ¶Ipſe quia non ex vo.

g eius faciens † in uobis quod placet

a ¶Et hoc. ¶Non per carnales obſeruantias. b ¶Chriſto vna cum patre & ſpiritu ſancto. ¶Non carnalibus obſeruan.

coram ſe, per Ieſum Chriſtum, cui

a ¶ Confirmatione. q ita fiat vel verum eſt quod dixi.

eſt gloria in ſecula ſeculorũ amen.

a ¶Patienter.

Rogo autem uos fratres. vt ſuffera- p

a ¶.i. epiſtolam, quæ eſt conſolatio & adhortatione dicam admonitio. b ¶Non quaſi apoſtolus ſcripſi vobis

h tis uerbum † ſolatij. Etenim perpau q r

¶Etiam ſeruiendo & honorando.

cis ſcripſi vobis. † Cognoſcite fra- s t

a ¶Coapoſtolum & coadiutorem in prædicatione. a ¶ A me in iter quod uolebat vel ad prædicandum directum, vel forſitan a carcere in quo ante detentus fuit.

trẽ noſtrũ Thimotheũ dimiſſum, cũ u x

a ¶In hoc reddit attentos & manſuetiores.

quo ſi celerius venerit, uidebo uos.

i Salutate omnes præpoſitos ueſtros: y

## NIC. DE LYRA.

¶ a Obedite. *Hic conſequenter oſtendit qualiter ſe debent habere ad prælatos uiuentes. Et diuiditur in duas: quia primo oſtendit qualiter ſe debent habere ad alios prælatos. ſecundo, qualiter ad ipſum Paulum ſcribentem, ibi: Orate pro nobis. Circa primum ſciendum, quòd corpora inferiora, quæ reguntur per ſuperiora, ſubiecta ſunt eis in duobus, ſcilicet in ſitu, & motu, quia elementa reuoluuntur motu orbis, quantum ad illam partem, quæ excedit altitudinem montium, vt habetur.1.metæororum. Eodem modo homines inferiores ſuperioribus debent obedientiam, vt ad eorum imperium moueantur, & reuerentiã eis exhibeant, & hoc eſt quod dicitur:* Obedite præpo.ve.&c. *Et ſubdit ad hoc duplicem cauſam: Prima accipitur ex nobilitate officij: quia prælati præſunt in ſpiritualibus quæ corporalibus præferuntur, quanto anima melior eſt corpore. & hoc eſt quod dicitur:* Ipſi enim peruigilant, *quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri. Secunda ratio accipitur ex modo exercendi officium, quia quando inferiores bene obediunt, officium prælationis delectabile eſt ſuperioribus & vtile inferioribus: ſi autem male obediunt contrarium accidit. & hoc eſt quod dicit. Vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes.*

b Hoc enim non ex. *hoc patet per exemplum Chore & ſociorum eius qui rebellantes Moyſi, a terra fuerunt abſorpti.* Num.16.

c Orate pro nobis. *Hic oſtendit qualiter ſe debent habere erga ipſum Paulum, non enim erat prælatus Iudæorum, & ideo non petit ab eis talem obedientiam, ſed petit ab eis illud, quod tenentur, reſpectu omnium fidelium, ſcilicet orationis ſuffragium, dicens:* Orate pro nobis. *& ſi hoc petebat Paulus, qui de gratia Dei erat certus, multo magis debet hoc petere quicunque alius quantuncunque ſit ſanctus: ſed quia poſſent dicere illi, quibus ſcribebat, non debemus pro te orare, quia tibi non ualeret cum doceas diſceſſionem a legalibus: ideo hoc remouet, di.* C

d Confidimus quia bonam conſcientiam habemus. *prædicta docendo.*

e In omnibus be.uo.con. *ideſt deſiderantes bonam conuerſationem omnium. Subdit aliam cauſam quare petit orationis ſuffragium, di.*

f Amplius autem de.&c. *ideſt pro me orare.*

g Quo ce.te.uo. *quia ab Ieruſalem fuerat adductus Romam vinctus, ut habetur Act. vl. Vel aliter, ꝙ ſi liberatus eſſet a carcere intendebat iterum viſitare Iudæos, qui erãt in Hiſpania, quibus hanc epiſtolam ſcribebat ſecundum aliquos, vt dictum eſt in principio huius operis.*

h Deus autem pa. *Hic vltimo apoſtolus confert ipſis ſuę orationis beneficium. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponit ſuam orationem, & ſecundo format ſuam petitionem, ibi: Rogo autem uos fratres. In prima parte optat eis beatitudinem, quæ non datur niſi a Deo & mediante gratia, quæ hominem aptat ad beatitudinem. & hoc eſt quod dicitur:* Deus autem pa. *quia proprium Dei eſt vnire corda, cum ſit unitas prima.* Diuiſio

i Qui eduxit &c. do. Ie. Chri. *& hoc in reſurrectione.*

k Paſtorem magnum oui. *ideſt ſimpliciũ & innocentum, quia proprie ſunt de grege Chriſti.*

l In ſa. *i. p ſanguinẽ, qa Chriſtus meruit ſuã reſurrectionẽ & exaltationẽ p ſuã paſſionẽ.*

m Teſta.æter. *i. Teſtamenti noui, quod confirmatum eſt ſanguine Chriſti, & dicitur æternum, quia æterna promittit.* D

n Aptet uos in om.bo.&c. *Sicut.n. aptitudo potentiæ ad bene operandum politice eſt per habitus virtutũ politicarũ, ſic aptitudo animę ad opera meritoria eſt per habitũ gratiæ & uirtutum infuſarum, quas Deus operatur in nobis, ideo ſequitur.* † abſolutos uos reddat

o Faciens in uo.qđ pla.&c. *qa per ipſum ratione diuinitatis conſequimur gratiam ſicut per cauſam principaliter agentem. ratione vero humanitatis, ſicut per cauſam inſtrumentalem coniunctam.*

p Rogo. *Hic format ſuam petitionem. Et diuiditur in duas: quia primo facit quod dictum eſt. ſecundo complet epiſtolam, ibi: Salutate omnes. Circa primum duo petit: vnũ pro ſe, di.* Rogo autem &c. ut ſuffe. *i. patiẽter portetis, ſi aliqua ſcripſi vobis increpando: quia hoc fuit ad correctionem & bonũ: & ideo magis debet eſſe ad ſolatium: propter hoc ſubdit:* †Scitis

q Verbum ſolatij. *Excuſat ẽt ſe de ſcripturæ breuitate, qa breuis eſt iſta epiſtola reſpectu materiæ contentæ, cum ibi omnia myſteria veteris legis breuiter tangantur, ut patet ex prædictis. & hoc eſt quod dicitur.*

r Etenim perpaucis *ideſt ualde paucis uerbis.*

s Scripſi uobis. *Scribebat.n. hoĩbus ſcientibus legem. Et ideo non oportebat eis omnia explicare, aliud petit Apoſtolus pro nuncio epiſtolę, d.*

t Cognoſcite fra.no.Timo. *i. gratioſe & amicabiliter recipite illum.*

u Dimiſſum. *id eſt a me miſſum pro vtilitate noſtra.*

x Cum quo ſi celerius uenerit uidebo uos. *hoc .n. diſponebat Apoſtolus facere ſuppoſita diuina permiſſione. Notandum, quòd Timotheus erat circunciſus, & ex matre Iudæa, ut patet Act.xvi. ideo per ipſum miſit Apoſtolus epiſtolam ipſis Iudæis, ut eſſet magis gratioſa ipſis: & per hominem gentilem et incircunciſum noluit eam mittere, quia Iudæi conſortium gentilium abhorrebant, vt habetur Act.x.& xi.*

y Salutate omnes. *Hic Apoſtolus complet ſuam epiſtolam, quæ debet terminari in ſalutatione. ideo dicit:* Salutate omnes præpoſitos ueſtros. *ideſt Apoſtolos, quorum aliqui ſuperuiuebant. Vel dicendum, ꝙ præpoſitos hic vocat epiſcopos, qui ſunt ſucceſſores Apoſtolorum in eccleſia Dei ut habetur in glo. Luc.x. & in decreto.xxi. diſtin.cap. In nouo Teſtamento.*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

E ¶ a Et omnes ſan. *i. alios eccleſię miniſtros. iſtos non intendebat Apoſtolus inſtruere, quia non indigebant. ſed ſalutat eos per illos quibus ſcribebat. Salutat etiam illos quibus ſcribebat ex parte conuerſorum ad fidem, qui erant in Italia, dicens:* Salutant uos de Ita. fratres. *& in fine quaſi pro ſigillo confirmationis ponit.*

b Gratia Dei cum omni uo. Amen. *i. confirmetur in præſenti & in futuro, præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.*

In ca. xiij. vbi dicitur in poſtil. Doctrinis uarijs & peregrinis nolite abduci.

A D D I T I O.

Per hoc quod dicit Apoſtolus doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci, propriè poteſt intelligi doctrina Phariſaica, quæ in Thalmudicis codicibus diffuſe habetur & diſpendioſe: in quibus multæ falſitates & enormitates continentur, prout fuit oſtenſum in Additionibus Eſa. xxxiiij. & Zachar. v. Et quia ſecundum glo. nulla falſa doctrina eſt: quæ non aliqua uera intermiſceat: ideo prædictæ doctrinæ dicuntur uariæ, ſicut corpus diuerſis coloribus coloratum varium dicitur. ſimiliter & dicuntur peregrinæ, quæ non à Deo autore: ſed ſicut fingunt reuelata fuerunt: ſed ab hominibus diabolica inueſtigatione inuenta, & de hoc uide plene in prædictis additionibus. G

a ¶Subditos ſanctificatos in baptiſmate.

a & omnes ſanctos. Salutant vos †

a ¶Per hoc nota eum a Roma ſcripſiſſe. b ¶Purgatio peccatorum & alia Dei munera.

b de Italia fratres. Gratia cum omnibus uobis: Amen.

† Itali

R E P L I C A.

In ca. xiij. ubi Burg. exponit quid intelligitur per uarias doctrinas: allegat ad hoc Thalmudicas traditiones, quas ponit Eſa. xxxiiij. & Zach. v. & in fine Apoc. traditiones Saracenicas Mahumeti quę quia non ſunt contra poſtilla. tranſeant aliorum iudicio relicta. & ſic eſt finis. & hæc ſunt quæ reperi in dictis Burgen. contra poſtil. correctione digna: pauca autem quæ ponit circa actus apoſtolorum, canonicas epiſtolas & apocalypſim quæ ſunt modici ponderis tranſeo: quia & plurimum alias ſupra tacta ſunt inquantum ſunt poſt. contraria, quæ ſic per me ſcripta & alia ſub debita proteſtatione offero rectis amatorib. magiſtri Nicolai de Lyra media charitate corrigenda. Satis. n. mihi eſt per hunc laborem ocium euitaſſe, & maioribus meis dediſſe occaſionem, ut contra poſtil latoris corruptorem efficacius exurgant.

---

## Poſtilla Nicolai de Lyra ſuper Actus Apoſtolorum incipit: & primo præfatio.

Repleti ſunt omnes ſpiritusſancto & cœperunt loqui. *Act. ij. a. Sicut lex euangelica per Chriſtum Deum & hominem, fuit data vt patet in euangelio, ita per Apoſtolos aliosque Chriſti diſcipulos per orbem fuit publicata, ut patet in hoc libro, Apoſtolorum actibus intitulato. propter quod Saluator dixit eis. Euntes in mundum vniuerſum prędicate euangelium omni creaturę. Hæc autem publicatio facta eſt per ſpiritumſanctum principaliter, & per Apoſtolos miniſterialiter, Mat. x. c. Non. n. vos eſtis qui loquimini. ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. propter quod verbum propoſitum ad literam dicitur de ipſis:* Repleti ſunt &c. *In quo duo notantur. ſ. Apoſtolorum aliorumq; Chriſti diſcipulorum per ſpiritumſanctum confortatio, cum dicitur: Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto. Secundum per eoſdem euangelij publicatio, cum ſubditur: Et cœperunt loqui. quæ duo ſanctus Lucas proſequitur in hoc libro, vt videtur proſequendo. Circa primum tria ponuntur, ſcilicet virtus efficiens, ibi: Spiritusſancto. Secundo modus ſufficiens ibi: Repleti ſunt. Tertio cętus ſuſcipiens, ibi: Omnes. Circa primum ſciendum, quòd prophetę ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſecundum quod. ij. Pet. 1. d. Non uoluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritusſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines: & legem euangelicam denunciauerunt per Chriſtum dandam, Iſa. ij. a. De Sion exhibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem. ibi enim legitur Chriſtus frequenter docuiſſe. & Ierem. xxxi. Ecce dies veniunt, dicit Dominus & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum, non ſecundum pactum, quod pepigi in Oreb &c. & ſicut prænunciatum fuerat per prophetas per Chriſtum hominem ſpiritu ſancto repletum fuit lex euangelica data. vnde Luc. iiij. dicitur de ipſo, quòd ingreſſus ſynagogam legit in libro Iſaiæ quod in eo ſcribitur. lxi. a. Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus miſit me. Et ſequitur ibidem ſcilicet Luc. iiij. d. Cœpit autem dicere ad illos: quia hodie impleta eſt ſcriptura hæc in auribus ueſtris: & ſimiliter ſpiritusſanctus Apoſtolos confortauit & perfecit, ut eſſent apti ad prædicandum euangelium: propter quod de ipſo dicitur. 1. Corin. xij. b. Hęc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult & ſic patet primum ſcilicet cauſa efficiens. Circa ſecundum conſiderandum, quòd perfectio ſufficiens ad prędicationem euangelij non ſolum reſpicit perſonam propriam, ſed etiam alias per quandam redundantiam, quæ ſunt inſtruendæ per ſanam doctrinam. Talis autem fuit apoſtolorum perfectio collata eis a ſpiritu ſancto: nam per ſapientiam & eloquentiam facti ſunt apti ad prædicandum euangelium per vniuerſum mundum & hoc notatur cum dicitur: Repleti. Eccl. xi. a. Si repletæ fuerint nubes imbres effundent ſuper terram. Nubes iſti ſunt apoſtoli: de quibus dicitur Iſa. lx. b. Qui ſunt hi qui ut nubes volant? Nubes iſtæ fuerunt ſcientia & eloquentia replętæ: propter quod effuderunt ſuper vniuerſam terram imbres euangelicæ doctrinæ. vnde & in quolibet ipſorum fuit impletum quod dicitur Eccl. xxxix. a. Ipſe tanquam imbres emittet eloquia ſapientiæ ſuæ. & ſic patet ſecundum. Circa tertium conſiderandum, quòd donum ſpiritusſancti confirmans & perficiens ad publicationem euangelij non ſolum fuit datū uni Apoſtolo, ſed omnibus: nec ſolis Apoſtolis ſed etiam alijs diſcipulis ſimul exiſtentibus: ſecundum quod dicit Hieronymus in epiſtola ad Paulinum de omnibus ſacræ ſcripturæ libris. & 1. cap. huius libri dicitur: Erat autem turba hominum ſimul fere. cxx. & hoc notatur cum dicitur: Omnes. In quo exprimitur cœtus ſuſcipiens ſpiritusſancti donum, ſecundum quod ſcribitur infra. ij. ca. Et dum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes diſcipuli pariter in eodem loco, & factus eſt repente de cælo ſonus, tanquam adueniens ſpiritus vehementis: & repleuit totam domum, ubi erant ſedentes, & ſic patet primum principale: Circa ſecundum uero, quod eſt euangelij publicatio, quod ponitur ibi: Et cœperunt loqui, duo notantur ad hoc neceſſaria ſcilicet excluſio timoris, & oſtenſio feruoris. primum notatur cum dicitur: Et cœperunt. Per hoc inſinuatur manifeſte, quòd ante loqui non audebant immo nec etiam apparere, ſecundum quod dicitur Iohan. xx. e. Cum ſero eſſet die illa vna ſabbatorum & fores eſſent clauſæ & cæte. ſed recepto ſpiritusſancti dono, quod foras mittit timorem. ſecundum quod dicitur. 1. Iohan. iiij. d. Perfecta charitas foras mittit timorem, timor iſte fuit excluſus ab Apoſtolis & conſtantia eis data. Vnde quilibet eorum potuit dicere illud Pſalm. lxxvi. c. Nunc cœpit hæc mutatio dexteræ excelſi: quia quilibet cœpit habere conſtantiam terrore malorum ſublato. & hæc mutatio fuit dexteræ excelſi, dantis Apoſtolis conſtantiam prædicandi. Secundum vero. ſcilicet oſtenſio feruoris notatur, cum dicitur: Loqui. qui feruor in actu prędicandi recepto ſpiritusſancto ſtatim fuit oſtenſus coram Iudæis vulgaribus, cum dicitur infra. ij. ca. quòd Petrus feruenter locutus eſt de Chriſto: dicens: Viri fratres liceat audenter vobis dicere &c. & ſubditur ibi: Qui ergo receperunt ſermones eius, baptizati ſunt & appoſitæ ſunt in die illa animæ circiter tria milia. Secundo fuit oſtenſus coram Iudæorum principibus, quibus Petrus & Iohannes conſtāter reſponderunt. Non poſſumus quæ vidimus & audiuimus non loqui. Poſtea fuit oſtenſus etiam coram Gentib. vnde infra. 13. Iudæis contradicentib. euangelicæ prædicationi dicitur: Tunc conſtanter Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. ſic enim nobis præcepit Dominus: Cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum.*

Mar. ult. d — F — † Pſal. 83 — H — † habet — † 1. Co. 8. d — Inf. 4. d. 13. ſ

## *Incipit præfatio beati Hieronymi preſbiteri in librum Actus apoſtolorum.*

Canit † Pſalmiſta: ambulabūt de uirtutib⁹ in uirtutes. Poſt apoſtoli Pauli epiſtolas dudum uno uobis uolumine translatas Dommon & Rogatiane chariſſimi, actus apoſtolorum compellitis ut trāſferam in Latinum, quem librum nulli dubium eſt a Luca Antiocheno arte medico, qui poſtea inſeruiens Paulo apoſtolo Chriſti factus eſt diſcipulus, fuiſſe editū. Ceruices premit impoſita ſæpius oneris magnitudo, quia ſtudia inuidorum reprehenſione digna putant ea, quæ ſcribimus. Illorum nunquam odio & detractione, iuuante Chriſto, meū ſilebit eloquium. Actus apoſtolorum nudam quidem uidentur † ſonare hiſtoriam, & naſcentis eccleſiæ infantiam texere: ſed ſi nouerimus ſcriptorem eorum Lucam eſſe medicum, † cuius laus eſt in euangelio, animaduetrimus pariter omnia uerba illius animæ languentis eſſe medicinam.



A Lvcas medicus Antiochenſis Gręci ſermonis non ignarus ſcripſit euāngelium: ſectator Pauli, comes peregrinationis eius Hic etiam aliud volumen edidit, q titulo actuum apoſtolorum prænotatur, cuius hiſtoria vſq; ad biennium Romę cōmorantis Pauli peruenit i. ad quartum Neronis annum. ex quo intelligimus in eadem vrbe librum eſſe compoſitū. De loco quidē, in quo Actus Apoſtolorum ſcripti ſunt, Hic. tenenda eſt ſententia, qui dicitur Gręci ſermonis non fuiſſe ignarus, qua lingua nouum Teſt. excepto Mat. euāgelio & epiſtola Pauli ad Heb. tantum ſcriptum eſt. Oportebat enim vt indicia ſermonis diuini ea lingua ſcriberentur, ad quam omnes velut ad ſapientiæ & omnium diſciplinarum fontem concurrunt: quando in fine ſeculi in omnibus Gentibus Deus eſſe notus voluit. Suſpicantur quidam quotienſcunque Paulus in epiſtolis ſuis dicit: Iuxta euangelium meum, Lucæ volumen ſignificari: & Lucam nō ſolum a Paulo didiciſſe euangelium, qui cum Chriſto in carne nō fuerat, ſed etiam a cæteris apoſtolis. quod ipſe in principio ſui voluminis declarat dicens: Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt & miniſtri fuerunt ſermonis Igitur euangelium ſicut audierat ſcripſit, Actus apoſtolorum ſicut viderat compoſuit. Item de cauſis ſcribendorum Actuum apoſtolorum quędam quidem Lucę argumento patefacta ſunt. Prima hæc eſt, B eſt, vt quia apoſtolici imminutio numeri ſanctæ ſcripturæ ſermone narrata eſt, ipſius etiam impletio canonico libro enarretur. Et ut Pauli extra. xij. apoſtolorum numerum aſſumpti autoritas teneatur, vt eius epiſtolæ inter canonicas ſcripturas habeantur, præcipue canonicę ſcripturæ teſtimonium habentes, quæ conuerſionem & conuerſationem eius pleniſſime profert. Tertia cauſa eſt, ut perfectus perfecti ſpiritus aduentus, perfecto apoſtolorum numero completus ſancti canonis enunciaretur hiſtoria. Ob hoc igitur & horum ſimilia, quæ poſt aſcenſum Saluatoris contigerunt, ſatis vtile, imo & neceſſarium erat, conſcribi Actus apoſtolorum. C

## *Incipit Prologus in Acta apoſto.*

Lvcas Antiochēſis natione Syrus, cuius laus ī euāgelio canitur, apud Antiochiā medicinę artis egregius & apoſtolorū Chriſti diſcipulus fuit: poſtea vſq; ad confeſſionē Paulum ſecutus apoſtolum ſine crimine in uirginitate permanēs Deo maluit ſeruire. Qui ſeptuaginta & quatuor annos ætatis agens in Bithynia obijt plenus ſpiritusſancto: quo inſtigāte in Achaiæ partibus euangeliū ſcribēs Græcis fidelibus, incarnationē domini fideli narratione oſtendit, eundemq; ex ſtirpe Dauid deſcendiſſe monſtrauit. Cui non immerito ſcribēdorum Actuum apoſtolorum poteſtas in miniſterio datur, ut Deo in Deum pleno, & filio perditionis extincto, oratione ab apoſtolis facta, ſorte dominicæ electionis numerus compleretur. † Sicq; Paulus conſummationem apoſtolicis actibus daret quādiu contra ſtimulum calcitrantem dn̄s elegiſſet. Quod legētibus & requirētibus Deū breui potius uolui oſtendere ſermone, q̃ prolixius aliquid faſtidientibus prodidiſſe, † ſciens q operantē agricolā oportet primū de ſuis fructibus edere. Quē ita diuina ſubſecuta eſt gratia, ut non ſolum corporibus, ſed etiā animabus eius proficeret medicina.

## Incipit prologus ſuper Acta apoſtolorum.

Lvcas Antiochenſis &c. *In iſto prologo proceditur per hunc modum. primo ponit Hieronymus multiplicem autoris notificationem, ſecundo in ſcribendo euangelium oſtendit ipſius fidelitatem, ibi: Hic ſpiritusſancto inſtigante &c. quia fideliter ſcripſit euangelium. tertio dicit quòd congruum fuit, ut ſcribendi Actus apoſtolicos haberet poteſtatem. vnde dicit: Cui non immerito &c. quarto dicit Hieronymus ſe uitare ſermonis prolixitatem, ibi: Quod legentibus &c. Quia uero Lucas fuit medicus officio quinto officij ipſius oſtendit utilitatem ibi: Quem ita di. &c. Iſta ſufficiant de prologo iſto: ſupra enim fere totus exponitur in prologo ſuper Lucam.* D

Diuiſio — † 2. Ti. 2. b — Act. 9. f

---

## *Incipit liber Actuum apoſtolorum.*

### CAP. I.

a Pri. q. Be. i. euāgeliū, cui ſm addidit. i. Actus apl̄orū. Cōpletio primi eſt ibi: Vſq; in diem, qua p̄cipiens apl̄is &c. initiū ſcd̄i quibus & p̄buit ſeipſū viuū poſt paſſionē ſuā in multis argumētis. Nā in euāgelio Ieſum cælos aſcēdiſſe, diſcipulos a Bethania Ieruſalē regreſſos teſtat̄. nō tn̄ ibi dicit q p. xl. dies poſt ei⁹ paſſionē crebro apparuit, q aſcēſurū de regno Iſrael interrogauerūt, q eo aſcēdēte angeli aſtiterunt, & huiuſmodi.

c *Feci.* i. ſcripſi: quia ſcribere eſt operari. vel quia factis meruit eſſe ſcriptor euangelij.

b *Ser.* Totus liber euāgelij vnus ſermo dr̄ q hēt vnū ſēſū: aut ſinglare p plali. Euāgeliū ē bōa annūciatio ī qua annūciat̄ reges poſt laborē, regnū poſt ſeruitiū, uita poſt mortē.

d *De omni.* Dictis & factis Chriſti quæ iudicauit officio digna vel idonea ſuæ diſpenſationis

e *Theo.* Dei amicus, vel Dei amator: qa ſi tu ſis amicus Dei, tibi ſcribit. Cui euāgeliū ſcripſerat, eidem & Actus Apoſtolorum ſcribit Lucas medicus ad ſalutem ani. &c.

f *Quæ.* A baptiſmo Iohā. quo Ieſus baptizat⁹ eſt, vſq; ī diē, quo aſſūpt⁹ eſt ī cęlū: qa de toto illo tp̄e Lucas ſermones texuit. q in fine euāgelij ita ſcripſit: Cū bn̄dixiſſet, receſsit ab eis, & ferebat̄ ī cęlū. Alr̄ *Cœ. Ie. &c.* Quia oīa q̄ fecit & docuit, īceptio q̄dā fuit, eadē poſtea apoſtolis facientibus & docētibus & eorum ſequacibus.

g *Facere &c.* Bonum doctorem inſtituit vel inſtruit, quæ fa-

beſt apo. c. 1. m. 5. — † priorem — † quo poſt ſimpartitus in hoc ipſum ſpiritum ſan. ad manda ta dediſſet quos elegerat apoſtolis.

## *Incipit liber Actuum apoſtolorum beati Lucæ euangeliſtæ.*



### CAPVT I.

Primum quidem ſermonē feci de omnibus o Teophile, quę cępit Ieſus facere et docere, uſq; in diē † qua p̄cipiens apl̄is p ſpiritum

a ¶i. euangelium. b ¶i. ſcripſi. c ¶Non omnia dicente Iohāne: Si ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe omnibus modis doctrinæ: & quātū ſingulorū ſufficit fidei ſacerdotū.

a ¶Dei amator. b ¶Prius facere. poſtea docere. ne verbum opere deſtruatur.

a ¶Ante aſſumptionem. b ¶Vos inquam teſtes eſtis horum. & ego mitto repromiſſionem patris mei in vos. ¶Pręcepta dans quę vel hic vel in euangelio leguntur.

## NIC. DE LYRA CAP. I.

Pri. q. &c. *Hic incipit liber Actuū apoſtolorū, in quo ſctūs Lucas primo ſe cōtinuat ad p̄cedētia, ſcd̄o pſequitur ſubſequētia. ibi: Et cōueſcēs. Pręcedētia vero dicta ſancti Lucæ ſunt in eius euāgelio, in quo incipiēs a Chriſti præcurſore conceptionem Chriſti, natiuitatē, cōuerſationē, & prædicationem, mortem & reſurrectionem & aſcenſionem declarauit. & hoc eſt quod dicit.*

a Primum qui. *i. primo. ſ. in euangelio.*

b Se. &c. *Nō dicit oīa, qa oīa facta Chriſti nō poſſunt p ſingula ſcribi, ſcd̄m qd̄ dicitur Ioh. vlt. d. Sūt aūt & alia multa q̄ fecit Ieſus, q̄ ſi ſcribātur p ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos qui ſcribendi ſunt libros. ſed dicit.*

c De o. *qa de ptinētibus ad Chriſti cōceptionē, natiuitatem, vitā & mortē, reſurrectionem et aſcenſionem aliqua ſcripſit.*

d O Theo. *Hic erat qdā ep̄s Aſiæ, cui ſcripſerat euangelium, ut patet in eius prologo, & eidem ſcripſit hunc librum.*

e Quę cę. *Ne ſimilis eēt ſcribis & Phariſæis, de quibus dicitur improperando. Math. xxiij. a. Dicunt. n. & non faciunt. Bene enim docere, & male uiuere nihil aliud eſt quàm ſe ſua voce damnare.*

f Vſque. *Aſcenſionis ſuæ.*

g Qua præci. *Quod. ſ. prædicarent euangelium Matt. vlt. ut ſupra allegatum eſt.*

¶ Quos

### M O R A L I T E R.

✱ a *Primum qui. &c.* Per hoc Chriſtus dedit formam doctoribus & prędicatoribus euangelij, quam docendo & prędicando debeant ſequi. ſcilicet vt prius opera virtutum faciant, & tunc alijs facienda proponant. Per hoc etiam, quòd Chriſtus poſt opera uirtutum, doctrinam ſanam dicitur hic ad dexteram patris aſſumptus, ſignificatur, quòd doctor uel prædicator recte viuens & ſa- ✱ ne do-



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

☞ que facit qđ docet. Beda. ſenſus eſt: ſcripſi de Ieſu à tpe, quo ſi-
E gna cœpit facere & docere vſq; in diem, quo iiſdē completis
*In acta apo. c. 1. to. 5.* aſſumptus eſt. Rab præcipiēs apoſtolis pđicare euangeliū per ſpiritū ſanctū, per quē prædicatū eſt euāgelium, qa verba inſpirabat, & fiduciā tribuebat. Vel pcipiens p ſpiritumſanctū. Qđ em̄ filius pcipit, hoc & ſpūſſctūs. Vel propter ſpm̄ præcepit, qa nō præciperet niſi ſpiritus venturus eſſet.

*a Ele.* Hoc ad laudem apoſtolorum quorum actus ſcribere proponit.

*b Aſſum.* A diuinitate, vel à nube aſſū ptus, quaſi verus homo.

*c Viuum.* Corpus viuū vel ppriū, non phantaſticum. qđ & apoſtoli cognouerūt tāquam notiſſimū. Aut viuum qđ poſt mortem viuebat. Vel viuum. i. amplius non moriturum.

*d Per di.* Non tm̄ eis per. xl. dies cōtinuos apparuit. poſt diē em̄ reſurrectionis alios quatuor dies interueniſſe Iohannes dicit. Poſt quos rurſus apparuit per. xl. quia. xl. horis mortuus fuerat. xl. diebus ſe viuere confirmat. Et per xl. typus preſentis ſeculi, quo Chriſtus in eccleſia verſatur, pt intelligi, ſiue quia homo quatuor conſtās elementis eruditur contra tranſgreſſionem decalogi.

*e Appa.* Beda. Ad inſtruēdam fidē ſuæ reſurrectionis: ſæpius quoq; apoſtolis poſt reſurrectionē viuus apparens cibum ſumit, carnē ſuā palpandā exhibet. Sed p myſteriū huius cōuerſationis ſignat ſe impleturū q̄ promiſerat: Ecce ego vobiſcū ſum vſq; ad cōſummationem ſeculi. Iſte numerus tpalē uitā ſignificat, quia poſtquam conſepulti fuerimus cum Chriſto per baptiſmum in mortem, quaſi mari rubro tranſito neceſſarium habemus ducatum ī hac ſolitudine, qui ad cælos nos perducat, & imagines ſuo denario remunerans preſentia ſāctiſpiritus quaſi vera quiete iubilei remuneret.

*f Conue.* Signa veri corporis annunciat, quia non vno corporis ſenſu, ſed viſu, auditu, tactu, apparendo, loquendo, conueſcendo probantur.

*(marg.: † ſignis; † Luc 24. g; † conuerſans; Myſtice; Vbi ſup.; Mat. 28. d; Colo. 2. b)*

a ¶ Ad euangelizandum. ¶ De multitudine humani generis. ¶ Non uos me elegiſtis, ſed ego uos elegi.

ᵃ ᵇ ſanctum, quos elegit aſſumptus ᵃ ᵇ

a ¶ Potentia deitatis. ¶ Non legatum miſit ad reſurrectionem.

eſt. Quibus & præbuit ſeipſum ᶜ

a ¶ Voluntarie ſuſceptam. b ¶ Vel alijs diſſimilem, quia non pro culpa ſua eſt paſſus.

ᶜ uiuum poſt paſſionem ſuam in mul ᵈ

a ¶ Oſtenſionibus.

ᵈ tis † argumentis per dies quadra- ᵉ

a ¶ Apparere dicitur illud, quod inſolitum eſt. b ¶ Quod erat ſignum veritatis. ſ. ſolita ſibi dicere prius.

ᵉ ginta apparens eis, & loquens de re- ᶠ

a ¶ Scilicet de euangelio, eccleſia, regno cæleſti, quæ omnia unum regnum ſunt.

ᶠ gno Dei. † Et † conueſcens præcepit ᵍ

NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Quos ele. *præ cæteris ad officium apoſtolatus.*

*(marg.: Chriſtus aſſumptus tripliciter)* b Aſſum. *de terra ad cælum in ſua humanitate. ſecundum diuinitatē enim, qua neceſſario eſt vbiq;, non conuenit ei de loco ad locum tranſire:*
F *Aſſumptus eſt autem à tota trinitate aſſumptionem illā faciente, quæ in omnibus effectibus principaliter operatur. Et etiam a ſeipſo. nam corpus glorioſum ſic eſt in poteſtate animæ, quod obediuit ei ad nutum ad motum localem. Aſſumptus eſt etiam a nube præſtante ei obſequium.*

c Qui. & præ. *poſt reſurrectionem.*

d In mu. *de ſua reſurrectione facientibus fidem.*

e Per di. *quod non eſt ſic intelligendum, q in illis quadraginta diebus fuerit continue cum eis, ſed quia in illo temporis ſpacio eis frequenter apparuit.*

*(marg.: Argumentum capitur tripliciter)* f Lo. &c. i. *de beatitudine cæleſti. Ad maiorem intellectū dictorū duo hic ſunt videnda. Primum eſt, vtrum reſurrectio Chriſti debuit argumētis probari. Ad quod dicendum, q argumentum vno modo eſt ratio rei dubie faciens fidem. i. certitudinem. quod eſſe non poteſt niſi procedat ex principijs per ſe notis, ſicut fit in ſcientijs demonſtratiuis & alijs. talibus argumentis non debuit reſurrectio Chriſti probari, quæ eſt articulus fidei. de talibus .n. non habetur certitudo euidentiæ in præſenti, ſaltem de communi curſu. Alio modo accipitur argumentum aliquod ſenſibile ſignum, quod inducitur ad manifeſtationem alicuius veritatis. quo nomine argumenti aliquādo utitur philo. in libris ſuis. & hoc mō accipiendo argumentum Chriſtus ſuam reſurrectionem declarauit argumentis, inquantum per euidentia ſigna ſe uere reſurrexiſſe oſtendit: q fuit neceſſarium apoſtolis fieri. Primo propter ſeipſos, eo q eorum corda non erant diſpoſita ad credendum de facili eius reſurrectionem. Vnde dicit eis. O*
*(marg.: Luc. vlt. d)* *ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt prophetæ. Secundo propter alios, ut per huiuſmodi ſigna eis oſtenſa eorum teſtimonium de Chriſto efficacius redderetur ſecundum illud. 1. Ioh. 1. b. Quod audiuimus & uidimus noſtris oculis, & manus noſtræ contrectauerunt de uerbo uitæ: teſtamur & annunciamus uobis. Secundum eſt de qualitate & efficacia huiuſmodi argumentorum. Circa quod ſciendum, quod uera reſurrectio, de qua fit ſermo hic, eſt reditus eiuſdem hominis in numero de morte corporali ad uitam glorioſam. Et hoc fuit oſtenſum in Chri-*
*(marg.: Veritas reſurrectionis Chriſti probatur)* *ſto tam ex parte corporis quàm ex parte animæ. Ex parte enim corporis primo fuit oſtenſum, q Chriſti corpus poſt reſurrectionē fuit uerum corpus & ſolidum, non corpus phantaſticum uel rarum: ſicut eſt aer, uel per hoc q palpabile præbuit ipſum, Luc. vlt. f. Palpate & uidete, qa ſpiritus oſſa & carnem non habet, ſicut me uidetis habere. Secundo fuit oſtenſum, q erat corpus humanum per hoc q oſtendit ueram humanam effigiem oculis diſtinguibilem ab alijs effigiebus. Tertio fuit oſtenſum, q erat idem corpus numero, quod habuit prius ante mortem oſtendendo cicatrices ulnerum. Luc. vlt. f. Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipſe ſum. & Ioh. xx. g. dicit Thomæ. Infer digitum tuum huc, & uide manus meas: & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe* G
*incredulus, ſed fidelis. Similiter ex parte animæ iterato corpori unitæ ueritatem ſuæ reſurrectionis oſtendit: & hoc per opera triplicis uitæ. Primo quidem per opus uitæ nutritiuæ, in hoc quod cum diſcipulis manducauit, ut habetur Luc. ult. f. Obtulerunt ei partem piſcis aſſi & fauum mellis: et cum manducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis. Secundo per opera uitæ ſenſitiuę, in hoc quòd diſcipulis ad interrogata reſpondebat & eos ſalutabat, in quo ſe oſtēdit uidere & audire. Tertio per opera uitæ intellectiuæ, in hoc quòd cum eis loquebatur & de ſcripturis diſſerebat, Luc. ult. f. Hæc ſunt uerba, quę locutus ſum ad uos &c. Quod etiam reſurrexit ad uitam glorioſam, oſtendit per hoc quod ad diſcipulos ianuis clauſis intrauit, & hoc per dotem ſubtilitatis. Vnde dicit Greg. Palpandam carnem dominus præbuit quam ianuis clauſis introduxit ut eſſe poſt reſurrectionem oſtenderet corpus ſuum eiuſdem naturæ, & alterius gloriæ. De efficacia iſtorum argumentorum dicitur ab omnibus, q licet unum per ſe ſumptum uel duo non ſufficerent, tamen omnia ſimul ſumpta fuerunt efficacia in ſuo genere ad manifeſtandam ueritatem reſurrectionis dominicæ: & cum ad hoc inducta fuerint ab illo, cuius perfecta ſunt opera. Sed ulterius pōt quæri, utrum in hac manifeſtatione fecerint certitudinē euidentiæ, uel adhæſionis tantū. Ad qđ dicūt aliqui, q fecerunt certitudinem adhæſionis tātū, qualis eſt in his, quæ ſunt fidei: de quibus eſt reſurrectio Chriſti. Alij uero dicunt, q fecerunt certitudinem euidētiæ, eo q talis manifeſtatio fuit per ſigna ſenſibilia euidentia. Sed ſaluo meliori iudicio mihi uidetur melius dicendum, q Chriſtus poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo inquātum hō tantum: & ſic argumenta prædicta fecerunt certitudinem euidentiæ de reſurrectione humanę naturæ, quia ſicut dictum eſt, erant euidentia ſenſibus bene diſpoſitis. ad quod etiam reducitur certitudo euidentię demonſtrationis. Alio modo poteſt conſiderari inquantū Deus & homo, ſiue Deus humanatus. & ſic argumenta prædicta de reſurrectione Dei hominis non fecerunt certitudinem euidentiæ: ſed adhæſionis tantū quæ eſt fidei: quia diuinitas Chriſti & ante reſurrectionem & poſt non fuit aliter cognita ab apoſtolis. Et hoc videtur manifeſte dicere beatus Greg. hom. xvii. Thomas aliud vidit & aliud credidit. A mortali quippe homine videri diuinitas non potuit, hominem ergo vidit, & Deum confeſſus eſt di. Dominus meus & Deus meus. uidendo ergo credidit, quia conſiderando verum hominem, hunc Deum, quem uidere non poterat, exclamauit. licet ergo per argumenta prædicta euidens fuerit apoſto-* H
*lis illum, qui dicebatur Ieſus Nazarenus, vere reſurrexiſſe, non tamen fuit euidens, ſed ſolum creditum Deum a mortuis reſurrexiſſe, ſicut & creditum fuit tantum, & non ſcitum illum hominem eſſe Deum. obiectū autem fidei eſt ipſe Deus non uiſus: & ideo articulus fidei eſt aliquod nō viſum circa Deū. p p quod articulus fidei eſt Deū reſurrexiſſe a mortuis & non hominem tantū. Propter qđ dictum eſt ſupra, q illa argumenta non fuerunt efficacia ad manifeſtandum euidenter reſurrectionem Chriſti prout eſt articulus. Et per prædicta patet ſolutio ad rationes utriuſque opinionis aliter ſentientis.*

g Et cō. *Poſt q̄ Lucas cōtinuauit ſe ad dicta in euāgelio, hic cōſequēter pſequitur dicēda in hoc lib. q̄ ſicut dictū eſt, eſt de legis euāgelicę pmulgatione. Circa quod conſiderandum, q ſicut corpus mobile ſubiectum eſt in tota naturali philoſophia ſub ratione abſoluta: in partialibus uero libris ſub rationibus determinatis: ut in libro de cælo & mūdo corpus mobile ad ſitum, in libro uero de generatione corpus mobile ad formam, ita Deus ſub ratione abſoluta ſubiectum eſt in tota ſacra ſcriptura. ideo dicitur theologia quaſi ſermo de Deo. ſub rationibus vero determinatis eſt ſubiectum in libris partialibus, ut oſtenſum fuit in principio Gen. & in alijs ſequētibus libris. In toto uero nouo Teſtamento ſubiectum eſt, ut redemptor in cōi. ſed in libris partialib. ſub rōnib. magis determinatis. Vnde in euāgelio Deus redēptor eſt ſubiectū vt legis euāgelicę lator. In hoc aūt libro vt eiuſdē legis p orbē publicator. Primū tamē fecit p ſeipſum. ſcdm uero p apoſtolos ad hoc miſſos. p p qđ liber iſte ab actibus apoſt. noīatur. Ad hoc aūt q apoſtoli, aliq; diſcipuli eſſent ad hāc publicationē idonei, præexigebatur in eis ſolidatio & perfectio per donum ſpūſſancti, quo eſſent diuina noticia prediti conſtantes & eloquentes & charitate feruidi. p p quod liber iſte in duas partes diuiditur: quia primo deſcribitur apoſtolorum debita diſpoſitio. ſecundo per eoſdem euangelij publicatio, ſe. ca. ibi: Stans autem Petrus. Debita uero diſpoſitio apoſtolorum facta eſt per ſpirituſſancti donum, ut dictum eſt. & ideo primo deſcri-* ¶ *bitur pro-*

*(marg.: Philoſo. circa nat.; Subiectum theologiæ)*

MORALITER.

✱ ne docens, ſit ad Dei gloriam aſſumendus.

c *Quibus & prębuit &c.* quæ poſita ſunt diffuſe in literali expoſitione. & per hoc fuit probata noſtra reſurrectio futura, quia Chriſtus eſt homo verus eiuſdem ſpeciei nobiſcum. propter quod eius reſurrectio eſt noſtræ reſurrectionis argumentum, ut deducit Apoſtolus. 1. Corin. xv. Et quia ad ſane prædicandum requiritur ſpirituſſancti donum, ideo promittitur prædicatoribus eccleſiæ, cum dicitur: *Et conueſcens præ. &c.* Sequitur.

✱ *Igitur*



☞ a *Promiſſionem* Quam promiſit per Iohel, vt habetur in ſequē
A tibus: & ſi a Chriſto promiſſa, a patre tamen complebitur. Vel patris dicitur, quia in eius verbo. ideſt Chriſto promittitur.

*(marg.: In act. apo. c. 1. to. 5.)* *b Quia Io.* Beda. Cū diceret Dn̄s, qa Iohānes baptizauit aqua, vos aūt &c. nō ſubiūxit: uos aūt baptizabitis, ſed baptizabimini ſpūſctō: qa neq; apl̄i, neq; ſequaces eorum vſq; hodie in eccl̄ia aliter quā in aqua baptizare præualēt: ſed inuocato noīe Chriſti interior virtus ſpūſſancti baptizatorū animas & corpora purificat: qđ in baptiſmo Iohānis nō fiebat. Beda. Baptiſma dat̄ in duabus naturis, corpali. ſ. & ſpūali: qa homo q baptizatur, duobus conſtat, corpe. ſ. & aīa: tm̄ vnū eſt baptiſma, ſicut vnus hō. Bed. Baptiſma vnctio. vn̄ & in qbuſdā libris inuenitur ſic. Iohānes † vnxit aqua, vos vngemini ſpūſctō. Baptiſma aūt Dn̄i qđ in ſpūſctō eſt, nō ad illud tempus tm̄ reſpicit quo apl̄i & cæteri fideles illius tpis baptizati ſunt aqua in remiſſionē gr̄a ſpūs a Dn̄o pcepta: ſed ad hoc etiā in quo Dn̄o mittente ſpm̄ plenius acceperūt. qcunq; ēt modo baptiſmum in remiſſionē accipit in ſpū baptizat̄, cui⁹ dono ſolutis peccatis vt ēt in bono pficiat, adiuuatur.

*c Vos aūt. ba.* Qn̄ Petrus negauit: non erāt apl̄i baptizati: non aqua, ſed ſpū. poſt reſurrectionē. n. dictū eſt: Vos uero baptizabimini ſpūſctō: nondum. n. reſurrectione Chriſti & miſſione ſpiritus cōfirmati erāt. Sicut iuſtis circuncisio nō fuit neceſſaria anteq̄ imparet Abrahę & poſteritati ſuæ, ſic poſtq̄ ſacramentum noui Teſtamenti. i. baptiſma circūciſionis loco datū eſt a Dn̄o dicēte: Niſi qs renatus fuerit ex aqua & ſpūſctō &c. Certum eſt nullum ad corpus Chriſti ptinere niſi baptizatū, pter eos qbus paſſio deputatur p ba-
B ptiſmo. Itē ſcriptū eſt, qn̄ Paulus baptizatus eſt: & non eſt ſcriptum qn̄ alij apl̄i baptizati ſunt ſed debemus intelligere baptizatos eſſe pp illud: Niſi qs renatus fuerit ex aqua & ſpirituſſancto &c. Beda. Nondum fuerāt baptizati, uel baptiſmo Iohānis, non aqua, ſed ſpirituſſancto; quos intelligimus baptizatos, uel, quod credibilius eſt, baptiſmo Chriſti. Conueniens. n. erat eos baptizatos eſſe, qui baptizabāt alios, Rab. Hic pmittitur, q Iohannis baptiſmo præcelleret baptiſma apl̄orum. Qui a Iohanne baptizati ſunt tantum aqua, ut patet in Andrea & in altero diſcipulo. Petro ēt dictum eſt. Qui lotus eſt, nō indiget niſi ut lauet pedes. poſtea a Chriſto firmata eſt eorū fides, quorum ēt pedes in cœna lauit, & quibus corpus ſuum dedit, poſt reſurrectionem inſufflauit ſpiritum, die aſcenſionis eos benedixit, poſtea miſit ſpiritum.

*(marg.: † vnxit; Ioan. 3. a; † articulos vel opportunitates; Act. 9. c; Ioan. 1. e; Ibid. 13. b)*

*(marg.: Vbi ſup.)* d *Domine ſi in te. hoc re. re. Iſ.* Beda. Quia apparēs eis locutus fuerat de regno Dei, & ſpūſſancti pmiſerat aduentum, iō in prī ti quęrunt de regno Dei, ſi in præſenti adueniēte ſpiritu ſit reſtituendum, an in futuro ſanctis reſeruandū? Carnales. n. reſurrectione Chriſti impleta, cito regnū Iſrael credebāt eſſe venturū, ſm̄ illud: Nos aūt ſperabamus q eſſet redempturus Iſrael.
*(marg.: Luc. 24. d)* e *Nō eſt ue. no.* Non ait, nō erit, ſed non eſt: notans adhuc eſſe infirmos & iō ad ſecretū non eſſe idoneos. Cū uero ait, *Non eſt ue. n.* Oſtendit q ipſe ſciat, cuius ſunt omnia, quæ patris: ſed eis non expedit noſſe, ſed ita uiuant quaſi quotidie iudicandi.

*(marg.: Vbi ſup.)* f *Quæ pa.* Be. Illius, inqt, regni tā ſecretū eſt tp̄s, ut tm̄ ſciæ pr̄is pateat. ſed accipietis virtutē ſpūſſancti, ut qđ propter infirmitatem carnis non poteſtis, poſſitis ex uirtute ſpirituſſancti.

*(marg.: Vbi ſup.)* g *In ſua po.* Bed. Hoc vt verus hō excuſabiliter dixit, ſed tm̄ vna eſt patris & filij & ſpirituſſancti ptās: filius ēt poteſtas pr̄is eſt.

b *Sed ac.* Tollitur ſcientia temporum, ſed diuinum, quo indigent, adhibetur auxilium. hoc modo cum pueris aliquid tollitur, aliud datur ne penitus triſtentur.

☞ *Superuenientis.*

a ¶ Vos autem ſedete hic in ciuitate quouſque induamini virtute ex alto. b ¶ De uiſione patris æternæ non diſcedit eccleſia.

eis ab Ieroſolymis ne diſcederent, ᵃ

a ¶ Ad probationem fidei obedientię & patientię.

ᵃ ſed expectarent promiſſionem pa- ᵇ

a ¶ Non apoſtolorum vel aliorum, vel non patris, qui incarnatus non eſt.

tris, quam audiſtis inquit per os mē-

a ¶ Ideo indigetis promiſſione ſpiritus, quia in baptiſmate Iohannis non eſt datus ſpiritus. b ¶ Multos vel nos.

ᵇ um: † quia Iohannes quidem bapti ᶜ

a ¶ Sola ſine ſpiritu.

ᶜ zauit aqua, uos autem baptizabi- ᵈ

a ¶ Ad probandam eorum obedientiam tempus interponitur. Multi non erant dies pro celeritate ſalutis credendum, quibus erant prædicaturi.

mini ſpirituſſancto, nōn poſt mul-

a ¶ Continuatio: precepit eis &c. qui conuenerant.

tos hos dies. Igitur † qui con- ᵉ

¶ Præſentes erant aſcendenti.

uenerant, interrogabant eum, di-

a ¶ Seruus hoc profert. b ¶ Poſt tuam reſurrectionem ſuperueniente ſpiritu.

ᵈ centes: Domine, ſi in tempore ᶠ

a ¶ Induces diem iudicij & regnum veri Iſraelis? ¶ Temporale vel ſpirituale? quod in Greco manifeſtum eſt. b ¶ Quia vtrumque prius poſſeſſum eſt, poſtea perditum. ¶ Non huius, ſed huic Iſraeli. ¶ Inſinuat ſpirituale regnum a prophetis promiſſum fuiſſe.

hoc reſtitues regnum † Iſrael? Dixit

a ¶ i. Non eſt hominum diem iudicij noſſe, ut quaſi ſuſpenſi ſemper iudicium expectent.

ᵉ autem eis: Nōn eſt ueſtrum noſ- ᵍ

a ¶ Numerum temporum vel momētorū vſq; ad finem ſeculi.

ᶠ ſe tempora uel † mōmenta, quæ pa-

a ¶ Nō ponet, qa Deus pręteritū cernit, q dq d vult futurū eſſe.

ᵍ ter poſuit in ſua poteſtate: ſed acci- ʰ

NICOLAVS DE LYRA.

¶ *bitur promiſſio huius doni. ſecundo expectatio promiſſi, ibi: Tunc reuerſi ſunt. tertio collatio expectati. in principio ſequentis ca. Prima adhuc in duas. quia primo ponitur hæc promiſſio, ſecundo circa hoc mouetur queſtio, ibi: Igitur qui conuenerant. Circa primum ſciendum, quòd licet ſanctus Lucas in fine euangelij ſui locutus fuerit de hac promiſſione, hoc fuit tamen breuiter & ſuccincte. Hic autem tangit eam magis diffuſe. propter quod ab ea incipit proſecutionem dicendorum in hoc libro. Dicit ergo:* Et con. ſ. *Ieſus cum apoſtolis ſuis: quibus recumbentibus apparuit in die aſcenſionis, ut refert Marcus in fine euangelij ſui dicens: Nouiſſime autem recumbentibus illis vndecim apparuit illis Ieſus &c.* C

a Ne diſcederent. *donec per ſpirituſſanctum redderentur apti ad publicationem euangelij. ideo ſubditur.*

b Sed expectarent promiſſionem patris *Ioh. xiiij. d. Paracletus autem ſpirituſſanctus quem pater in nomine meo mittet, ille do. vos omnia.*

c Quia Iohannes quidem baptizauit aqua. *ſolum. nam eius baptiſmus gratiam non conferebat.*

d Vos autem baptizabimini ſpirituſſancto. *Ex hoc loco dixerunt aliqui, quòd apoſtoli non fuerunt baptizati baptiſmo Chriſti, qui eſt in aqua. ſecūdum quod habetur Io. iij. Sed hoc non eſt conſonum dictis ſanctorum, nec etiam rationi. Dicit enim Saluator:* *(marg.: Ioan. 3. a)* *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpirituſancto, non poteſt intrare in regnum Dei. &* *(marg.: Infra 11. b. 19. d)* *ideo poſt illam Domini ſententiam nullus factus eſt mēbrum Chriſti, niſi per ſuſceptionem ſui baptiſmi, vel alicuius ſupplentis eius vicem. ſicut eſt baptiſmus ſanguinis & flaminis. Præterea Paulus apoſtolus vocatus ad fidem de mandato Domini fuit baptizatus, ut habetur Act. ix. c. Et idem tenendum eſt de alijs apoſtolis, quamuis non ſit ſcriptum: quia non omnia Chriſti facta ſunt ſcripta, vt dictum ſupra. Item quia Iohan. iiij. a. dicitur: diſcipuli Chriſti baptizabant & non eſt veriſimile, quin eſſent baptizati eodem baptiſmo. vnde dicit Aug. ad Seleucianam, q credibile eſt diſcipulos Chriſti eſſe baptizatos eius baptiſmo, vt haberet baptizatos ſeruos per quos cæteros baptizaret: nec defuit humilitatis miniſter, qui etiam pedes eorum lauit. Vnde ſuper illud Ioh. xiij. b. Qui lotus eſt non indiget, niſi ut pedes lauet. dicunt doctores aliqui, quòd illa lotio intelligitur de ſacramento baptiſmi. igitur quod dicitur hic:* Vos autem baptizamini ſpirituſſancto. *Intelligendum eſt iſtud de receptione ſpirituſſancti in ſigno viſibili. de qua habetur ca. ſeq. qui dicitur baptiſmus metaphorice, eo quòd gratia ſpirituſſancti unctio dicitur. 1. Ioh. ij. Vnctio autem de liquidis eſt ut aqua. vnde dicit glo. Rabani: quòd in quibuſdam libris ſic habetur: Vos autem vngemini ſpirituſancto.* D

*(marg.: † vbi illi conueniſſent; † Iſraeli; Lib. epi. epi. 108. poſt prin. to. 2.)*

e Igitur qui conuenerant interrogabant eum di. *Hic circa dicta mouetur quæſtio. Multi enim de diſcipulis Chriſti de regno eius adhuc carnaliter ſentiebant, vt pote nondum recepta ſpirituſſancti gratia æſtimantes ipſum temporaliter regnaturum. propter quod filij Zebedei petierunt, quod unus ad dexteram eius ſederet, alius ad ſiniſtram. Et regnum* *(marg.: Matt. 20. c)* *Iſrael temporale, quod ablatum erat a Iudæis per Romanos, ſtatim reſtituendum. ideo quæſierunt.*

f Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? *Et quoniam hæc quæſtio erat ſtulta, repulit eam dicens.*

g Non eſt ueſtrum noſſe tempora uel momenta: quę pater poſuit &c. *Quaſi dicat, non pertinet ad uos hoc ſcire nec quærere. Sicut & petitionem filiorum Zebedei repulit ut ſtultam dicens: Neſcitis quid petatis. ſed illud quod ſequitur, ad vos pertinet, cum ſubditur.*

h Sed accipietis &c. *Ad conſtanter & efficaciter euangelium prædicandum per orbem vniuerſum. ideo ſubditur. Et eritis mihi teſtes, &c.*

¶ Et cum

MORALITER.

✱ e *Igitur qui conuenerant inter. eum &c.* Secundum ſenſum literalem aliqui de Chriſti diſcipulis opinabantur, quod ipſe poſt miſſionem ſpirituſſancti in Ieruſalem temporaliter regnaret, & ſic regnum Iſrael reſtitueret, & alia regna regno Iſrael ſubiugaret. Sicut dicunt moderni Iudæi, futurum eſſe per meſſiam, quem inaniter expectant, & per iſtos ſignificantur eccleſiæ miniſtri, qui regnum Dei, quod eſt eccleſia, magis quærunt augeri in bonis temporalibus quàm in fide & moribus. propter quod ipſis dicitur, quod ſubditur.

g *Non eſt ueſtrum noſſe tempo.* Nam ab eis merito ſubtrahitur cognito veritatis. Et conſequenter oſtenditur quid debeant quærere cum ſubditur.

h *Sed accipietis uirtutem ſuperuenientis ſpirituſſancti in nos &c.* q. d. hoc debetis petere. ſ. virtutem ſpirituſſancti habeatis in vobis, vt per hoc nomen meum conſtanter prædicare poſſitis ad augmentum eccleſiæ in ſpiritualibus bonis.

 ✱ *Videntibus*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

a *Superuenientis ſpi.* Bed. Cum ſuperueniet ſpiritus in vos, non regnum Iſrael ſiue regnum Dei in Iſrael, ut putatis, afferet, ſed virtutem teſtificandi de me vobis præſtabit, tūq; illius regni tempus longe eſt, ut prius non ſolum Ieroſolymam, ſed omnes fines Iudęę & Samariæ, mundi etiam terminos per circuitum fama euangelij percurret.

*In actu apo. c.1.in.5.*

b *In Ieru. & in om. Iu.* Rab. Conſequentia ordinis in vocabulis locorum conſeruata eſt: Ieruſalem ſuccedit proxima Iudææ prouincia, cui Samaria ſitu coniungitur, dehinc omnis terrę communio ſubinſertur. *In Ieruſalem.* Rab. Myſtice In viſione pacis, in confeſſione veræ fidei: cuſtodia præceptorum Dei: & in his qui ſe alienos fecerint a terra prædicaturos eos prædixit, per quos quaſi rotæ radios de medio terræ vbi ſalutem operatus eſt, gratia ſpiritualis & ſalutaris doctrina per totum orbem defluxit.

†robur fortitudinem · *Myſtice*

c *Et cum hæc.* Aliter Marcus commemorat di. Et Dominus quidem Ieſus poſtquàm locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cęlum. Sed quia Lucas ſignificātius adiecit, cum hæc dixiſſet, eleuatus eſt, completis illis ſermonibus, quos commemorauerat, Dominum aſcendiſſe cęlos oſtendit. Beda. In Græco ſic habetur: Et cum in cęlum intuerentur eunte illo. ſ. intenderunt in cęlum, quo ibat. Vnde & angeli eis dicunt: Quid hic ſtatis aſpicientes in cælum? Quod uero eum in cælum euntem intuerentur, ibi oſtenditur: Sic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cęlum.

*Mar. vlt. d.* †De cō. di. 5. c. ieiunium in fine.

d *Aſtiterunt.* Raba. quia proſpera nunciaturi, & læticiam angelorum in aſcēſu Saluatoris ſignificantes, qui humanæ naturæ conſortio lætantur. Raba. Creatura vbique obſequitur creatori, aſtra indicant naſcentem, patienti cōpatiuntur, aſcendentem nubes ſuſcepit, redeuntem ad iudicium comitabitur. Beda. Ob duas cauſas angeli vidētur ut. ſ. aſcenſionis triſticiam regreſſionis commemoratione conſolentur, & ut uere eū ire in cęlum monſtrarent & non quaſi in cælum ſicut Eliā. F

*Vbi ſup.*

e *In ue.* Beda. Albæ veſtes congruunt exaltationi, & ideo in aſcēſione in albis veſtibus apparēt angeli. Qui enim apparuit in natiuitate humilis Deus, in aſcenſione oſtenditur homo ſublimis. Etiam loca cōgruunt, dum in humili ciuitate natus homo, de monte ſublimi regreſſus eſt ad cælos.

*Vbi ſup.*

f *Galilæi,* In quibus debet eſſe prudentior ſenſus, quia Galilæi cęteris Iudęis in ſapientia præcellebant. Vel Galilæi volubiles, quia in ſtabilitate ſui ſenſus obliti erant præcepta Dei

a ❡Quia infirmi. ❡Scientiæ ſignorum confidentię. b ❡Superuenit ſpirituſſanctus, quia ſuperior inferiori naturæ infunditur, ſecundum illud: Spirituſſanctus ſuperue. in te &c.

pietis † uirtutem ſuperuenientis

a ❡Non indigetis illud noſſe, quia virtus ſpiritus quæ amplius eſt neceſſaria ſuperueniret. ❡Qui uos docebit. b ❡Interius.

ſpirituſſancti in vos, † & eritis mihi

a ❡Verbo & exemplo vel ſignis. ❡Reſurrectionis. ❡Viſione pacis. ❡Confeſſione.

teſtes in Ieruſalē, & in omni Iudæa,

a ❡Cuſtodia præceptorum Dei. b ❡Ad eos qui alienantur a terrenis.

& Samaria, et uſq; ad ultimum terræ. † Et cum hæc dixiſſet, uidentibus illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorū. Cūq; intuerentur in cælum euntem illum ecce duo uiri aſtiterunt iuxta illos in ueſtibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cęlum? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in cęlū, ſic veniet quemadmodū uidiſtis eum euntem in cęlū. Tūc reuerſi ſunt Ieroſolymā a monte qui uocatur Oliueti, qui eſt iuxta Ieruſalem: ſabbathi habens iter. Et cū introiſſent in cœnaculū aſcenderunt, ubi manebat Petrus & Iohan-

a ❡Ex quo præcepit ne ab Ieroſolymis diſcederent. b ❡Vt qui teſtes reſurgentis ſunt, ſint etiam teſtes aſcendentis.

a ❡Rab. Eleuatus eſt, & ſuſcepit, ad infirmitatem carnis reſpiciunt, vel hoc referendum eſt ad potentiam diuinitatis. ſimiliter & quod ſequitur, euntem in cęlum. ſecundum quod ait: Nemo aſcendit in cælum, niſi qui de cœ. deſcen.

a ❡Diuinitate, vel nube. prius enim cęlum terrenum corpus non receperat

a ❡Principaliter ſexus & numerus teſtium oſtenditur. b ❡Aſtare in albis dicuntur angeli, quia infirmitatis & culpę & mortis expertes ſunt.

a ❡Prius dictum erat, ſedere in ciuitate, ſed hæc ſtant in cęlum aſpicientes, quaſi ſubito redituram ſperarent.

a ❡In eadem forma & carnis ſubſtantia. b ❡Videbitis venientem, ſicut vidiſtis euntem manifeſte enim veniet. ❡Idem ipſe in eodem corpore præſentibus angelis & hominibus.

❡Hoc audito quod dixerunt duo uiri. ❡Quia de Ieruſalem exierunt in montem Oliueti, reuerſi autem ſunt, ut ſederent in Ieruſalem poſt increpationem illam, quid ſtatis aſpicientes in cęlum?

a ❡Oliuetum dicitur multitudo oliuarum. b ❡Spacio miliarij diſtat a Ieruſalem.

a ❡Mille paſſus: quod cuius ſit autoritas ignoratur.

a ❡Ciuitatem, aſcēderunt in cęnaculum. i. excelſam domum quaſi obuiam ſpirituiſancto, Cęnaculum typus perfectionis, in qua expectandus eſt ſpiritus.

a ❡Perſeuerantia perfectionis quę ſpiritum promeretur. ❡Agnoſcens. ❡Gratia Dei.

tus, itinere ſabbati pacis vrbem ingreditur, eritque ſabbatum pro ſabbato, quia qui ceſſauit a malis, requieſcet in cælis. G

i *Et cum introiſſent.* In Græco ita ponitur: Cum introiſſent ciuitatem, in cœnaculum aſcenderunt, vbi erant manentes Petrus &c. In Græco ſic eſt ordo nominum Petrus & Andreas, Iacobus & Iohannes, Simon Zelotes & Iudas Iacobi.

k *Cænaculum &c.* Beda. Locus eſt in ſuperiori, deſignans, quod a terra ſublati ad ſuperiora ſcientiæ & virtutis conſcendunt. Rab. Cœnaculum dicit tertium tectum, figura charitatis fidei ſuper ædificatę & ſpei. charitas autem diffuſa eſt in cordibus per ſpiritum.

l *Petrus & Io.* Petrus primus ponitur, quia princeps & paſtor. Petrus & Iohannes merito primi ponuntur, qui ☞ ſimul

## NIC. DE LYRA.

❡ a Et cum hæc di. ui. *per modum ſuperius dictum in principio huius ca.*

b Cumque intue. &c. illum. *admirantes de aſcenſione tam glorioſa.*

c Ecce duo ui. *angeli in ſpecie uirorum.*

d In ueſtibus. *ad deſignandum ſolennitatem huius aſcenſionis, ſecundum quòd dicit Greg.*

e Viri Gali. *natione. eſt enim Galilæa quedam pars Iudeę de qua erant apoſtoli, ſaltem pro maiori parte.*

f Quid ſtatis aſpi. *q. d. Non expectate q. Ieſus amplius habitet corporaliter vobiſcū, ſicut antea fecit: tamen videbitis eum in fine mundi venientem ad iudicium. ideo ſequitur:*

g Sic veniet &c. *ideſt ſicut aſcendit in forma humanitatis glorioſa, ſic veniet ad iudicandum.*

h Tunc re. *Poſtquàm deſcripta eſt ſanctiſpiritus promiſſio: hic conſequenter ponitur promiſſi conueniens expectatio, quæ conuenientia ex duobus oſtenditur. Primum eſt perſeuerans oratio. ſecundum eſt apoſtolici numeri reintegratio, quæ ponitur ibi: In diebus illis. Circa primum dicitur:* Tunc re. ſunt *ſicut fuerat eis dictum: Vos autem ſedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto.* H

i A monte, *qui. vnde Chriſtus aſcendit in cælum, & vbi Antichriſtus fulminabitur, ſicut dictum eſt ſupra.*

k Sabbati. *i. diſtans a Ieruſalem, per mille paſſus, qui faciunt dimidiam leucam. & dicitur hic iter ſabbati, quia licebat Iudæis in ſabbato a ſua ciuitate vel loco tantum elongari. talis enim ambulatio magis erat ad recreationem quam ad laborem: propter quod non erat contra ſabbati quietem.*

l Et cum introiſ. In cœnacu. aſcen. *Eſt autem cœnaculum ſolarium: & ſic prius aſcenderunt & poſtea introierunt cœnacula. & eſt figuratiua locutio, ſicut cum dicitur: moriamur, & in media arma ruamus. Aſcenderunt autem* ❡ *diſcipuli*

g *Sic veniet.* Beda. In eandem naturam veniet iudicaturus, in qua veniet iudicādus. Si n. immortalitatem accepit, naturam nō amiſit, cuius gloria æterna in monte tribus diſcipulis prę oſtenſa, poſt iudicium omnibus ſanctis videbitur, quando tolletur impius ne videat gloriam Dei. Sulpitius. Locus ille, in quo ſteterunt veſtigia Chriſti aſcendentis, cōtinuari pauimēto cum reliqua ſtratorum parte non potuit, reſpuēs quęcunq; ei applicabantur, excuſſis in ora apponentium marmoribus. Calcati etiam ab eo pulueris hoc documentum eſt, q veſtigia impreſſa cernuntur, & eandem adhuc ſpeciem velut preſſis veſtigiis terra cuſtodit.

*Vbi ſup. Mat. 17. a* · *Iſa. 26. b ſecundum LXX.*

h *Tunc reuerſi &c.* Rab. Reuerſio apoſtolorum de monte Oliueti in Ieruſalem, ſignificat eccleſiam, quæ de actiua in contemplatiuam aſcendens, iterum deſcendit in conuerſationē actiualem. Mons enim Oliueti ab antiquis mons trium luminum vocabatur: lucernæ ſcilicet de templo reſplendentis, ac ſolis ex altera parte orientis, & olei in ipſo monte naturalis lucis. quæ tria conueniunt perfectioni propter diuini uerbi lucem de eccleſia fulgentem, propter ſolis iuſticiæ fulgorē, propter puræ conſcientiæ nitorem. Myſtice. Beda. Qui gloriam Chriſti intuetur aſcendentis, promiſſione ſpirituſſancti ditatus,

*Mons oliueti trium luminum.* · *Myſtice Vbi ſup.*

## MORALITER.

✱ a *Videntibus il. el. eſt.* per hoc ſignificatur quod eccleſiæ miniſtri debent cæleſtia contemplari.

c *Ecce d. ui.* Per iſtos duos angelos ſignificantur duo uiri angelici. ſ. Petrus & Paulus, qui viuentes in carne aſtiterunt eccleſiæ, ipſam ſuis laboribus augmentando, & nunc aſtant regi gloriæ pro ipſa deprecando. Poteſt etiam aliter dici, quòd per duos angelos ſignificātur Elias & Enoch Antichriſti tempore futuri, ad eius fraudulentiam detegendam & fidem eccleſiæ confirmandam.

b *Tunc reuerſi ſunt Ieroſolymā a monte, qui uocatur Oliueti, qui eſt iuxta Ieruſalem: ſabbati habens iter. Et cum introiſſet.* Mons iſte ſic nominatur, eo quòd ibi ſunt Oliuę ex quibus habetur oleum: & ideo ſignificat pietatis exercitium, quod pertinet ad vitam actiuam. Ieruſalem aūt, quæ interpretatur pacifica, quietem mentis ſignificat, quæ pertinet ad vitā contemplatiuā. Igitur reuerſio de monte Oliueti Ieroſolymā, ſignificat tranſitū de vita actiua ad contemplatiuā: quod multi patres ſancti leguntur feciſſe, tēpore ſenectutis, maxime, ut de hoc mundo tranſirent in mentis requiem, dicentes illud Pſal. iiij. b. In pace in idipſum dormiam & requieſcam.

l *Aſcen. cæ.* Per qd ſignat meditatio cęleſtiū. & poſtea concluditur. ✱ *Hi omnes*



ſimul curreruntad monumētum, qa plus cęteris amabāt. primus (ſi fas eſt dici) plus cæteris dilexit aliū plurimū Ieſus amauit. Raba Catalogus apl'orum iō ponit, ne extra hos aliq falſi recipiant: paria & ponunt loca ſingulorū diſtīguētib. gradib. meritorū. Rab. Hi ſunt xij. filij Iacob. xij fontes deſerti, quos Iſrael repperit in Elim. xij. panes propoſitionis. xij lapides in veſte pontificis. xii ſigna zodiaci. Duodecim lapides altaris. xij lapides de Iordane eleuati. xij boues ſub æneo mari. xij. ſtellæ in corona ſponſę. xij. fundamenta. xij. portæ. xij. menſes anni. xij. horæ. diei. xij. fructus ligni vitæ. A

a *Zelotes.* Beda Zelotes Hebraice dr̄ Chananęus. Chana zelus interpretat̄ eſt aūt uicus ubi Dn̄s aquā conuertit in vinū. hic poſt Iacobū fratrem ſuū rexit eccl'iā Ieroſolymorū. Rab Filio perditionis impfectus numerus apl'orum remanſit, iuxta ſilitudinē. n. lunę creſcit & decreſcit eccl'ia ſed vetera trāſeunt, & noua fiūt. *In oratione.* Bed. Vnanimes pſeuerāt q ſpm̄ expectant. Spūs. n. ſctūs diſciplinę effugiet fictū. & iō q vult eū accipe, pſeueret in precibus & fratrum charitate, quia oratio promeretur auxilium Dei.

b *Maria &c* Rab. Virgo a mulieribus diſtinguit, q tn̄ aliqn̄ mulier non pro corruptione, ſed p ſexu appellat. Ecce principiū naſcētis eccl'iæ adornat̄ flore virginitatis Marię vel Ieſu. Bed. Qd̄ in Græco diſtincte ponitur. Curauit. n Lucas oſtēdere frēs Dn̄i eo tpe fidei participes eſſe. de qbus ante paſſionem dictum eſt: Neque enim fratres eius credebant in eum.

d *In me. fr.* Rab. Fratrū. i. filiorum Dei quorū vnus eſt pr̄ in cælis: q̄q̄ ēt quatuor modos, qbus frēs dn̄r, chorus ille habuerit. Natura: Petrus frater Andreæ & Iohannes Iacobi: & Iudas alterius Iacobi. Gente erāt oēs Iſraelitę & Iudæi vocabant̄. Cognatione etiā illi, q frēs Dn̄i vel Marię dicebāt, erāt inuicē frēs. Affectu quoq; carnali ex vno Adā oēs nati ſunt. Sed maxime frēs ſm̄ gratiam regenerationis Rab. In medio Ieſus ſtetiſſe dr̄: quaſi communi miſeratione cōdeſcēdens. hoc exemplū ſumendū eſt paſtoribus eccleſię Ra. Hic numerus. cxx. cōgruit ætati Moyſi, vt ſicut ſub hoc numero Moyſe defuncto Ieſus ſucceſſit, q populum in terram pmiſſionis induxit ſic veteri legi in eccleſia principatus Chriſti ſucceſſit, ducens verum Iſrael ad regnum cæli. Iſte etiam numerus ab vno vſque ad quindecim creſcit, habens ſeptem & octo, typum nouæ & veteris legis. Oportebat enim vt ſacramentum, quod legiſlator in annis exhibuit, hoc gratiæ prædicatores numero deſignarent. B

e *Viri fra. &c.* Bed. In vndenario numero Petrus remanere timebat. Omne enim peccatum ad vndenarium pertinet. qui enim peruerſe agit, præcepta decalogi tranſit ideoq; in duodenarium reintegratur numerus apoſtolorum, vt per duas ſeptenarii partes (ter quaterni enim duodecim ſunt) gratia, quam prædicabant, etiam in numero ſeruaretur.

f *Poſſedit agrum.* Rab. Nō quia agrū poſſederit, ſed quia ipſius fuerat præcium agri qui Dominum vitæ vendidit. Amiſſa terra viuentium agrum ſanguinis & mortis ęterna ſceleris & nominis ſui memoria poſſidet, quia Iudas, emptū precio ſanguinis agrum figuli nō poſſedit, qui traditionis crimen in ſe protinus mulctauit, ſed poſſedit dictū eſt. i. poſſideri fecit Rab. Quidam agrum a Iuda poſſeſſum ridicule exponunt infernum. Alij poſſediſſe agrum illū exiſtimant, quia cū peregrinis in eo ſepultus fuit. Bed. Dignā ſibi pœnam traditor inuenit, dū gut- ☞ tur, quo

a ❡Supplantator. b ❡Virilis. grecum nomen. c ❡Os lampadis, vel lampadarum

nes, & Iacobus & Andreas Philippus & Thomas, Bartholomęus & Matthæus, Iacobus Alphæi, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. Hi omnes erant perſeuerantes unanimiter in oratione * cum mulieribus & Maria matre Ieſu & fratribus eius. In diebus illis exurgens Petrus in medio † fratrū dixit (Erat autem turba hominum ſimul feré centum uiginti) Viri fratres † oportet impleri ſcripturam, * quam prędixit ſpirituſſanctus per os Dauid de Iuda qui fuit dux eorū, qui comprehēderunt Ieſum, qui connumeratus erat in nobis, & ſortitus eſt † ſortem miniſterij huius. Et hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis,

a ❡Abyſſus vel geminus, Grece didymus, vel quia geminus natus ſit, vel geminus fuerit Saluatori, ſimilitudinem imaginis eius gerens. b ❡Syrum nomen. ❡Filius ſuſpendentis aquas. i. nubes: quod ad carnem Saluatoris pertinet

a ❡Donatus. b ❡Hic frater Domini dictus filius eſt Marię materterę eius quæ dicitur Maria Cleophe, a patre ſiue familia. c ❡Alpheus doctus, fugitiuus vel milleſimus. d ❡Simon Zelotes conſobrinus Saluatoris quia patrem ipſius Cleopham fratrem fuiſſe Ioſeph Egeſippus teſtatur.

a ❡Iudas frater Iacobi, filius Alphei, qui Iudas vocatur & Thadeus & Lebeus, & corculus cultor cordis ſui & aliorum.

a ❡Cepiſſe non eſt uirtus. ſed perfeciſſe. b ❡Vnius moris habitant in domo

a ❡Quas habebant in ſuo comitatu, ſicut & habuit Ieſus.

a ❡Proprio nomine cęteris dignior deſignatur, quia virgo eſt & mater.

a ❡Cum eſſent apoſtoli In cœnaculo ſuperiori. b ❡Carne, propter turbam ſpiritu, propter profectum menti, vel exurgere dicitur, qui prius negando eſt lapſus.

a ❡Paſtor pro ouibus loquitur. b ❡Parentheſis. i. interpoſita ratiocinatio.

a ❡Nondum deificatorum, quia nondum ſpiritus uenerat qui homines Deos facit. b ❡Loco & voluntate. c ❡Secundum conſuetudinem numerantium hoc ponit, non quia ſpiritus de numero dubitauerit.

a ❡Quorum eſt diſcutere cauſas ſingulorum. b ❡Neceſſe eſt, uel oportunum. c ❡Quia iam incepta eſt, non ſemiplena debet remanere.

a ❡Vt perfectus numerus apoſtolorum ſpirituſſancto preparetur.

❡Loquens in propheta. non enim hominis, ſed ſpirituſſancti fuit ſententia.

a ❡Viæ eorum ad hortum, vel ducis ad prodendum.

a ❡Solo numero coęquatus, non merito.

a ❡Deo non iuxta præſcientiam iudicante. b ❡Apoſtolatum.

a ❡Doctrinæ & ſignorum: vel miniſterium dicit ducatum eorum qui comprehenderunt Ieſum. ❡Poſſideri fecit ab aliis.

a Iacobus Alphei. *ſ. filius. & dicitur hoc ad differentiam præcedentis Iacobi qui fuit filius Zebedei.* C

b Et Simon Zelo. *Quod dicitur ad differentiam Simonis Petri.*

c Et Iu. Iacobi. *ſ. frater. fuit enim filius Alphei. & dicitur Iudas Iacobi ad differentiam Iudæ proditoris.*

d Hi omnes erant per. una. &c. *Perſeuerantia enim eſt vnitas cordium in bono, quæ facit orationem exaudibilem.*

e Cum mulieribus. *Deuotis, quæ ſecutæ fuerant Ieſum a Galilæa, ut habetur Matt. xxvii.*

f Et Ma. matre Ieſu. *Quam aſſociabāt mulieres illę ex deuotione. & inter iſtas mulieres & Maria ponitur, ad differentiam & ad diſtinctionem: quia iſta ſola erat mater & virgo.*

g Et fra. *i. alios de cognatione Ieſu, quorum plures erant ibi. Et dicuntur eius fratres ſecundum modum loquendi Hebraicum, quo illi de eadem cognatione fratres dicuntur. vnde. Abraham Loth nepotem ſuum fratrem nominauit dicens: Ne quęſo ſit iurgium inter me & te: & inter paſtores meos & paſtores tuos, fratres enim ſumus.*

Fratres ſecundum modum loquendi Hebraicum qui dicti · *Gen. 13. b*

h In d. il. *Hic conſequenter ponitur ſecundum diſpoſitiuum ad ſpirituſſancti donum ſ. apoſtolici numeri reintegratio. Et diuiditur in duas partes: quia primo ad hoc inducitur ratio, ſecundo ſubditur executio, ibi: Et ſtatuerunt. Prima in duas: quia primo inducit Petrus ſcripturam ad propoſitum. ſecundò concludit intentum, ibi: Oportet ergo. Prima adhuc in duas: quia primo Petrus ſcripturā allegat in generali, interpoſito Iudæ caſu. ſecūdo in ſpeciali, ibi: Scriptum eſt. n. Circa primum dicitur.* In die. il. *i. in tempore medio inter aſcenſionem Domini & pentecoſten.*

* & obſecratione · *Diuiſio*

i Exurgens Pe. *tāquam principalis.* Dixit, *q poſtea ſubditur. ſed numerus exiſtentium ibidem interponitur cum dicitur:*

k Erat autem turba hominum ſimul &c. *Non dicitur fere, eo q ſpirituſſanctus qui in Luca loquebatur dubitaret de numeri certitudine, ſed in hoc ſeruabatur modus numerantium. qui cum modicum deficit de magno numero: exprimunt magnum numerum cum hac dictione, fere, per hoc deſignando quòd illud, quod deficit, modicum eſt, quaſi nihil reputandum, ut habetur ij. phyſico. et ſubditur verbum Petri, cum dicitur.* D

† oportebat

l Viri fratres op. im. ſcri. quam præ. ſpi. *Cuius verbum non poteſt eſſe falſum.*

m Per os Dauid. *Sicut videbitur parte ſequenti: ſed interponitur caſus Iudæ proditoris. ideo ſubditur:*

†partem

n De Iu. qui fuit dux eorum &c. *vt patet Ioh. xviij.*

o Qui con. erat in nobis. *i. vnus de xii. apoſtolis Mat. x.*

p Et for. eſt &c. *i. dignitatem apoſtolicam, quam non habuit a caſu vel per ſortem, ſed per Chriſti electionem, ſicut dicitur Iohannis. vi. g. Nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? Sors enim aliquando accipitur pro parte, & ſic accipitur hic: quoniam in partem apoſtolorum vocatus eſt.*

*Diuiſio*

q Et hic quidem poſſe. &c. *id eſt poſſidere fecit ab aliis: quia triginta* ❡ *denarios*

## NICOLAVS DE LYRA.

❡ *diſcipuli duplici de cauſa. Vna vt eſſent ſecretius, timentes adhuc calumniam Iudæorum, quandiu non eſſent per ſpiritumſanctum roborati. Alia, vt ibi vacarent liberius orationi, ſicut poſtea ſubditur: Hi omnes &c. conſequenter ponuntur apoſtolorum nomina: & patet vſque ibi:* Iacobus

## MORALITER.

✱ d *Hi omn. erant per. in oratione.* Quæ ſecundum Damaſcenum, eſt eleuatio mentis in Deum.

b *In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum &c.* Hic ad literā agitur de electione Matthiæ, cuius neceſſitas oſtenditur ex caſu Iudæ & eius morte. Chriſtus autem ordinauerat, qd eſſent. xii. apoſtoli, ut patet Mat x. & Lu. ix. Et qm̄ ipſi ſunt ſucceſſores apoſtolorum ex hoc habemus documentum, q mortuo pontifice illi, ad quos pertinet, debent ſine moræ diſpendio de alio prouidere. Electio vero Matthiæ partim fuit ab apoſtolis, quia de multitudine credentium ſtatuerunt duos magis idoneos ſecundum ſuum iudicium: ſed quis eorum eſſet magis idoneus, recurrerunt ad diuinum iudicium, dantes ſortes eis: poſtulata tamen prius electione diuina per deuotas orationes. Datio uero ſortium modo prohibita eſt in electionibus eccleſiaſticis, quæ debent fieri per ſpiritūſanctum, cuius abundantia data fuit poſt electionem Matthiæ propter quod electio ſeptem diaconorum fuit facta ſine datione ſortium: quia fuit poſtquam apoſtoli receperant plenitudinem ſpirituſſancti.

✱ *Et annume-*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tur, quo nox proditionis exierat laqueo necauit Dignum e- E tiam locum interitus quæſiuit, ut qui angelorum & hominum dominum prodiderat, cęlo & terræ peroſus, quaſi aeris ſpiritibus ſociandus, iuxta exemplum Achitophel & Abſalon in medio aeris periret. Digno etiam exitu & mors ipſa ſucceſſit, ut uiſcera, quæ proditionem conceperant, rupta caderent, & in auras euoluerentur: cui. ſ. fraudi uel proditioni uel culpæ ſimilis pęnę mors.

(*cõdignæ pœne Iudæ. 2. Reg. 17. f & 18. d*)

*a Viſcera.* Rab. Quæ ſunt ſedes fraudis, tanto ſcelere dirupta, ſe cohibere non ualuerunt. Merito autem per ſedem doli uiſcera funduntur, non per locum oſculi. i. os quo oſculatus eſt Ieſum quamuis falſa ſuperficie, ſed per aliũ, cui uirus occultæ malicię inerat. (*† illis uernacula, Haceldema*)

*c Eorum.* Ra. Habitantium Ieruſalem. quia etſi vtrique loquebantur Hebraice, diſtabat tamen proprietas linguæ Ieroſolimorum a Galilęis, de quib. & apoſtoli erant: quod in paſſione domini oſtenditur, ubi etiam Petrus nolens lingua ſua proditus eſt eſſe Galilæus. (*Pſ. 68. f*)

*b Ita ut appel. ager.* Rab. Hoc ut quidã dicunt, Lucas ſententiæ Petri inſerit: quia Græcè ſcribens agri apud Hebræos exprimit nomen & interpretationem nominis illius Græca lingua poſuit. Vel Petrus in ſuæ cõtextu ſententiæ uocabulum agri illius ſermone Ieroſolymorum memorauit, & in Galilæam loquelam tranſtulit. Quãuis enim eiuſdem linguæ fuerunt Iudæi & Galilæi, non parum tamen in ſermone diſtant. (*† verſati*) Vel interpretem latinum hoc addidiſſe multi ęſtimãt. Supra dixerat, oportet impleri ſcripturam, ſed pendet ſententia nondũ terminata hucuſq;. *Scriptum eſt in libro pſalmorum.*

F *d Fiat commora.* Hi uerſus plani ſunt, quia Iudas pręuaricationis pœnã accepit, & abiens in gehennam humanę conuerſationis, habitationem deſeruit, & accipiente Matthia locum eius ſumma apoſtolici numeri reſtituta eſt.

(*In actu Apo. c. 1. to. 5.*) *e Deſerta.* Bed. Donec electus pro eo aſſumatur Matthias Vel non ſit ipſe Iudas, qui habitet in ea, ſed aliud aſſumatur pro eo, quia pœnitentia indignus iudicatus eſt. (*† Infr. 4. g. & 6. b*)

(*Ibidem.*) *f Duos.* Be. Clemens refert hos duos, q ad ſortem apoſtolatus ſtatuti ſunt, de numero. lxx. diſcipulorum fuiſſe.

(*Ibidem.*) *g Qui co.* Be. In laude Barnabę immoratur, quia pro laude Matth. habet, ꝙ ſorte eligitur. Barnabę laus cumulatur ne uelut indignus repelli uideretur, quod poſtea declaratum eſt, quia cum Paulo gentium Apoſtolus ordinatur, illi officio reſeruatus.

(*Ibidem.*) *h Iuſtus.* Beda. Aut latinum eſt, aut Hebræum: & interpretatur parcens, vel eleuatus.

(*Ibidem.*) *i Et Matthiam.* Bed. Qui donatus eſt, vel donum Dei interpretatur: cui donum apoſtolatus a Domino collatum eſt. vel Dei paruus interpretatur. Merito parui tranſcenditur ille qui laude hominum erat iuſtus. (*Ibidem.*) Be. Oſtende quem elegeris accipere locum miniſterij vt abiret in locum ſuum id eſt ſortem apoſtolicam.

& ſuſpenſus crepuit medius, & dif- a
a fuſa ſunt omnia uiſcera eius. Et no- b
tum factum eſt omnibus habitanti
a ¶Poſſedit, ita vt appellaretur, vel notum factum eſt ita vt appellaretur.
b bus Ieruſalem, † itaut appellaretur c
a ¶Habitantium Ieruſalem. b ¶Syrum eſt.
c ager ille lingua † eorum, Acheldemach, hoc eſt ager ſanguinis. Scri- d e f
¶Per hoc oſtenditur vnum eſſe librum pſalmorum non quinque.
ptum eſt enim in libro pſalmorũ:
¶Habitatio.
¶.i. deleatur nomen eius de numero xij. apoſtolorum tam in præſenti quam in futuro.
d e † Fiat commoratio eorum deſerta, & non ſit qui habitet in ea. † Et g
a ¶Speculationem, uel ſuper inſpectionem. epiſcopus. n. ſpeculator uel ſuperinſpector. b ¶.i. alius de multis diſcipulis, uel alter ad comparationem Iudæ, uel alter amborum quos ſortes miſſę ſunt.
epiſcopatum eius accipiat alter. h
a ¶Quia prædixit ſpiritus propheticus. b ¶Quaſi non ex alijs qui non uiderũt teſtãda, quia teſtis non eſt idonens qui non interfuit teſtandis. c ¶Non fęminis, quarum ad peragrandum ſexus infirmior eſt, ad prædicandum perſona uerecundior, ad teſtandum auctoritas interior.
Oportet ergo ex his uiris, qui nobiſ- i k
¶Non ex dimidio temporis ſpacio.
cum ſunt congregati in omni tempo-
a ¶Hoc eſt humanitatis, ¶In ingreſſu locorum & exitu ſemper fuit, qui multis ciuitatibus prędicauit, non habẽs vbi caput reclinaret, vel intrauit incipiens a baptiſmo Iohannis, exiuit in die qua aſſumptus eſt. b ¶Nobis præſentibus vel inter homines.
re, quo intrauit & exiuit inter nos
a ¶.i. noſter. ¶Bonus ſeruus & fidelis prius, vt conſueuerat Chriſtum dominum ſuum poſt aſcẽſionem etiam profitetur. b ¶Quia poſt baptiſma Iohannis cępit facere & docere.
Dominus Ieſus, incipiens a baptiſ- l
mate Iohannis uſque in diem, qua
¶Hoc poteſtatis. ¶Quia de reſurrectione dixerat: Et eritis mihi teſtes.
aſſumptus eſt a nobis, teſtem re- m
ſurrectionis eius nobiſcum fieri † u-
a ¶Pro charitate, quæ gemina eſt. ¶Exemplis æqualibus duos pares eſſe cognouerunt, quo cæteris pręferendos eſſe non dubitauerunt, alterum uero pręferre alteri non hominum erat, ſed Dei.
f num ex iſtis. † Et ſtatuerunt duos, n
a ¶Filius quietis. ¶Vel Barnabas. Hoc per anticipationem dicitur, quia nominis cauſa in ſequenti monſtratur.
g Ioſeph, qui uocabatur Barſabas, qui o p
a ¶Tante virtutis fuit vt etiam a Romanis qui eum noſſent iuſtus diſceretur. b ¶Donatus vel donum Dei.
h i cognominat⁹ eſt iuſtus, & Matthiã.

(*† Ibi. ſol;*) (*† vniquique piam*) (*21. dictum eſt*)

Et dede-

## NICOLAVS DE LYRA

¶ *denarios, quibus inique Chriſtum vendiderat, in templo proiecit: ex quibus principes ſacerdotum emerunt agrum pro ſepultura peregrinorum, vt habetur Mat. xxvij. a. Aliqui autem dicunt, ꝙ Iudas fuit ibi ſepultus, & ſic poſſedit agrum illum. Sed hoc non eſt veriſimile, quia principes ſacerdotum erant intenti circa mortem Chriſti procurandam: propter quod non ita cito emerunt agrum illum, nec etiam ager ille emptus ſtatim fuit pro ſepultura diſpoſitus: & ſic videtur fuiſſe tractus temporis intermedius, & ex verbis Matth. xxvij. a. Et proiectis argenteis &c. videtur eadem die ſe ſuſpendiſſe: propter quod expoſitio prima melior videtur.*

a Et ſuſpenſus cr. &c. *vt pœna reſponderet culpæ. Iuſtum enim erat, vt viſcera, quæ tantam proditionem conceperant, enormiter caderent.* G

b Et notum fa. eſt &c. *ſcilicet enorme factum Iudæ.*

c Ita ut appellaretur ager ille *emptus de præcio ſanguinis Chriſti.*

d Lingua eorum. *i. principum ſacerdotum, qui emerunt agrum illum: Mat. xxvij.*

e Acheldemach. *Sciendum uero, quod illæ duæ dictiones agrum ſanguinis in latino ſignantes, non ſunt proprie Hebraicę, ſed magis Syriacæ: tamen lingua Hebraica & Syriaca ſunt valde propinquæ: vt dicit Hierony. in prologo galeato. homines autem notabiliter literati magis vtebantur lingua Syra quam Hebræa. vnde & libri eorum qui ſunt extra Bibliam, pro magna parte ſcripti ſunt in illo idiomate, literis tamen Hebraicis, quod de facili poteſt fieri, quia literę hic & ibi ſunt eiuſdem numeri & ſoni, differentes tantum characteribus, ut dicit Hierony. in prologo galeato.*

f Scriptum eſt. *Allegata ſcriptura Dauid in generali, & interpoſito caſu Iudæ: hic conſequenter ponitur dicta ſcriptura in ſpeciali cum dicitur:* Scriptum eſt enim in libro pſalmorum. *qui dicitur vnus liber, non ab vnitate actoris, quia multi pſalmos fecerunt, vt dictum fuit in principio illius libri, ſed ab vnitate collectoris, quia pſalmi a diuerſis actoribus compoſiti, fuerunt collecti per Eſdram, vt communiter tenetur & in uno volumine repoſiti, vt ibidem fuit plenius declaratum.*

g Fiat commoratio eorum deſerta &c. *hoc ſcribitur Pſal. lxviij. f.* Et epiſcopatum eius accipi. alter. *hoc ſcribitur Pſal. cviij. a. vtcrq; tamen pſalmus intitulatur a Dauid, tanquam ab actore. Coniunxit autem beatus Petrus iſtas duas autoritates ſimul, quia loquuntur de pœna pro morte Chriſti inſlicta. Prima enim loquitur de pœna ſacerdotum mortem Chriſti procurantium, ſicut dictum fuit plenius ſuper Pſal. illum.* H *In pœnam enim mortis Chriſti templum & ciuitas Ieruſalem combuſta fuerunt per Romanos, & ſacerdotes partim interfecti. & partim captiuati. & hoc eſt quod Dauid prædixit:* Fiat commoratio. *i. habitatio:* eorum deſerta & cæ. *Secunda uero loquitur de pœna Iudæ proditoris, qui Chriſtum uendidit principibus ſacerdotum, ſicut ibidem fuit dictum. Iſto enim Iuda per ſuſpenſionem mortuo, Matthias ſucceſſit ei in apoſtolatum, ut patebit infra. Apoſtolatus vero epiſcopatus dicitur, vnde & ipſi ſunt ſucceſſores apoſtolorum, ſecundum quod dicitur in decretis. & hoc eſt quod dicitur.*

h Epiſcopatum eius. *ſcilicet Iudæ.* accipiat alter.

i Oportet ergo. *Allegata ſcriptura ad propoſitum: hic conſequenter Petrus concludit intentum, dicens:* Oportet ergo. *ad reintegrandum numerum apoſtolicum.*

k Ex his uiris, qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore quo intrauit & exiuit inter &cæ. *qui per experientiam nouerunt conuerſationem Ieſu Chriſti & eius opera.*

l Incipiens a baptiſmate Iohannis uſque in diem, qua aſſumptus eſt &c. *Non enim legitur Ieſus docuiſſe publice & miracula feciſſe, niſi poſtquam baptizatus fuit a Iohanne.*

m Teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri & cæ. *& etiam aliorum ad fidem Chriſti pertinentium. reſurrectio tamen exprimitur, quia conuerſatio Chriſti & miracula, quæ fuerunt in palam coram hominibus non ſic indigebant teſtimonio ſicut reſurrectio, quæ manifeſtata tantum apoſtolis & alijs diſcipulis fuit.*

n Et ſta. *Poſita allegatione Petri, hic conſequenter ponitur executio facti. nam alij ſtatim acquieuerũt eius dicto tanquam rationabili. ideo dicitur:* Et ſta. du. *iſtos non diſtinxerunt ab aliis per ſortem, ſed per electionem tanquam magis notabiles in ſcientia & factorum Chriſti experientia.*

o Ioſeph qui uo. &c. *iſte eſt ille, qui infra uocatur Barnabas, ut aliqui dicunt.*

p Qui co. eſt iu. *ex euidentia ſanctitatis, quæ rationabiliter hic exprimitur, ne repulſus ab apoſtolatu tanquã indignus videretur. vnde cum Paulo poſtea ad apoſtolatũ aſſumptus eſt. inf. xiij. ca. vt ſimiliter dicũt pdicti. Sed melius uidetur dicẽdũ, ꝙ fuerit alius, vt plenius dicetur.* (*Cap. 4.*)

¶ Et orantes



A *a Et dederunt ſor.* Beda. Non hoc exemplo, vel quia Ionas ſorte deprehenſus eſt, indiffcrẽter ſortibus eſt credendum, cũ priuilegia ſingulorum ſcđm Hier. cõmunem legem facere non poſſunt. Hier. ſuper Ionã Sub hoc exemplo nõ debemus ſortibus credere, cũ priuilegia cõmunem legẽ non poſſint facere. Sicut eñi in condemnationem Balaam aſina loquit: Caiphas etiam prophetat ignorans, ita & hic fugitiuus ſorte deprehendit, nõ viribus ſortiũ, ſed volũtate ei⁹, q ſorte regit incerta. Beda. Si qs neceſſitate cõpulſus exẽplo apoſtolorum putat dñm ſortibus conſulendum. videat hoc apłos egiſſe, collecto fratrum cœtu, & ad dominum fuſis precibus.

*b Et cecidit.* Beda. Hic ſorte eligitur, ne a lege diſcrepet, in qua ſummus ſacerdo ſorte quęrebat, ſicut de Zacharia dicitur Sorte ſurrexit vt incẽſum poneret. quia quęrendus erat verus ſacerdos, donec veniret ille, qui per proprium ſanguinem intrauit ſancta ſanctorum, cuius hoſtia in Paſcha immolatur: ſed die Pentecoſtes ſpiritu apparente eſt conſummata, donec veniret veritas figuram licuit exerceri. Ideo Matthias ante Petecoſtẽ ordinatur, ſorte quęrit. Septẽ diaconi aũt poſtea non ſorte, ſed diſcipulorum electione, apoſtolorum verò oratione, & manus impoſitione ſunt ordinati.

¶Exemplum orandi ſortientibus datur: quia vt ait Salomon Sortes mittuntur in ſinu: ſed a Domino temperantur.
Et † orantes dixerunt: Tu domine a
¶Quæ latent: qui opera ſola cernimus. a ¶De ſcientia Dei non dubitant, & ideo quærunt eius oſtenſionem, ut quod nouit & ipſi noſcant.
qui corda noſti omnium: oſtende
¶Præteritum ponit, quia iam in præſentia electus erat. a ¶Sciunt alterum eſſe, ſed neſciunt quem.
quẽ elegeris ex his duobus, vnũ ac-
a ¶Vt ſi unus teſtium. b ¶Id eſt ipſum miniſterium & apoſtolatum. c ¶Apoſtolatus.
cipere † locum miniſterij huius, &
a ¶Deiecit ſe impietate ſua.
apoſtolatus, de quo præuaricatus
a ¶Ad hoc ad quod præiudicatus eſt. b ¶Infernum.
† eſt Iudas, ut abiret in locũ ſuum.
a ¶Cadere deſurſum dicitur: quia ſors a Deo temperata eſt.
a b Et dederunt ſortes eis. † Et cecidit b
¶Vt duodecim apoſtolorum perfecto numero perfectus daretur ſpiritus. Ecce luna poſt decrementum recepit augmentum.
ſors ſuper Matthiam, & annumeratus eſt cum undecim apoſtolis.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et orantes dixe. *Licet enim iſtos elegiſſent, vt notabiliores alijs, vt dictum eſt, tamen ignorabant quis eorum eſſet dignior ad apoſtolatum. propter quod ſuper hoc implorauerunt diuinum iudicium per temperationem ſortium, ſecundum ꝙ dicitur Prou. xvi. d. Sortes mittuntur in ſinum, ſed à domino temperantur.*

b Et dederunt ſortes. *Et patet ꝙ iſte Ioſeph fuit cognatus Chriſti, vt dicetur infrà. Et ſibi præpoſuit Matthiam, per hoc oſtendens, ꝙ ad officia eccleſiaſtica non ſunt homines ex conſanguinitate promouendi. Ad maiorem huius autoritatis intelligentiam quæritur hic, vtrum vti ſortibus ſit licitum? Ad quod dicendum, quod vti ſortibus eſt ex vario euentu ſeu diſpoſitione alicuius rei ſenſibilis propoſitæ determinare aliquod* B *dubium vel incertum, ſicut ex feſtucis propoſitis per hoc quod aliquis accipit breuiorem vel longiorem, ſeu in proiectione taxillorum, ex hoc ꝙ aliquis proycit plura puncta vel pauca, vel ex conſimilibus aliquod dubium inter homines determinatur. Et ſi hoc fiat ad alicuius rei diuiſionem inter homines, vt per hoc determinetur quis quam ptẽ accipiat, vocatur ſors diuiſoria. Si autem hoc fiat ad aliquid determinate agendum, vocatur ſors conſultoria. Igitur ſi diſpoſitio vel euentus ſortium expectetur a fortuna tantum, nullum vitium eſt ſi mittantur ſortes ad determinandum inter homines, quis quam partem accipiat alicuius rei: & hoc ex communi conſenſu cõmutitur fortunæ. cauſa tamen motiua poteſt eſſe peccatum, vt ſi propter cupiditatem propriam vel aliquod vitium nõ poſſint cõcorditer alio mõ diuidere. Si autem diſpoſitio ſortiũ uel euentus nõ expectetur ſolum a fortuna, ſed ab alia cã, hoc eſt dupliciter. Vno modo a cã corporali, ut a diſpoſitione ſtellarũ, & ſic cum actus ſtellarũ ad hoc ſe nõ extendat, ſuperſtitioſum eſt & illicitum, & non caret occulto pacto dęmonum. Alio modo, quia expectatur euentus & diſpoſitio ſortium a cauſa ſpũali dirigente. & hoc eſt dupliciter. Vno modo a dæmone & hoc eſt illicitum: quia includit familiaritatem & pactum cũ dęmonibus. Alio mõ a Deo expectatur immediate, vel mediantibus angelis ſanctis. & hoc non eſt illicitum ſecundum ſe, ſi fiat cum reuerentia debita. vnde dicitur Prou. xvi. d. Sortes mittuntur in ſinum, ſed a domino temperantur. Poteſt tamen in hoc peccatum quadrupliciter incidi. Primo, ſi abſq; vlla neceſſitate ad ſortes recurratur, hoc enim videtur ad Dei tentationem pertinere. vnde dic. Amb. ſuper Lucã: Qui ſorte eligitur humano iudicio non cõprehenditur. Scđo, ſi quis etiam in neceſſitate abſq; reuerentia debita ſortibus vtatur. unde ſuper Actus apoſtolorum dicit Beda: Si qui aliqua neceſſitate compulſi Deum putant ſortibus apoſtolorũ exemplo eſſe conſulendum, videant hoc ipſos non niſi collecto fratrum cœtu & præcibus ad Deum fuſis egiſſe. Tertio, ſi diuina oracula ad terrena negocia conuertantur. Vnde dicit Aug. ad inquiſitiones Ianuarij: His qui de paginis euangelicis ſortes legunt, & ſi optandum ſit, quod hoc faciant potius, quàm ad dæmonia conſulenda concurrant: tamen mihi diſplicet iſta conſuetudo ad negocia ſecularia & ad uitæ huius vanitatem diuina oracula velle conuertere. Quarto ſi in electionibus eccleſiaſticis, quæ ex ſpiritusſancti inſpiratione fieri debent, aliqui utantur ſortibus. Vnde dicit Beda ſuper Actus apoſtolorum: Matthias ante pentecoſten ordinandus ſorte quæritur, quia nondum erat ſanctiſpiritus plenitudo in eccleſia Dei diffuſa. ſeptem autem diaconi poſtea non ſorte, ſed electione diſcipulorum ordinati ſunt. Propter hoc prohibetur rationabiliter talis electio. extra de ſortilegijs. c. vlti. Non tamen peccauerunt apoſtoli* C *eligẽdo Matthiam per ſortes, quia non erat prohibitum: & quia fecerunt hoc familiari conſilio ſpiritusſancti, quod non eſt trahendum ad conſequentiam: maxime quia homines non ſic vſi fuiſſent præmittendo orationem deuotam: ſic enim licitum erat ante prohibitionem, vt dictum eſt. Secus autem eſt in temporalibus, quæ ordinantur ad terrena diſponenda: & ideo in electione illorum poſſunt homines uti ſortibus, ſicut in diuiſione rerum temporalium, ut prædictum eſt. Si uero neceſſitas aliqua alia ab electione dignitatis eccleſiaſticæ immineat, licitum eſt cum debita reuerentia ſortibus diuinum auxilium implorare. unde dicit Aug. in epiſtola ad Honoratum. Si inter Dei miniſtros ſit diſcepatio, qui eorum tempore perſecutionis maneant, ne fuga omnium, & qui eorum fugiant, ne morte omnium deſeratur eccleſia: ſi hæc diſcepatio aliter non poterit terminari, quantum mihi uidetur, qui maneant & qui fugiant ſorte eligendi ſunt. & hoc modo uſi ſunt ſortibus uiri ſancti, qui in ueteri & nouo Teſtamento uſi fuiſſe ſortibus leguntur. ſicut Ioſue iudicio ſortium puniuit Acham. Et Saul in oratione deprehendit Ionatham filium ſuum mel comediſſe. Et Zacharias ſorte exijt ut incenſum poneret. Et ſic patet reſponſio ad quæſtionem.*

(*Lib. epi. epi. 180. prope fi. to. 2.*) (*Ioſue. 7. † 21. diſ. c. 1. in princ. 16. q. 2. §. 1. & c. non ſtatim. cap. non exemplo. 1. Reg. 14. g Luc. 1.*)

## MORALITER.

✻ *c Et annumeratus eſt cum unde.* Et ſic fuerunt duodecim apoſtoli in pluribus locis ſacræ ſcripturæ figurati. ſcilicet in xij. patriarchis, in. xii. fontibus in Elim repertis, in. xii. panibus propoſitionis, in. xii. lapidibus rationalis, in. xii. lapidibus altaris, in. xii. lapidibus de Iordane eleuatis, & in alijs. xii. in Iordane poſitis, & in. xii. exploratoribus terræ promiſſionis, & in. xii. bobus æneum mare ſubſtentantibus & in duodecim prophetis, & in. xii. lapidibus coronæ ſponſæ, & in xii portis ciuitatis, & in xii. fructibus ligni vitæ. (*xij. apoſtolorum figuræ*)

In ca. 1. vbi dicitur in Poſtil. Sed ſaluo meliori iudicio mihi videtur melius diſtinguendum: quia Chriſtus poteſt dupliciter conſiderari.

## ADDITIO.

Cum doctores dicunt, ꝙ omnia argumenta Chriſti ſimul ſumpta ſunt efficacia ad manifeſtandum veritatem dominicæ reſurrectionis, intelligendum eſt cum teſtimonio ſacrarum ſcripturarum & angelorum reuelatione, prout in tertia parte, q. vl. art. vi. in corpore quæſtionis: Non enim alia ſigna per eum oſtenſa ſine huiuſmodi teſtimoniis videntur ſuffeciſſe ad certitudinem fidei inducendam. Et hoc patet. nam licet corpus palpabile Chriſtus præbuit ad ſenſum, & in humana effigie ab aliis diſtinguibili, & D cum ſimilib. omnino cicatricib. manuum & pedum: quia tamen ſimilia corpora virtute angelica formari poſſunt, ideo talia in corpore Chriſti oſtenſa non ſufficiunt ad certitudinem fidei inducendam abſque teſtimoniis prædictis. Similiter ea, quæ fuerunt ex parte animæ iterato corpore vnitæ talem certitudinem non inducunt, ſicut apparens manducatio & collocutio, & declaratio ſcripturarum, & huiuſmodi. Similia enim prædictorum angeli hominibus apparentes fecerunt, ut patet Gen. xix. & Exo. xiiii. & in aliis locis. unde nec prædicta omnia, quæ ſenſibiliter apparebant, videntur ſuffeciſſe, niſi propter ſcripturæ teſtimonium & angelorum dicta recte intellecta & applicata ad ea, quæ ſenſui apparebant. Et ideo de Chriſto cum diſcipulis præſentialiter exiſtente & eis colloquente, legitur Luc. vltimo. Aperuit eis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas. Et ibidem, O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt prophetæ &c. Non enim dixit: O ſtulti & tardi corde ad credendum ea, quæ palpantur ſeu ſentiuntur, & huiuſmodi, ſed ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt prophetæ. Ex quo patet, quòd ſufficientia argumentorum reſurrectionis dominicæ præcipue conſiſtebat in autoritate ſcripturarum bene intellectarum, & ad ea, quæ ſenſui appparebant, applicatarum. Conſtat autem, quod ueritas non percipitur perfecte, niſi ex autoritate ſacrarum ſcripturarum: & talia non cauſant certitudinem euidentiæ, ſed fidei tantum: & ſic patet, quòd loquendo de Chriſto etiam inquantum homo, argumenta prædicta non fecerunt certitudinem euidentiæ de reſurrectione humanæ naturæ: quia ſicut dictum eſt, talia non erant euidentia etiam ſenſibus bene diſpoſitis, niſi mediante ſacrarum ſcripturarum autoritate modo prædicto, cuius autoritatis certitudo non tranſcendit certitudinem fidei, quæ tamen certitudo ſufficit in propoſito, & eſt magis meritoria quàm certitudo euidentiæ.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

## GLOS. ORDINA. CAP. II.

E T cũ cõ.dies pẽ. Beda iuxta hiſtoriã dies pentecoſtes a qnquageſimus cõputabaẽ, quo lex data erat ab occiſione agni: hic aũt nõ a dñi cęna vel die qua crucifixus eſt, ſed ab eius reſurrectione ſm Aug. qnquageſimus cũ ſpũs miſſus eſt cõputatẽ q diẽ dñicũ ſuo aduẽtu cõſecrauit, & eodẽ die paſca celebrandũ eſſe mõſtrauit. Die ſolẽni ſpũs venit vt tãta virtus hẽet multos, q approbarent, & varias linguas cognoſcerẽt. Iõ autẽ qnquageſimo, qa indulgẽtia fiebat in iubileo, & p ſpm pctã remittunẽ, charitas diffundiẽ, q̃ operit multitudinẽ pctõrũ. In ſpũali iubileo rei ſoluunẽ, debita dimittunẽ, exules in patriã reuertunẽ, hæreditas amiſſa reddiẽ, ſerui .i. hoies pctõ venũdati a iugo ſeruitutis liberanẽ. Rab. Pentecoſtes Gręce, Latine qnquaginta. Et antiquus pp̃s pẽtecoſtẽ .i. qnquageſimũ diẽ obſeruabat. A die n. imolationis agni, per quẽ egreſſi ſunt filij Iſrael de Aegypto, qnquageſimo die data eſt lex in igne. In nouo ẽt Teſta. qnquageſimo die a paſcha Chriſti deſcẽdit ſpiritus in Apoſtolos in igne apparens. Lex in mõte Sina, ſpũs in mõte Sion. Lex in ſublimi montis loco, ſpũs daẽ in cœnaculo. Sicut quadraginta dies, qbus poſt reſurrectionẽ cũ diſcipulis conuerſatus eſt, p̃ſentem eccleſiã deſignãt, ita qnquageſimus, quo ſpũs daẽ, denariũ æternæ remunerationis exprimit. Quinquaginta ſexies ſeptẽ & octo habent: & ſeptẽ ad vetus Teſtamentum, qa ſeptima die reqeuit Deus ab operibus ſuis, & ſeptima die ſabbathi reqes eſt cõſtituta, & ſeptẽ diebus Iſrael faciebat azyma. Octo ad nouũ, qa Chriſtus octauo die reſurrexit: vel qa nouæ legis p̃cepta in octo btitudinibus data ſunt,
F vel qa in octaua die reſurrectio futura ſperaẽ. Spũs ergo ſanctus duarum legum docens completionem, quinquageſima die deſcendit, qui numerus ex ſeptem & octo conſtat.

*Spirituſſanctus quarta die quinquageſimo uenit* — *† compleretur.* — *1. Pet. 4. b* — *Gen. 2. a*

*b In eo.lo.* Cęnaculo .ſ. qđ aſcenderãt. qui n. ſpm̃ deſiderat, carnis domicilium mentis contemplatione tranſcendens, calcat.
*c De cæ.* Datur ſpiritus, vt diligatur Deus. in terra datur, vt diligatur proximus. bis enim poſt reſurrectionem eſt datus, ad duo præcepta charitatis commendanda.
*d Sonus re. fa.* põt dici locutio linguarũ de ore Apl̃orũ ſonãs.
*e Spiri.* Rab. Ante paſſionem datus eſt apoſtolis ſpus ad g̃ram doctrinæ & ſanitatum, poſt reſurrectionem inſufflauit Ieſus ſpm̃, & ait: Accipite ſpm̃ ſanctũ, quorum remiſeritis p̃ctã, remittuntur eis &c. Quod donum ſoli Petro prius dederat: ſed ut creditur tunc per anticipationem, nũc cum cæteris p completionẽ ẽt Petro tribuiẽ: & ptãs data eſt dimittẽdi illi, quos ad officiũ dimittebat p̃dicationis. In pẽtecoſte de cęlo miſſus eſt ſpũs, vt q in ꝓximo debebant diuidi, acciperẽt linguarum noticiã, ne ꝑ mũdũ euntes interpretibus indigerent. Et qa Deus ſimplex eſt natura, ſemel de cęlo daẽ ſpũs, pp hoies uero, qui duplici conſtãt ſubſtantia, corpe .ſ. & aĩa, dupliciter eſt diligẽdus. In terra bis daẽ, prius in efficacia ſignorũ ad ſanitates corporũ, poſtea indulgẽtia peccatorum ad remedia animarum.
*f Vehe.* Comparatione p̃cedentium vehemens dr̃ gratia Apoſtolorum, vel in ſimilitudinem venti vehementis ſpũs venit.
*g To.do.* In vna domo ſedentibus infunditur ſpũs, ut eccleſię vnitas cõmendeẽ, in cœnaculo tertia lege incipiente. Bed. In datione legis plebs longe ſtabat præ timore: hic ueniente ſpiritu congregati erant in vnum ex amore.
*h Sedẽ.* Vt compleaẽ qđ dictum erat eis: Sedete hic in ciuitate. Seſſio eſt indicium humilitatis & ſtabilitatis: quibus p̃paratur ſedes ſpũiſctõ, qui ſup humiles requieſcit. Greg. In igne apparuit ſpũs, ſed ꝑ ſeipſum loquebaẽ interius, & neq; ignis Deus, neq; ille ſonus fuit: ſed ꝑ hoc qđ exterius exhibuit qđ intus gerebat, expreſſit. Qui n. diſcipulos zelo ſuccenſos & uerbo eruditos intus reddit, foras linguas igneas oſtendit. In ſignificatione ergo ignem cum ſonitu ſenſerũt corpora. Igne vero viſibili & uoce ſine ſonitu docta ſunt corda.
*i Et ap.il.* Bed. Spũs in igne & linguis apparuit, quia oẽs, quos replet, ardere & loqui facit: ardentes ex ſe, loquentes de ſe. oſtenſum eſt ẽt, ꝙ vbiq; eccleſia dilatata omnium gentiũ erat locutura voce. Greg. Spũſſanctus ſuper diſcipulos in igneis linguis apparuit, & eis omnium linguarum ſcientiam dedit, deſignans,

*Vbi ſup.* — *Luc. ult. g* — *Hom. in euãge. hom. 30. tom. 2.* — *Vbi ſup.* — *Vbi ſup.*

G deſignans, quia eccleſia ſpũſancto repleta oĩbus linguis erat locutura. hic ergo humilitas meruit virtutem, ſuperbia incurrere confuſionẽ. Spirituſſanctus in igne monſtratur, qa Deus noſter ignis conſumens eſt: & per eum rubigo peccati conſumitur, & frigus corporis expellitur. Linguas igneas doctores habent, quia prædicãdo corda auditorum inflammant, & ipſi æmulatione ardent, quos ſpiritus feruor accendit & per pœnitentiam punit.
*k Diſ.* Rab. Diſperſio linguarũ eſt facta in turre, ſed ꝙ diſperſit ſuperbia, recolligit humilitas: in ſuperbia diſperſio, in humilitate fit concordia. Ecce completur ſententia domini, quæ ait: Non uos relinquã orphanos, ſed mittam ſpiritum paracletum, qui eorum aduocatus pro eis, omnibus linguis locutus eſt. Linguas attulit, qui pro uerbo uenit. cognationem enim habet lingua cum uerbo, ut ab inuicem nõ poſſint ſeparari. Sic uerbum patris .i. filius, & ſpirituſſanctus inſeparabiles ſunt, imo & vnius naturæ.
*l Tanquam ig.* Idem in igne ſpiritus venit, quia peccatores ſpiritus purgat, illuminat, accendit, vrit. Ignis enim quatuor habet naturas, vrit, purgat, calefacit, illuminat. Similiter ſpiritus exurit peccata, purgat corda, torporem excutit, ignorãtes illuſtrat. Ignis etiam incorporeus & inuiſibilis eſt in ſua natura, ſed aſſumpto aliquo corpore uidetur, diuerſi coloris apparens propter materias, in quibus ardet. Sic ſpiritus uideri non poterit niſi per creaturas, in quibus operatur.

*Deu. 4. d* — *† tunc iuncter* — *Ioan. 14.* — *Ignis natura quadruplex.* — *† diuiſę ſectæ*

*Et cœperunt*

## CAP. II.

E T cum † compleren
¶ Genitiuus.
tur dies pẽtecoſtes,
a Nullus abſceus erat, vel quia numerus duodecim completus erat. b ¶ Vnum cor & animam habentes.
erãt omnes † pariter
a ¶ Non in diuerſis corporaliter.
in eõdem loco. Et factus eſt re-
a ¶ Neſcit tarda molimina ſpirituſſancti gratia ſecundum illud. Fluminis impe. le. ci. Dei. b ¶ Vt ſignaret ſpiritum cæleſtem eſſe: c ¶ Cum ſono uenit qui ſonos venerat docere. d ¶ Similitudo eſt uel confirmatio.
pẽte de cęlo ſonus, tãquam ad-
a ¶ Non tamen aliquem terruit ſicut in lege.
uenientis ſpiritus uehẽmentis, &
a ¶ Vel ſonus vehemens domum, vel ſpiritus habitatores eius repleuit. diues enim eſt ſpiritus domini.
repleuit totam domum, ubi erant
a ¶ In cænaculo excelſo perfectionem ſignificante.
b ¶ Exterius igneo colore, interius ſpirituali inſpiratione.
ſedẽntes. Et appãruerunt illis † diſ-
a Diuerſę erant linguę in ſpecie ignis. ¶ Genitiuus poteſt eſſe. b ¶ Stabilibus ſtabilis iudex iudicibus nullo ab eis diſcrimine effugandus. quod ſedet regia poteſtas eſt, vel quia requieſcit in ſanctis.
pertitæ linguæ, tanquam ignis: ſe-
a ¶ Quia ſuperior erat. b ¶ In ſingulis totus, nec in multis diuerſus aut diuiſus.
ditque ſuprã ſingulõs eorum. Et
a ¶ Vt alterum non recipiant ſpiritum, quia plena non recipiunt augmentum.
repleti ſunt omnes ſpirituſancto,

## NIC. DE LYRA. CAP. II.

E T cũ cõ. di. pe. *Præmiſſa promiſſione & expectatione debita ſpirituſſancti, hic conſequenter ponitur adimpletio promiſſi. Et diuiditur in duas partes: quia primo deſcribitur hæc adimpletio. Secundo adimpletionis admiratio ibi: Erant autem. Circa primum notatur impletionis tempus cum dicitur.*
a Et cum compleren. dies pente. *i. quinquagintadies: a penta quod eſt quinque: & coſte quod eſt decem: quinquageſima namque dies a paſcate celebris erat apud Iudæos in memoriam beneficij datę legis, quæ fuit data in monte Sinai, quinquageſima die a principio egreſſionis de Aegypto. Et conuenienter illa die infuſum fuit Apoſtolis ſpirituſſancti donum, per quod lex euangelica impreſſa fuit & firmiter radicata in cordibus eorum.*
b Erant om. pa. in eo. lo. *Pariter, corpore & animo.*
c Et fa. eſt re. de cæ. ſo. tan. ad. ſpi. ue. *i. venti vel tonitrui, non tamen Apoſtoli & alij cum eis exiſtentes fuerunt territi. Deo hoc faciente in ſignum quòd dabatur eis ſpirituſſanctus, qui eſt conſolator cordium.*
d Et reple. to. do. *Inſolita claritate.*
e Vbi erant ſe. *i. manentes, eo modo, quo dicitur Deut. 1. g. Et ſedi. in Cadeſbar. multo t pe. i. mãſiſtis, Apoſtoli. n. tunc erãt in oratione, vt probabiliter creditur ex præcedẽtibus, vbi dicitur, ꝙ erant perſeuerãtes in oratione: quæ nõ fit communiter ſedendo, ſed magis flectendo genua, vel ſtando.*
f Et appa. illis. *Viſibiliter oculis corporalibus.*
g Diſper. linguæ tanquam ignis, ſeditq; ſu. ſin. &c. *Ad ſignandum ſigno uiſibili exterius inuiſibilem gratiam ſpirituſſancti receptam interius, per quam eſſent feruidi in amore Dei: & loquentes in omnibus linguis ad publicationem euangelij. Ideo ſubditur.*

H *Diuiſio* — *Exo. 19.*

¶ Et cœperunt

### MORALITER.

✻ *a Et cum complerentur dies pentecoſtes.* Illi, quibus tunc datus fuit ſpirituſſanctus, erant ſimul habitantes & Deum orantes, & in his perſeuerãtes, ut patet ex textu. Per quod patet ꝙ illi, qui ſimul iuncti ſunt charitate, & orant Deum deuote & perſeuerant in hac occupatione, donum ſpirituſſancti recipiunt abunde, & ſic loquuntur varijs linguis in oratione & prædicatione. Nam in orando ſm doctrinam Apoſtoli, Deo faciunt aliquando orationes, aliquando poſtulationes, aliquando obſecrationes, petendo aliquid per rem ſactam, vt cum dicitur: Per crucem & paſſionem tuam libera nos: vel huiuſmodi. Aliquando gratiarum actiones pro beneficijs a Deo receptis. Similiter in prædicatione loquuntur variæ: quia ſicut dixit Greg. in paſtora. ſecundum qualitatem audientium formandus eſt ſermo doctorum. Aliter enim admonendi ſunt ſeculares, aliter religioſi, & inter ſeculares aliter admonendi ſunt clerici. & inter laicos aliter milites, aliter mercatores, aliter rurales, & ſic ſecundum alios ſtatus diuerſos.

*1. Tim.* — *parte 3. c. 1.*

✻ *Stupebant*



A *a Et cæp.* Ecce ſignum plenitudinis. plenum vas erumpit: Ignis in ſinu non poteſt occultari
*b Varijs lin.* Bed. Quia linguis omnibus loquebantur, vel ſua .i. Hebrea lingua loquentes ab omnibus intelligebantur, ac ſi proprijs ſingulorum loquerentur. Idem. In Grĉco: alijs ſm illud prophetæ: In alijs linguis & labijs alijs loquar populo huic &c.
*c Prout ſpi. ſan.* Bed. Spiritus diuidens ſingulis ꝓut vult, vbi uult, qũo vult, qñ vult, quibus vult, quãtum vult ſpirat. Bed. Potuerunt Apl̃i in ſpirituſancto linguas oĩm intellligere, & loqui, & eorum ẽt verba maiore miraculo quacunq; eſſent lingua edita ab omnibus audiẽtibus ęque intelligi. Bed. Varietas linguarum dona ſignificat gratiarum. Ideo primum linguas hominibus dedit ſpiritus, quibus humana ſapientia extra docetur & diſcitur ut oſtenderet, quòd facile ſapientes efficit ſapientia Dei.
*d Ex omni na.* Rab. Aciſi diceretur vbicunq; nati. Iudæos autẽ in omnibus gentibus naſci captiuitas fecit, quæ ſub Antiocho facta eſt non multis temporibus ante.
*e Confuſa eſt.* Confuſio iſta confuſioni linguarum opponitur a qua Babel vocabulum ſortita eſt. Sic humilitas Apoſtolorum humanæ ſuperbiæ reſpondet.
*f Vnuſquiſ. ling.* Rab. Linguæ omnes dñr eſſe ſeptuagintaduæ. vñ & diſcipuli ſecundi ordinis ſub hoc numero ſunt electi, ut numerus prædicatorum concordaret numero linguarũ.
*g Audiuimus vnuſ.* In hoc ſignificabaẽ vnã eccleſiam omnium gentium linguis locuturam. Beda. Quæritur vtrũ
B hi qui loquebanẽ, diuerſis vnuſcuiuſque linguæ ſermonibus vterentur .i. vt vnuſquiſq; eorum nunc hac, nunc alia lingua loquẽs, ſic per omnes curreret: an ita potius, ꝙ ſermo eorũ qualibet lingua pronunciatus vnicuique audienti ſm linguam ſuam intelligeret, ita ut uno apoſtolorum in eccleſia docente alijs docentibus, ſermo unus ad auditum omnium perueniret, habens in ſe hanc vim, vt cum diuerſarum gentium auditores eſſent, vnuſquiſq; ſecundum linguam ſuam vnius ſermonis ab apoſtolo prolati ſuſciperet auditum, & caperet intellectum.
*h Iudæam.* Bed. Iudeam non totã gentem, ſed partem illius .i. tribum Iuda & Beniamin ſignificat: ad diſtinctionem .ſ. Samarię, Galileæ, Decapoleos & aliarum in ea prouincia regionum: quæ omnes, licet Hebræa lingua loquantur, tamen ſingulæ domeſticam dicendi ſpeciem habent diſtinctam.
*i Cappadociam, Pontum & Aſiam, Phrygiam &c.* Beda. Iſtę quinque prouinciæ, quæ poſt Iudæam ponuntur, Grecę quidem loquuntur: ſed ex patria conſuetudine eſt in ſono diuerſitas. Vnde mira in Apoſtolis gratia, quæ non ſolum diuerſitatem eos docuit, ſed etiam diſtantiã proprietatum in vnaquaque linguarum iuxta numerum prouinciarum in eorum loquela fecit.
*k Aduenæ Romani.* Beda. In Græco peregrinantes Romani .i. Iudæi, qui peregrinam vitam Romæ gerebant.
*l Proſelyti.* Beda. Aduenæ ſic vocabantur illi, qui de gentibus nati circuncisionem & Iudaiſmum ſuſceperant. Non ergo ſolum, qui natura Iudęi erant ex diuerſo orbe conuenerant, ſed hi etiam, qui de præputio nati adhæſerant eorum ritui.
*m Muſto pleni ſunt.* Beda. Quamuis irridebant, Myſtice tñ verũ dicebant, quia non vino veteri quod in nuptijs eccleſiæ defecit, ſed muſto gratiæ ſpiritualis erant impleti. iam enim vinũ nouum in vtres nouos venerat, cum Apoſtoli non in literæ

*Joël. 2. f* — *1. Cor. 12. b* — *Eſa. 28. d* — *† Ille* — *Vbi ſup.* — *Idem.* — *1. Mach. 1* — *Linguarum numerus* — *Vbi ſup.* — *Vbi ſup.* — *† magnifica* — *Vbi ſup.* — *Vbi ſup.* — *Idem.* — *Eadem. Myſtice Mat. 9. b*

vetuſtate,

¶Hoc ad vnam vel ad plures referendum eſt.
& cœperunt loqui † uarijs linguis
¶ Par erat linguarum alueus.
prout † ſpirituſſanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Ieruſalem
a ¶ Id eſt urbis habitatores. ¶ Ad diem feſtum collecti.
hãbitantes Iudæi viri religioſi ex omni natione, quę ſub cœlo eſt. Facta
a ¶ Id eſt repentino tonitru, vel qua cœperunt apoſtoli loqui.
autem hac uõce conuenit multitudo & mente confuſa eſt, quoniã audiebat vnuſquiſque lingua ſua illos
¶ Corde.
loquentes. Stupebãt autem omnes,
¶ Facie.
& mirabantur adinuicem dicentes: Nõne ecce omnes iſti, qui loquũtur
a ¶ Sermone Galilęi ſunt hebetes, diſtantes ab Hebręis.
Gãlilæi ſunt? Et quomodo nos † audiuimus vnuſquiſque linguam no-
¶ Proprium, ſcilicet
a ¶ Perfecte diuidentes, vel perfectio diuidentium.
ſtram in qua nati ſumus: Pãrthi, &
a ¶ Adęquati vel menſuratores. b ¶ Iidem qui & Perſæ.
Mẽdi, & Aelãmitę, & qui habitant
a ¶ Meſopotamia interpretatur ambitus, quia duobus ambitur fluminibus Tygri & Euphrate. b ¶ Confeſſio vel glorificatio. c ¶ Manus tortoris vel exploratoris? vel manus Domino redimens
Mẽſopotamiam, Iudęãm & Cãpa-
a ¶ Inclinans vel inclinatio. b ¶ Minorem.
dociam, Põnthum & Aſiãm, Phry-
a ¶ Suſtollens Dominum: vel plaſmatio Domini: vel gradiens vel eleuans ſeu offerens vel elatio. b ¶ Conuerſio a ruina, vel diuiſio cadentium. c ¶ Tenebrę, anguſtia vel tribulatio.
giãm, & Phãmphiliam, Aegyptũm
a ¶ Veniens, vel introiens. b ¶ Hęreditas uel hęreditatio.
& partes Lybiãæ, quæ eſt circa Cyrẽ-
a ¶ De tribu Iuda.
nem, & aduenæ Romani. Iudęi quo
a ¶ Vocati, vel conſummati vocatione. b ¶ Humiles uel occidentales, callidi vel inſidiatores.
que & Proſelyti, Crẽtes & Arãbes audiuimus eos loquẽtes noſtris linguis † magnalia Dei. Stupebant au-
¶ Religioſi.
tem oẽs & mirabãtur, adinuicẽ dicẽ-
a ¶ Diſtantes a religioſis.
tes: Quid nã hoc vult eſſe? ãlij autem
¶ Manifeſtus error. non enim multarum locutionum, ſed vnius linguę eloquentiam facit.
irridebant, dicentes: Quia muſto
a ¶ In propoſito boni. b ¶ Loquitur quaſi paſtor pro ouibus.
pleni ſunt. Stãns autem Pẽtrus cum
a ¶ Altitudine, vel qualitate ſua in id ſibi apta. ¶ Vt muſto repletus.
undecim eleuauit uõcem ſuam & lo

C ¶ a Et cęperunt loqui ua. lin. *Secundum quod dicit hic glo. Apoſtoli non ſolum loquebantur & intelligebant omnia idiomata, ſed ipſis loquentibus in vno idiomate quodcunque eſſet illud, omnes audientes quantumcunque eſſent diuerſorum idiomatum, intelligebant quilibet idioma proprium virtute diuina hoc faciente. Sicut enim per rebellionem ad Deum diuiſæ ſunt linguæ, ita per infuſionem ſpirituſſancti ſunt vnitę.*
b Erant autem. *Hic conſequenter ponitur ſequens huius dicti admiratio, quia non fuerat viſum ſimile vel auditum. Ideo dicitur:* Erant autem in Ieruſalem habitantes Iudæi uiri religioſi. *i. in cultu diuino deuoti.*
c Ex omni natione &c. *Qui conuenerant in Ieruſalem ratione feſti. Iudæi enim captiuati per Salmanaſar regem Aſſyriorum non redierunt in Iudæam, ſicut dictum fuit Hoſee. 1. Similiter captiuati per regem Chaldæorum non redierunt omnes, quamuis haberent licentiam redeundi, ſed remanſerunt multi amore filiorum, quos ibi genuerunt: & poſſeſſionum quaſi ibi acquiſierant detenti, ſicut dictum fuit 1. Eſdræ. Similiter multi captiuati per Antiochum regem Græcorum, & diuerſis Gentibus venditi remanſerant. Veruntamen aliqui eorum magis deuoti propter reuerentiam templi veniebant aliquando in Ieruſalem: maxime in ſolemnitatibus magnis, quarum vna erat pentecoſtes.*
d Facta autem hac. *ſpiritus vehementis vel apoſtolorum & aliorum cum eis exiſtentium, Deum voce magna laudantium, qui prius timore ducti non audebant loqui.*
e Conuenit mul. *i. ſtupefacta & admirata. Et ſubditur cauſa, cum dicitur.*
f Quoniam audiebat. *quia tale miraculum nunquam fuerat uiſum vel auditum. Et patet litera, in qua nominantur habitatores diuerſarum regionum, in quibus ſunt diuiſa idiomata totaliter, ſicut in Iudæa & Roma & pluribus alijs. vel in parte, ſicut lingua Picardica & Gallica diſtinguntur: & ſic erat in Meſopotamia, quæ eſt pars Syrię, & Iudæa, quarum linguę ſunt propinquę, ut eſt ſupra dictum.*
h Iudæi quoque. *ideſt illi de tribu Iuda.*
i Et proſelyti. *ideſt conuerſi de Gentilitate ad Iudaiſmum.*
k Alii autem irridebant. *credentes eos ebrioſos eſſe.*
l Stans autem. *Poſita confirmatione apoſtolorum per donum ſpirituſſancti, hic conſequenter ponitur per eos publicatio euangelij. Licet autem per omnes apoſtolos publicatum fuerit euangelium in diuerſis partibus mundi, Lucas tamen proſequitur tãtum prædicationem Petri & Pauli: Tum quia iſti duo fuerũt inter alios præcipui: Tum quia facta iſtorum vidit, & maxime Pauli, cuius fuit indiuiduus comes ſicut dicit Hiero. et ſic reſiduũ huius libri in duas partes diuiditur, quia primo deſcribitur prædicatio Petri. Et ſecundo Pauli. ca. xiij. Prima in duas: quia primo ponitur prædicatio Petri facta Iudæis. Secundo Gentilibus, cap. x. Prima adhuc in duas. In partem principalem, & incidentalem, quæ incipit ca. vi. Prima adhuc in duas, quia primo ponitur prædicatio Petri, verbo. Secundo, facto adiuncto miraculo, ſequen. cap. Prima in duas: quia primò Petrus remouet æſtimationem falſam. Secundo declarat veritatem. ibi: Sed hoc eſt. Circa primum dicitur:* Stans Petrus. *conſtanter & intrepide.*
m Cum vndecim, *apoſtolis*, eleuauit uocem ſu. *vt loqueretur magis autentice.*

D *Gen. 11.* — *† alii* — *† audiuimus eos ꝓpria quiſq; lingua.* — *Diuiſio Lib. Illu. mi re.*

¶ Viri Iudæi

### MORALITER.

✻ *g Stupebant autem omnes & &c.* Per hoc autẽ, quod maligni illam varietatem linguarum imputabant ebrietati, boni vero gratiæ ſpirituſſancti, ſignificatur, quod homines peruerſi orationum & prædicationum varietates & exercitium, reputant fatuitates: illi vero, qui ſunt deuoti, reputant beneficia Dei.

✻ *Et oppoſita*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

☞ vetuſtate, ſed in nouitate ſpiritus Dei magnalia reſonarent.
E a *Viri Iudæi.* i. duæ cauſę ſunt prudentiæ, quòd Iudæi, & quòd habitant Ieruſalem, quam decet ſobrietas.
In actu Apo.c.2.10.5 b *Hora diei ter.* Beda. Spiritusſanctus gloriā trinitatis mundo prædicaturus, tertia hora conueniēter deſcēdit, qa ſupra dictum eſt: Erant in oratione pſeuerantes. Recte ſpūs hora orationis pcipiūt vt oſtendaẗ, qa grā ſpūs nō pcipit niſi mens a carnis intentione ſubleuetur. Dan. 6.a Tribus horis Daniel flexo genu adorabat, tertia, ſexta, nona. Et quia Dñs tertia hora miſit ſpiritū, ſexta aſcendit crucē, nona animā poſuit, eaſdem horas excellentius cæteris nobis intimare & ſanctificare dignatus eſt.
c *Effundam.* Hoc verbo largitatē muneris oſtēdit, quia nō vt olim prophetis & ſacerdotibus tantum, ſed omnibus paſſim in vtroque ſexu perſonis ſpiritus erat dandus.
d *De ſpi.* Rab. Ad diuerſa dona reſpicit, non ad minutionem ſubſtantiæ.
e *Super om. car.* Quæ ſit oīs caro cōſequenter exponit, ibi: Et prophetabūt filij &c. Rab. Sup oēm carnē maſculi & fœminę, vel circunciſi & æthnici, ſm illud: Gal.3.d Col.3.b Luc.16.d Non eſt maſculus & fœmina, circunciſio & preputium, Barbarus & Scytha, ſeruus & liber.
f *Et prophe.* Lex & prophetę vſq; ad Iohā. ex eo regnum euangelizaẗ. Sed aliud eſt de Chriſto prophetare, aliud ventura prędicere & docere.
Myſtice g *Et da.* Rab. Myſtice prodigia in cęlo, labores ſunt in eccleſia. Signa, ſup terrā. Vindictę in terrenos. Sanguis, in martyrio. Ignis, euangelij vel ſpiritusſancti. Vapor fumi, animæ vel cordis compunctio.
h *Prodigia in cælo.* Cum Chriſto naſcente, nouum ſidus apparuit, eo aſcē F dente crucē, ſol obſcuratus eſt, & cęlum tenebris obductū. Prodigium. Vbi ſup. Bed. Prodigiū quod porro dicit. i. ſignificat aliquid, prodigium, quod proditur oculis. Signum, quo ſignificatur aliud.
Ibidem Luc.22.c i *Sangui. &c.* Bed. Non ſolum vulneris, ſed ēt ſudoris, qñ in orōne factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis, qđ inter ſigna deitatis ponit, quia in humana natura non inuenitur. ergo ſignificat orbē vniuerſum ſanguine Chriſti abluendū, vt ſicut tabernaculum ſanguine victimarū fuerat conſecratū, ita populus fidelis ſāguine eiuſdem dedicareẗ: nec ſolū Ieroſolymis locus eēt orationis manus ſed in omni loco dominationis eius leuarent manus electi per orationes ad Dñm.
Vbi ſup. k *Fu.* Be. Cōpūctionis & fletuū, ſicut fumus ab igne, ita cōpūctio a ſpūſſcti ardore. Sāguis de latere mortui profluens, cōtra naturam noſtrorū corporū loco ſigni fuit. ſ. noſtrę ſalutis & vitę quæ proceſſit de illius morte. Pōt & in igne illuminatio fideliū, in vapore fumi cęcitas Iudęorū intelligi. Exo.20.c Vñ & Dñs legem daturus in igne & fumo deſcendit, quia humiles claritate ſua illuminat, ſuperbos per caliginem obſcurat erroris.
l *Sol cō. in te. & lu. in ſan. &c.* Hoc in paſſione Chriſti partim factū, partim ante iudicij diē crediẗ venturū. tunc n. ſol obſcuratus eſt, ſed luna in ſanguinem verſa hominibus apparere nō potuit, quia tunc vt pote in paſcha. xiiij. exiſtens interdiu fuerat viſibus humanis obiectu terræ occultata.
1.Pet.1.c m *Quicunq; inuocauerit.* Hoc eſt, quod Petrus ait: quia non eſt perſonarum acceptor Deus: ſed in omni gente, quę timet dominum & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi.

☞ *Viri Iſraelitę.*

a ¶Poſt vocem, vel hæc eſt vox: Viri Iu. b ¶i. ambo populi.
cutus eſt eis: Viri Iudæi, & qui ha-
a ¶Non quod irriſores dixerunt, vel hoc multum.
bitatis Ieruſalem uniuerſi, hoc uo-
a ¶Plenis muſto ſpirituali.
bis notum ſit, & auribus percipite
¶Plena muſto ſpirituali.
uerba mea. Nō enim ſicut uos † æſti-
a ¶Iſaias: Væ his qui conſurgunt mane & ſectantur ſiceram. b ¶Hora tertia, tertia lex.
matis hi ebrij ſunt, cum ſit hora
a ¶Horam cognoſcimus. uel hora bibendi non venit.
diei tertia: ſed hoc eſt, quod dictum
eſt per prophetam Ioel: † Et erit in
a ¶Hoc interponitur vt honor deferatur ſermoni Domini.
nouiſſimis diebus, dicit Dominus:
a ¶In modum fontis ſecundum menſuram. b ¶Mihi coæterno.
Effundam de ſpiritu meo ſuper
a ¶Cor carneum, non lapideum. vnde ſequitur: ſuper ſeruos & prophetas. b ¶Inde inexcuſabiles: quia & filij & filię eorum prophetant.
omnem carnem. Et prophetabunt
¶Vt Agabus, & Simon niger. a ¶Filię Philippi. b ¶Fideles noui Te. ¶Vt Iohannes & Paulus.
filij veſtri, & filiæ ueſtræ, & iuuenes
a ¶Myſteria clara videbunt. b ¶Veteri legi adhęrentes. ¶Vt Petrus & Iacobus.
ueſtri uiſiones uidebunt, & ſeniores
a ¶Vmbras & figuras videbunt. b ¶Ecce quod prius dixit, ſuper omnem carnem.
ueſtri ſomnia ſomniabunt. Et qui-
a ¶Prius ex timore, nunc ex obedientia.
dem ſuper ſeruos meos & ancillas
meas in diebus illis effundam de ſpi-
a Hucuſque de aduentu ſpiritus, nunc de iudicij ſignis & prodigijs.
ritu meo, & prophetabunt. † Et da-
a ¶Cum Chriſto nato nouum ſidus emicuit, & eo crucifixo ſol obſcuratus eſt.
bo prodigia in cælo ſurſum, & ſigna
a ¶Quę Chriſto ſpiritum emittente contremuit, monumenta aperuit, ſaxa ſciſſa ſunt, corpora ſanctorum quæ dormierant, ſurrexerunt. b ¶Dominici lateris.
in terra deorſum, ſanguinem &
a ¶Sanctiſpiritus. b ¶Chriſtus. c ¶Euangelium.
ignem & vaporem fumi. † Sol con-
a ¶In hęreſim. ¶Crucem. b ¶Eccleſia. c ¶Martyrum.
uertetur in tenebras, & luna in ſan-
a ¶Non hominum.
guinem, antequam veniat dies * do-
a ¶Sic paratus ſpacio, opere, claritate. b ¶Non occultus. Deus enim manifeſte ueniet.
mini magnus & manifeſtus. Et erit
¶Quaſi metuentibus proponit conſilium. a ¶Ante diem non in die. ¶Fide, ore, opere.
omnis quicunque inuocauerit no-

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Viri Iudæi. *Qui habetis noticiam ſcripturarum, & maxime.*
b Qui ha. Ie. *In qua tunc vigebat ſtudium legis & prophetarum.*
c Non enim ſicut vos æſtimatis. *Erronee.*
d Hi ebrij ſunt, cum ſit ho. diei ter. *Tunc enim incipiebant comedere homines hora ſexta, & maxime Iudæi, qui erant magis temperati, eo ꝙ erant cultores vnius Dei, & poriſſime in Ieruſalem, vbi vigebat ille cultus. Dicit igitur:* Cum ſit ho. diei ter. *q. d. adhuc non eſt comedendi & bibendi hora.* G
e Sed hoc eſt. *Hic conſequēter Petrus declarat veritatem. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur hæc declaratio. Secūdo, audientium conuerſio, ibi: His auditis. Prima in duas: quia primo Petrus declarat propoſitum per Ioelis verbum. Scđo: per Dauid dictū, ibi: Viri Iſraelitæ. Circa primum allegat ſcripturam quę habetur in principio tertij ca. Ioe. propheta ſcđm deſignationem veritatis Hebraicæ, vt ibidem dixi. Circa ꝙ ſciendum, ꝙ angeli apparētes in aſcenſione Chriſti eam declarantes ſimul denunciauerunt aduētum eius ad iudicium, dicētes: Hic Ieſus q aſſumptus eſt a vobis, ſic ueniet &c. ſicut expoſitum eſt ſupra. Datio ſpūſſancti in ſigno viſibili fuit manifeſtatio glorię Chriſti ad dexteram patris aſſumpti, ſcđm ꝙ dicitur Io. vij. f. Nondum erat ſpūs datus, quia nondum erat Ieſus glorificatus. Et ideo Ioe. propheta ſimul prædixit effuſionem ſpirituſſancti & ſigna præcedentia diem iudicij. In hac igitur eius autoritate primo denunciatur primum, cum dicitur.*
f Et erit in no. die. *i. in diebus noui Teſta. qui dicūtur nouiſſimi, eo ꝙ nō ſuccedet aliud teſtamētū. pp qđ dicitur inf. 1. Ioh. ij. c. Filioli nouiſſima hora eſt. Et Heb. 1. a. Nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio &c.*
g Effu. *Qđ exponit Rab. Sa. ſuper Ioelem: Super oēm carnē. i. ſuper oēm hoīem, cuius cor erit tenerū ad modum carnis. i. non obſtinatum in peccatis. Et ad hoc inducit autoritatem Ezec.* Cap.36. *Auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum. Dicit etiam idē doctor hoc implendū tēpore Meſſię. & in hoc dicit verū, ſed errat dicens futurū ꝙ de preterito eſt impletū. Corda vero Apoſtolorū erāt tenera per deuotionem & diſpoſita ad ſpūſſancti receptionem, ut patet p prædicta. Pōt & aliter exponi. Su. o. car. i. ſuper Iudæos & Gētiles indifferenter. ſicut habetur. Inf. x. ca. pp quod dicitur Ro. x. c. Nō eſt diſtinctio Iudæi & Gręci. nā idē Dominus omnium, diues in oēs, qui inuocant illū: abūdāter dādo eis ſpiritumſanctū.* H
h Et pro. fi. ue. & fi. ue. *i. indifferenter dabitur ſpirituſſanctus perſonis vtriuſq; ſexus vnde & cū Apoſtolis fuerūt mulieres in die pentecoſtes, ut patet ex prædictis, quæ receperunt ſpiritumſanctum cū eis. Dicitur etiā Act. xxi. ꝙ Philippo erant quatuor filię virgines prophetantes. & de viris infra. xiij. a. dicitur: Erant in eccleſia, quæ erat Antiochiæ, prophetæ & doctores &c.*
i Iuuenes. *i. hominibus cuiuſlibet ætatis dabitur ſpiritus prophetiæ.*
k Somnia ſom. *i. reuelationes diuinas in ſomnis habebunt, ad quas percipiēdas tunc anima magis eſt diſpoſita, propter quietationem ſenſuum exteriorum, ſicut plenius in prin. li. Pſ. dixi.*
l Et quidem ſuper ſeruos. *Generaliter enim in primitiua eccleſia omnibus baptizatis per impoſitionem manuum Apoſtolorum dabatur ſpirituſſanctus in ſigno viſibili, vt patet Act. xix. & pluribus alijs locis: & adhuc datur inuiſibiliter omnibus baptizatis, niſi obex ponatur.*
m Et dabo prodi. in cælo ſurſum. *Hic ponitur denunciatio ſignorum diem iudicij præcedentium, cum dicitur:* Et da. pro. *ſecundum, ꝙ dicitur Luc. xxi. e. Erunt ſigna in ſole & lu. & ſtel. & in ter. &c.*
n Sanguinem. *Nam perſecutio Antichriſti præcedet aduentum Chriſti, in qua fundetur ſanguis innocentium.*
o Et ignem. *ſcilicet conflagrationis præcedentem aduentum iudicis.*
p Sol con. in tene. *Non ſecundum rem, ſed ſecundum apparentiam, quia nubibus denſis abſcondetur eius lumen.*
q Et lu. in ſan. *Similiter ſecundum apparentiam, ſicut rubea videtur quando eclypſim patitur.*
r Antequam ueniat dies Domini. *ideſt dies ſui iudicij.*
s Magnus. *Nam omnes comparebunt.*
t Et manifeſtus. *Nam occulta cordis noſtri tunc manifeſta erunt.*
v Et erit. *Non in die iudicij, ſed ante. Prophetę enim loquentes de vno tempore, tranſeunt ad alind.*
x Quicunque inuocauerit nomen Domini. *Fideliter & perſeueranter.*

¶ Saluus erit



a *Viri Iſraeli.* Bed. quaſi doctus magiſter prius incredulos mo A net, vt timore compunctis poſtmodum ſalutis conſilium im In actu Apo.c.2.10.5 pendat: & quia ſcientibus legem loquitur, ipſum eſſe Chriſtum, qui a prophetis promiſſus eſt oſtendit, nec tamen autoritate ſua prius eum filium Dei nominat, ſed virum probatum, iuſtum, a mortuis ſuſcitatum.
b *Definito conſi.* Rab. In hoc ſolo notabiles, quia non obedienti animo fecerunt. Mat.17.b
c *Et præſcien.* Raba. In Græco ſic eſt, præſcientia ſic traditum accipientes. traditus eſt enim a præſide in poteſtatem illorum, ut ipſum ſiue latronem eligerent, ſed latroni conceſſa vita, Ieſum per manus militum occiderunt.
d *Suſcitauit.* Beda. Non communi reſurrectione, quæ in finem differẗ, ſed quę die tertia celebraretur, ut aſſertio huius reſurrectionis teſtimonium eſſet deitatis. Ra. Suſcitauit ſecundum humanitatē, quā maxime oderant.
e *Solutis do.* Beda. videtur eſſe ſenſus huius ſententiæ, quia Domino ad inferos deſcendente dolores pęnarum ſoluti ſunt, quia eum tangere nō potuerunt, ſed iuxta Græcū in quo ſcriptum eſt: Soluens per ipſum mortis dolores, iuxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo. patet, quia per deſcenſum eius liberati ſunt ſancti a locis infernorum, qui licet in ſinu Abrahę. i. in ꝯſolatione quietis eſſent, a dolore tamen mortis ſiue inferi non erant ſoluti ex toto, quia non meruerant gaudia cæli intrare, donec fieret Zach.9.c illud prophetę: In ſanguine teſtamenti eduxiſti vinctos tuos de lacu &c. in quo non eſt aqua. Vincti enim erant antequam educerentur.
Allego. f *Prouidebam Dominum coram &c.* Al- B lego. Ra. Be. veniens in ea, quæ tranſeunt, non abſtuli oculum ab eo, qui ſemper manet, hoc prouidens vt in eum poſt temporalia recurrerem: & hoc ꝙ peccatum non feci, nec dolus inuentus eſt in me, non homini, ſed Deo aſcribam. propter hoc etiam in cogitatione iocunditas, & in verbis exultatio, propter reſurrectionem ſcilicet, qua mundus liberaẗ. *Prouide. do.* Vox Chriſti poſt reſurrectionē exultantis ad dexteram. Siniſtra eſt præſens vita, dextera æterna. *Ne commouear.* Poſt reſurrectionem omnia erūt immobilia. *Et exultauit lingua.* Quia requies poſt laborem data eſt, laborauit enim in ſpe vitæ æternæ. *Non derelinques.* Non iterum mouear corrup- † Iſa.13.c tione iterate crucis & mortis. *Notas mihi feciſti.* Scio me ſemper eſſe uictu rum. *Replebis me.* plena læticia, id eſt iterum non moriar.
Vbi ſup. g *Coram me &c.* Bed. Exponendo qđ ipſe fecerit, dat nobis puris hominibus conſilium peccata virare. Nam qui Dei præſentiam iugiter intuetur oculo mentis, nullatenus hunc ad peccata conuertit diabolus.
Vbi ſup. h *Quoniam a dextris eſt mihi.* Beda. Cauſa quare non moueatur, quia Dominus a dextris opitulatur, ſiniſtra non præualente. Si enim a dextris non fuerit. illam partem diabolus occupat, ſicut de Iuda dicitur: Pſ.108.a Et diabolus ſtet a dextris eius.
Vbi ſup. Mat.26.d i *Exultauit lingua mea.* Bed. In paſſione dixit: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, & cœpit pauere & tædere, ut ſe uerū hominem in anima & corpore, & veraciter paſſibilem monſtraret. Exultauit vero anima & lingua, quia paſſione ſua genus humanum ſaluandum erat.
Vbi ſup. k *In inferno.* Bed. Conſtat animam nō derelictam in inferno, quæ ablatis illis, pro quibus deſcenderat, mox ad ſuperna redijt, nec caro eſt corrupta, ſed ueloci reſurrectione glorificata
Ibidem. l *Notas mihi feciſti uias &c.* Beda. Non ſolum de illo intelligunẗ, q ſemel accepta plenitudine diuinæ virtutis & ſapiētię

☞ per ſe

a ¶Salute infinita animę & corporis. b ¶Quibus prophetatum eſt.
men Domini, ſaluus erit. † Viri Iſra-
a ¶A me, non ab irriſoribus. ¶Compleram eſſe prophetam. d ¶Quibus prophetatum eſt. ¶Ieſum quem interemiſtis fuiſſe virum approbatum &c. ¶Siue dicta, ſiue dicenda.
elitæ, audite verba hæc: Ieſum naza-
¶Virilem, vel verum hominem.
renum uirum † approbatum a Deo
a ¶Coram vobis, vel in ueſtris corporibus. b ¶Reſurrectionibus mortuorum.
† in uobis, uirtutibus, & prodigijs,
a ¶Pater vel diuinitas.
& ſignis, quę fecit Deus per illum in
a ¶Inde inexcuſabiles
medio ueſtri, ſicut uos ſcitis: hunc
a ¶Spirituſſancti. b ¶Patris non noſtra. c ¶Chriſti.
definito conſilio & præſcientia Dei
a ¶Iudæis a patre, vel a ſeipſo, vel traditum militibus a Iudæis. b ¶Militum.
traditum, per manus iniquorum
a ¶Varijs illuſionibus. b ¶Voce, qui enim iubet facit.
† affligentes interemiſtis. † Quem
a ¶Libertas data eſt a ſpiritu. b ¶Vel eius reſurrectione, vel mortuorum ſolutione.
Deus ſuſcitauit, ſolutis doloribus in
a ¶Prophetiam Dauid immutabilem.
ferni, † iuxta quod impoſſibile erat
a ¶Vel ab ea morte: qui enim immunis erat a morte, poterat quos ueller, a dominio mortis eripere. b ¶Non in ſua, ſed in Chriſti perſona.
teneri illum ab eo. Dauid enim dicit
a ¶Vox aſſumpti hominis. b ¶Deitatem, vel patrem.
† in eum: Prouidebam Dominum
a ¶Præſens ſentiebam auxilium b ¶Quaſi inſeparabilem.
coram me ſemper: quoniam a dex-
a ¶Proſperis. ¶More cuſtodis. b ¶Spe reſurgendi.
tris eſt mihi, ne commouear: pro-
a ¶Quia caro reſurget tertio die, vel quia Dominus a dextris ſtat. b ¶Iocunditate. c ¶Cogitatio. ¶Patriarchæ.
pter hoc † delectatū eſt cor meum,
a ¶In uerbis prophetæ.
& exultauit lingua mea, inſuper &
a ¶Non deficiet in interitu: ſed in ſpe reſurrectionis obdormiet. ¶i. apoſtoli. b ¶In ſepulchro. c ¶Reſurrectionis.
caro mea requieſcet in ſpe. Quo-
¶Humanam. b ¶Poſſidendam in inferno. ¶Quæ deſcendit in infernum.
niam nō derelinques animā meam
a ¶Ad quod deſcendit, ſed non permanſit ut ſubueniret quibus oportuit, ſed non eſt derelictus, quia cito ſurrexit. b ¶Per hoc probat humanæ fragilitatis expertem: & ſupergreſſum, eſſe humanam conditionem. c ¶Corpus meum ſanctificatum, per quod & alij ſanctificandi ſunt non patieris corrumpi, quia notas &c.
in inferno, † nec † dabis ſanctum
¶Putredinis & uermium.
tuum uidere corruptionem. Notas
a ¶Scio me reſurrecturum, quia no. fe. mihi vi. uitæ. ¶Quibus iter ad æternitatem, in quibus poſt paſſionem adimplebis me lætitia. ¶Quæ ſunt in ſanctitatis iocunditate. b ¶Aſcendenti cęlum dabis delectationes dexteræ vſque in finem.
mihi feciſti uias uitæ, replebis me

¶ a Saluus erit. *ſalute ęterna. Roma. x. b. Corde creditur ad iuſticiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* C
b Viri Iſrae. *Hic conſequenter Petrus declarat propoſitum per autoritatem. Et diuiditur in duas partes ſecūdum duplicem eius autoritatem. Secunda ibi: Non enim dicendum. Prima in tres: quia primo autoritas introducitur. Scđo ad propoſitum applicatur, ibi: Viri fratres. Tertio, intentum concluditur, ibi: Dextera igitur. Prima adhuc in duas: quia primo intētum proponitur. Scđo autoritas inducitur, ibi: Dauid enim. Circa primum excitat attentionem audientium dicens:* Viri Iſrae. *ad quos miſſi fuerunt prophetæ.*
c Audite uer. hæc. *quæ nō ſunt deridenda, ſed magis attēte audiēda, cū ſint prophetarū oracula. Conſequenter proponit Chriſti mortem & reſurrectionem, dicens.*
d Ie. Na. ui. ab. a Deo in uo. *i. corā vobis.*
e Vir. *ideſt operibus virtuoſis.*
f Et pro. *i. miraculis maioribus, ut in reſurrectione mortuorum & conſimilibus.*
g Et ſi. *ſcilicet minoribus, vt infirmitatum curationibus.*
h Quæ fe. d. *ſ. tota trinitas.* per il. *i. per hominē Chriſtū, inq̄tū. n. humanitas erat organum diuinum diuinitati coniunctum, ſicut manus ſuo modo eſt artificis organum.*
i In me. ue. ſicut uos ſci. *q. d. ſic eſt euidens quòd non poteſtis negare.* † Infr. 10.
k Hunc de &c. tra. *p mūdi ſalute ex maxima charitate. Iudas tamen tradidit eum ex cupiditate & malignitate, quorum autor non eſt Deus.*
l Per ma. ini. *ſ. per manus militum Pilati, qui Gentiles erant & idololatræ.*
m Quem De. ſuſ. ſo. d. in. *q̄tū ad ipſum, eo ꝙ ipſum nō læſerunt, & quātū ad patres ſanctos, quos inde abſoluit. quāuis. n. ibi nō ſentirent pœnā ſenſus, habebat tamē pœnā dāni, inq̄tū retardabātur a viſione et fruitione dei, qđ erat mētis afflictiuū, ſcđm illud Prouer. Spes, quæ differtur, affligit animam.* D Cap.13.b
n Iuxta quod impoſſibile. *i. detineri. non enim peccatum aliquod contraxerat, ſed ad omne peccatum deſtruendum venerat.*
o Dauid enim. *Hic cōſequēter inducit autoritatē Dauid ad ꝓpoſitū, quæ habetur Pſ. xv. & intelligitur de Chriſto ad literam, ſicut ibidem fuit oſtenſum. Ideo in perſona eius dicitur.*
p Prouidebam &c. *Nam anima Chriſti ab inſtanti creationis habuit continue claritatem diuinæ viſionis.*
q Quoniam a d. *Ex hoc. n. ꝙ humanitas Chriſti erat organum diuinitatis cōiunctū, vt dictū eſt, non potuit moueri ad aliquid niſi ſcđm voluntatem deitatis: propter ꝙ nullus inordinatus motus potuit inſurgere in Chriſto ex iniurijs ſibi illatis, aut ex quibuſcunque alijs cauſis. & quia hoc erat animæ Chriſti cauſa delectationis ſpiritualis: ideo ſubditur.* † fines
r Propter hoc delectatum. *interius.*
s Et exultauit lingua. *prorumpens exterius in laudem diuinam, ſicut dicit Luc. x. In ipſa hora exultauit Ieſus in ſpūſſancto.*
t In ſuper & ca. mea. *ab anima ſeparata.*
u Requieſcet. *in ſepulchro.*
x In ſpe. *ideſt certa reſurrectionis expectatione.*
y Quoniam non derelinques animam. *a corpore ſeparatam.*
z In inferno. *ideſt in ſanctorum limbo, in qua fuit per trigintanouem horas tantum. ſcilicet ab hora nona ferię ſextæ, in qua fuit ſeparata a corpore vſque ad diluculum diei dominicę, in quo ſecundum communiorem opinionem fuit corpore reunita. Ideo ſubditur.*
a Nec dabis. *ideſt dari permittes.*
b Sanctum tuum. *id eſt corpus meum ſanctificatum.*
c Vide. corruptio. *id eſt putrefactionem vel incinerationem. Si tamen accipiatur coruptio pro morte, ſic fuit ibi corruptio, quia corpus Chriſti fuit vere mortuum per ſeparationem animæ a corpore, vtrunque tamen manſit diuinitati vnitum, ſcilicet anima exiſtens in limbo & corpus iacens in ſepulchro.*
d Notas mihi feciſti vias uitæ. *Per accelerationem reſurrectionis meæ.*
e Replebis me io. *quia reſurrexit in corpore glorioſo, quod fuit*

¶ prius

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

per ſe mortem deſtruxerit, reſurgẽs ad vitam:ſed & de iuſtis qui p. rcum via veritatis inuenta ad uitam redeunt & iocun dabuntur videntes faciem eius: quia ille uiſus eſt ſi per omnia & beatitudo perfecta.

In acta Apo.c.2.10.5 Iohe.2.g Ioh.16.b — *a De fructulumbi*. Bed. In Græco habet: De fructu vẽtris eius ſuſcitate Chriſtum, & ſedem ſuper ſedẽ eius. Accepit, vt uerus homo, vt effundat ſpiritum, ſicut Ioel dicit: Effundam &c. Vel accipiunt Apoſtoli ab ipſo promiſſionem ſpiritus in euangelio, quod a patre mittetur ſpiritus.

Ibidem. — *b Effundit hunc*. Be. Qui prius Ieſum ſuſcitatum a Deo dixit, nunc fidem auditorũ altius erigens, hunc eſſe verum Dñm aſſignat, quem effudiſſe ſpiritũ confirmat, hoc.n. deitatis eſt ſignum. Et pulchre verbo effuſionis vſus eſt: ꝙ prophetam Ioel poſuiſſe ſupra memorauit, vt ex hoc etiã cõſtet ipſum eſſe Dñm Ieſum, qui ante aſſumptionem carnis loqui conſueuit in prophetis, qui ſigna & prodigia dat in cælo & in terra, qui omnes inuocãtes ſe ſaluat. Et cætera, quæ ꝓpheta deſcribit, quaſi verus Deus explet. Bed. In Græco Effudit hoc donũ qđ nunc videtis & auditis.

† 1.Re.2.h Ioel 2.g — Pſ.131.b — Vbi ſup.

Ibidem. — *c Sede a dex*. Bed. Hoc eſt ꝙ Petrus ait de Dño, quem oportet cælum quidem ſuſcipere vſq; in tpa reſurrectionis omnium tunc.n cum venerint tempora refrigerij a cõſpectu Dñi miſſurus eum eſt (q prædicatus eſt) a regalibus ſedibus Ieſum Chriſtum ad iudicandos viuos & mortuos. Bed. Si opponat Arrius ex hac diuerſitate filiũ minorem: patrem vero maiorem eſſe. Reſpondemus ei: Nomen inferius illi conuenire, cui ſedere imperatur, ſicut & Petrus conſequenter exponit, quia & Dñm eum, & Chriſtũ Deus fecit hũc Ieſum, quem uos crucifixiſtis. Rab. Manifeſte Petrus ex hoc pſalmo regnum Chriſti non terrenum, ſed cæleſte oſtendit, & vtranq; naturam eius euidenter aſtruit, humanam, quę de Dauid: diuinam ſcđm quam eſt ad dexteram patris. In vna Dauid filius. In altera eiuſdem eſt Dominus vnde & ſubiungit *Cer.ergo*.

† quãtum ad carnem Xps exoriretur;ac ſederet ſup. — Infra 7.d — Vbi ſup. — Contra Arrium

F

Vbi ſup. — *d Dominum eum*. Bed. Oſtendens nomen maieſtatis & poteſtatis eſt, cui oĩs creatura debet ſubijci. Chriſtus regiæ ſiue pontificalis dignitatis nomen eſt. In lege vngebantur reges, & põtifices in figura illius.

Ibidem. — *e Et Chri* Bed. Ille uere eſt Chriſtus omni plenitudine ſpirituſſancti vnctus, qui de eodem ſpiritu potentialiter dedit, quibus voluit

Ibidem. — *f Ieruſalem quem*. Bed. Ieſus eſt Dominus & Chriſtus, vna in duabus naturis exiſtẽte perſona, quia in diuinitate æternaliter ex patre natus in humanitate temporaliter factus, cum operante ſpirituſſancto in vtero virginis eſt incarnatus.

† cælos — Pſal. 109.

*Compuncti*

a ¶In aſcenſione non ſemiplena fuit lætitia. b ¶Vadebo facie ad faciem: vel cum Chriſto Deo qui eſt facies patris. ¶Principalem ſexum alloquitur.

iocũditate cum faciẽ tua. Viri fratres, liceat audenter dicere ad uos de patriarcha Dauid: †Quoniã defunctus eſt, & ſepultus eſt, & ſepulchrum eius eſt apud nos uſque in hodiernum diem. † Propheta igitur cum eſſet, & ſciret, quia iureiurando iuraſſet illi Deus *de fructu lũmbi eius †ſedere ſuper ſedem eius: † prouidens locutus eſt de reſurrectione Chriſti: quia neque derelictus eſt in inferno, neq; caro eius uidit corruptionem. Hunc Ieſum reſuſcitauit Deus: † cuius omnes nos teſtes ſumus. Dextera igitur Dei exaltatus, et promiſſione ſpirituſſãcti accepta a patre effudit hũc, quem uos uidetis & auditis. Non enim Dauid aſcẽdit in † cęlum. Dicit aũt ipſe: † Dixit Dominus Domino meo ſedẽ a dextris meis, dõnec ponam inimicos tuos ſcabellum pedũ tuorũ. Certiſſime ergo ſciat oĩs domus Iſrael, qꝛ & dominũ eum & Chriſtũ fecit Deus, hunc Ieſũ, quẽ uos cru-

(Interlinear glosses:) ¶Corpore & fide fratres vocando blanditur. — ¶Hoc dicit, ne indignentur. — a ¶Vnde apparet eum non de ſe dixiſſe: Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. — a ¶Dauid. — a ¶Viri luxuria in lumbis eius. b ¶Quia Chriſtus ſuper Iſrael ſpiritualem ſedit. — ¶A longe. — ¶Secundum animam. — a ¶Non duo uel tres. — a ¶Qui vidimus eum poſt reſurrectionẽ. b ¶Reſurrectionis. c ¶Proſperitate, vel exaltatus eſt ipſe, qui eſt dextera patris. ¶Quia dixit Pſalmus: A dextris eſt mihi ne commouear. — a ¶Ioel. — a ¶Vel in euangelio, accepta a Chriſto. ¶Accepit vt homo. — a ¶Donum linguarum vel ſpiritum. ¶Vt Deus. ¶Non recedit a verbo prophetæ Ioelis dicentis, Effundam &c. b ¶Mente. — a ¶In linguis igneis. ¶Sono. ¶Noſtro ſermone. b ¶Vnde patet, quia non de ſua, ſed de Chriſti aſcenſione prædixit. — ¶Sicut hæc quæ nouiſſima ſunt, Dauid non de ſe ſed de Chriſto prophetauit, quia mittendus ex Sion.i. ex ſtirpe Dauid venturus, & dominaturus in medio inimicorum: ſic & illa quæ præmiſſa ſunt non ad Dauid, ſed ad Chriſti mortem & reſurrectionem pertinent. — a ¶Interna ratione verbi coæterni. b ¶Pater. c ¶Homini Chriſto. — a ¶Quieſce vel iudica. b ¶In æternis, vel in unitate perſonæ cum filio qui eſt dextera patris. c ¶Semper, quia ſemper in præſenti & in futuro ponendi. — a ¶Dæmones uel homines. b ¶Humiles uel ſubiectos. — a ¶Carnis uel apoſtolorum. b ¶Quia propheta hæc dixit. — a ¶Viri. b ¶Corporalis vel ſpiritualis. — a ¶Dauid. b ¶De quo dicit: Domino meo. c ¶.i. regem: cum dixit, ſede &c. ¶Vel, Vnxit te Deus &c. ¶Vel, Ego conſtitutus ſum &c. d ¶Secundum carnem fecit in natiuitate vel in reſurrectione. — a ¶Pater uel deitas. b ¶Scilicet. c ¶Ieſus proprium nomen illius eſt. d ¶Quem uilem putaſtis. e ¶Secundum carnem, diuinitas.n. pati uel crucifigi nõ potuit.

## NIC. DE LYRA.

¶ *prius paſſibile & mortale: & ſic habuit materiam iocunditatis ex ſui corporis glorificatione.*

a Cum fa.tua.*i. cum clara viſione eſſentiæ diuinæ, quam habuit anima Chriſti ab inſtanti creationis ſuæ. Ideo dicitur*. Cum facie tua.*i. cum viſione faciei tuæ iam prius habitæ.*

b Viri fratres. *Hic conſequenter dicta autoritas ad propoſitum applicatur oſtendendo ꝙ non loquitur de perſona Dauid, ſed de perſona Chriſti, cum dicitur*: Viri fratres. *ideſt Iſraelitæ ſicut & ego.*

c Liceat auden. dice. ad uos. *Tanquam uerum manifeſtum.*

d De patriarcha Dauid quoniam defunctus & ſepultus eſt. *Vt patet iij. Regum.ij.*

e Et ſepulchrum eius eſt apud nos. *In quo iacuit per tanta tempora corpus eius, quod putrefactionem paſſum eſt & incinerationem. propter quod dicta autoritas intelligi non poteſt de ipſo. ideo conſequenter oſtenditur, quòd intelligenda eſt de Chriſto, cum dicitur.*

G

f Propheta igitur cum eſſet. *Domini ſicut habetur Pſal. cxxxi.b. Iurauit: Dominus Dauid veritatem & non fru.&c. quod principaliter intelligitur de Chriſto deſcendente a Dauid ſecundum carnem, vt dictum fuit ibidem. Ideo ſubditur.*

g Prouidens lo. de reſur. Chriſti. *In autoritate prædicta, quæ in ipſo impleta eſt, ut patet ex dictis. Ideo ſequitur.*

h Neque derelictus eſt in &c. *Et patet litera.*

i Dextera igitur Dei. *Hic concluditur intentum de collatione ſanctiſpiritus a Deo. Circa quod ſciendum, quòd hæc collatio non erat implenda ante Chriſti aſcenſionem, ut dicitur Ioh. vij. f. Nondum erat ſpiritus datus, quia non dum erat Ieſus glorificatus. Ideo concludit:* Dextera igitur Dei *ideſt eius potentia.*

k Exaltatus. *ad cęleſtia.*

l Et promiſ. ſpi. accepta. *Qua ſedit ad dexteram patris, ſicut erat ſibi promiſſum. Sede a dextris meis &c.* — Pſ.109.

m Effudit hunc. *Spiritum.*

n Quem uos uidetis. *In linguis igneis.*

o Et auditis. *In varijs linguis. Erant enim ſigna ſenſibilia ad deſignandum ſpiritum ſanctum habitantem in cordibus eorum. Sciendum autem, quòd ſicut miracula fiebant a tota trinitate ſicut a cauſa principali, & ab humanitate Chriſti ſicut a cauſa inſtrumentali coniuncta, ut dictum eſt ſupra, ita intelligendum eſt de hac infuſione ſpirituſſancti.*

p Non enim. *Hic ponitur ſecunda autoritas ad propoſitum, quæ habetur Pſal. cix. qui pſalmus ad literam intelligitur de Chriſto ut ibidem diffuſius declaraui. Dicit igitur:* Non enim Da. aſ. in cæ. *Sed fuit ſepultus & incineratus, ut prædictum eſt.*

q Dicit autem ipſe. *De Chriſto.*

r Dixit Dominus. *pater.*

H

s Domino meo. *i. filio eius incarnato, per hoc enim probatur diuinitas Chriſti, Matth. xxij.d. quia ſi eſſet homo purus Dauid, non vocaret eũ dominum, cum eſſet filius eius naturalis tantum & non Dei: ſed tantum adoptiuus, ſicut Dauid & alij ſancti.*

t Sede a dextris meis. *i. ad equalitatem patris ſecundum diuinitatem, & in potioribus bonis ſecundum humanitatem.*

u Donec ponam. *Per hoc non eſt intelligendum, ꝙ Chriſtus debeat aliquando dimittere ſeſſionem ad patris dexteram, quia ly donec, aliquando tenetur finite. ſ. quando ſignificat terminum eius cui coniungitur. vt cum dicitur: Sedete hic donec veniam. Aliquando uero indeffinite, ut cũ dicitur: Iſte non pœnituit donec vixit &c ideſt nunquam. quia poſt mortem pœnitere non potuit & hoc modo tenetur, cum dicitur:* Sede a de.m. do.po.ini.tu. ſc. *i. tibi totaliter ſubiectos. ſi enim accipiatur Chriſtus ſecundum diuinam naturã, omnia ſunt ei ſubiecta ab æterno ſecundum fiendorum diſpoſitionem, non tamen quãtum ad executionem, ſed ſolum in tempore in quo habent eſſe. Si uero conſideretur quantum ad naturam humanam, ſic omnia ſunt ei ſubiecta autoritatiue a principio incarnationis ex vnione ad uerbum. executiue uero omnia ei erunt ſubiecta in fine mundi cum in omnibus exercebit ſuam uoluntatem, bonos præmiando, & malos puniendo. Et ſicut ſcabellum teritur pedibus, & eis ſupponitur, ita mali conterentur in pœnis & ſupponentur Chriſto ſecundum humanitatem, quæ per pedes deſignatur. propter quod concludit.*

x Certiſſime ergo ſciat omnis domus Iſrael. *Abſque hæſitatione aliqua.*

y Quia domi. eum & Chriſtum fecit Deus. *Id eſt, tota trinitas.*

z Hunc Ieſum. *Humanitatem eius uniendo uerbo & ad patris dexteram exaltando.*

a Quem uos crucifixiſtis. *Per ignorantiam quidem quantum ad populum communem, ſed per inuidiam & maliciam, quantum ad principes ſacerdotum.*

¶ His autem



*a Compuncti*. Bed Implet ꝓphetia Ioelis, quia poſt ignẽ ſpũſſancti ſequitur vapor cumpunctionis, fumus lachrymas excutere ſolet, incipiũt flere q irriſerãt, tũdunt pectus, dãt Deo p̃cẽ ſicut ſacrificiũ, ut ſanguinẽ illũ guſtare valeant, p eum ſaluandi, quẽ ſup ſe & ſup filios ſuos prius fuerant imprecati.

A

*b Pæni.in.agi*. Be. Dicturus de baptiſmate p̃miſit lamẽta pnię vt prius ſe aqua ſuæ afflictionis infunderẽt, & poſt ſacra baptiſmi lauarẽt.

*c In.no.Ie*. Ra. In honore vel ĩ hac forma, vel ĩ vno triũ fides cõtinet.

*d Et om.q lo*. Be. Hoc ad illud teſtimoniũ ꝓphetię reſpicit, quod vltimũ poſuit ſ. Oĩs qcunq; inuocauerit nomẽ dñi, ſaluus erit. qđ ad Gẽtium vocationem pertinet ſpãłr: q̃ a filiis Iſrael longe factę, p inuocationẽ nõis Dñi ſaluandę erant.

*e Teſtificatus eſt*. ideſt teſtificatio & exhortatio.

*f Saluamini*. Hęc eſt teſtificationis qualitas & exhortationis, ſed Lucas plurima verba Petri breui concluſit ſententia.

*g Agen.iſta*. Duę ſunt generationes, vna bonorũ, alia malorũ.

*h Circiter*. Ad numerum dicitur, ſicut circa ad locum.

*i Tria mi*. Be. Vbi primũ eccłę celebratũ eſt baptiſma, pietas diuina ad cõfeſſionem trinitatis collegit aĩarum tria milia. & Moyſes quinquageſimo die Paſchę, qua lex data eſt, ſolennitatẽ primitiarũ p̃cepit initiari. nunc aũt ſupueniente ſpũſctõ, nõ manipuli ſpicarũ, ſed aĩarũ ſũt Dño primitię cõſecratę.

B

*k Omnes e*. Adiũgit narratio ẽt de cõione & de vẽditione & ęqua diuiſione, in quibus apparet virtus.

*l Erant pa*. Charitas diffuſa in cordibus cito generat Dei & ꝓximi dilectionẽ: vñ pp geminum charitatis ardorẽ, bis datus eſt ſpũs apłis.

*m D.au.au*. In Græco: Dñs augebat eos, q ſalui fierẽt quotidie. Ecce poſt altera narratio ſic incipit: In idipſũ aũt Petrus & Iohannes &c. Qđ pt ſic exponi: Cum Dñs quotidie p̃dicãtibus apłis eccłię ſuę creſcẽtes adiuuaret: primi apłorũ aſcẽdebãt in tẽplũ, Deũ rogaturi in idipſum.i. vt eccłiã ſp augeret.

## NIC. DE LYRA.

¶ a His au. *Poſtquam eſt poſita Petri prædicatio. hic conſequenter ponitur auditorum conuerſio. & ſecundo eorum cõuerſatio, ibi: Erant autem. Circa primũ dicitur*: His auditis compuncti ſunt corde. *de Chriſti morte.*

b Et dixe. ad Pet.&c. *parati obedire.*

c Pęnitentiam inquit agi. *peccata præterita deteſtando, aliter poneretur obſtaculum ſpirituiſancto.*

d Et bapt.&c. in nomine Ieſu. *in hac enim forma baptizauerũt in primitiua eccleſia conſilio ſpirituiſſancti, ut nomẽ Chriſti, quod erat apud Iudæos contemptum, & odioſum, amabile redderetur & uenerandum. quo facto redijt eccleſia ad ſia ad formam a Chriſto inſtitutã Mat. vl.d. Baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpirituſſancti. Veruntamen in nomine Chriſti intelligitur tota trinitas. Chriſtus.n. Græce dicitur unctus Latine. & ſic in nomine Chriſti intelligitur pater ungens, et filius vnctus, & ipſa vnctio, quæ eſt ſpirituſſanctus.*

C

e In remiſ.pec.ue. *quia baptiſmus delet peccata, q̃tum ad pœnam & culpã.*

f Et acci.donum. *qđ tũc dabatur baptizatis in ſigno viſibili per impoſitionẽ manuũ apoſtolorũ, ut habetur infra.* Cap. 10. & 19.

g Vobis enim eſt re. *prædicta facta p Ioelem prophetam, vt dictum eſt ſupra. Cætera patent vſque ibi:*

h Salua.ag.iſta p. *ſ. Iudaica, q̃ p maiori parte remãſit in infidelitate obſtinata*

i Et appo.ſunt. *ad numerum fidelium.*

k In die il. *ſcilicet Pentecoſtes, ut patet ex prædictis.*

l Circiter tria. mil. *In ſignum huius baptizationis fiebat antiquitus baptiſmus generalis in die pentecoſtes.*

m Erant au.p *Hic cõſequẽter ponitur cõuerſorũ conuerſatio cũ dicitur.* Erãt au. p.in do.apo. *quantũ ad fidẽ & mores.*

n Et com.fra.p. *tum qꝛ quotidie cõicabant, tum quia omnes cibos ſicut & cætera communia habebant.*

o Fiebat au.om.animæ. *i. omni homini, denominando totũ a parte digniori.* — *libenter

p Timor. *tũ p p prædicationem Petri tũ p p miracula, quæ p apoſtolos fiebãt. io ſubditur: Multa quoq; prodigia &c.*

q Omnes etiam qui cre. *in Chriſtum.*

r Erant pariter. *in ſignum charitatis.*

s Et ha. o.cõ. *in ſignum fraternitatis. Et ex hoc omnis religio habuit exordium, in qua nõ licet habere proprium.*

D

t Poſſeſſiones. *id eſt agros & uineas.*

u Et ſubſtan. *i. pecora & conſimilia.*

x Vende. *vt de precio cõiter oĩbus prouideretur, tamẽ ſcđm indigẽtias eorũ.*

y Quotidie quoq; per. una in tem. *vbi erat locus orationis quo ad omnes, & prædicationis quo ad apoſtolos.*

z Et fra.ci.d.pa. *in reditu ſuo de tẽplo.*

a Sumebant ci.cũ ex. *mentis in Deũ.*

b Et ſimplicitatis cordis. *i. ſine plica doloſitatis & ſimulationis.* — † inf. 4. g

c Collau.Deũ. *de beneficijs acceptis.*

d Et habentes gratiam ad omnem plebem. *ut ſic de quolibet eorum poſſet dici, quod de ſancto Sebaſtiano legitur: Neceſſe erat ut quem Deus tanta perfuderat gratia, ab omnibus amaretur.*

e Dominus autem augebat. *ſupple numerum eorum.*

f Qui ſalui fiebant. *per receptionem fidei catholicæ.*

g Quotidie. *& non ſolum in die Pentecoſtes, ſed etiam in alijs diebus ſequentibus.*

h In idipſum. *id eſt in vnionem apoſtolicæ doctrinæ.*

(Scripture text:)

cifixiſtis. His auditis compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos apoſtolos: † Quid faciemus uiri fratres? Petrus uero ait ad illos: Pœnitentiam inquit agite, & baptizetur unuſquiſque ueſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum ueſtrorum, & accipietis donum ſpirituſſancti. Vobis enim eſt repromiſſio & filijs ueſtris, & omnibus, qui lõnge ſunt, quoſcunque aduocauerit Dominus Deus noſter. Alijs etiam uerbis plurimis teſtificatus eſt, & exhortabatur eos dicens. Saluamini a generatione iſta praua. Qui ergo * receperunt ſermonem eius, baptizati ſunt, & appoſitæ ſunt in die illa animæ circiter tria milia. Erant autem perſeuerantes in doctrina apoſtolorum & communicatione fractionis panis & orationibus. Fiebat autem omni animæ timor. Multa quoque prodigia & ſigna per apoſtolos in Ieruſalem fiebant, & metus erat magnus in vniuerſis. † Omnes etiam qui credebant erant pariter, & habebãt omnia communia: poſſeſſiones & ſubſtantias uendebant, & diuidebant illa oĩbus prout cuique opus erat. Quotidie quoque perdurãtes vnanimiter in templo & frangentes † circa domos panẽ, ſumebant cibum cũ exultatione, et ſimplicitate cordis collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat, qui ſalui fiebant quotidie † in idipſum.

(Interlinear glosses:) a ¶Ex quo dixit, viri Iudæi. ¶Salomon. Verba ſapientium ſtimuli, ſecundum illud: Et in cubilibus veſtris compũgimini. — a ¶Quaſi ad medicos & duces cęci loquuntur & ægri. — a ¶Demonſtrate nobis. ¶Ecce fructus compunctionis. b ¶Quia & ipſi Iſraelitę. — a ¶Feruorem fidei præripuit. b ¶Cordis. — a ¶Opere implere. b ¶Tingatur. c ¶Nullus pro alio. — a ¶De quo diximus: & Dominum Chriſtum eum fecit Dominus. hoc dicitur: quia filium Dei non crediderunt. — a ¶Pręcipue crucis de qua dixeram: quem crucifixiſtis. — a ¶Quod in nobis miramini b ¶Iudeis. ¶Vel vobis hic ſtantibus, & omnibus Iudęis procul poſitis. — a ¶Illa, ſ. effundam ſuper vos de ſpiritu meo. — a ¶Etiam Gentibus quia dono ſpiritus ium non repelluntur. b ¶Loco uel a noticia Dei. — a ¶Gratia, non meritis. ¶Quę reticentur, quia eiuſdem qualitatis erãt. — a ¶De Chriſto. b ¶Adiurauit. — a ¶Illos ægros, & ſe medicum oſtendit. b ¶Iudęorum qui nõ pęnitent. — a ¶Quæ eſt peruerſa & exaſperans. — a ¶Illum ſcilicet pœnitentiam agi.&c. — a ¶Numerus fidei congruus, quę trina eſt & vna. b ¶Non vna die tantũ. — a ¶Fidei. b ¶Non ſolius Petri, quia eadem erat omnium. — a ¶Siue communis, ſiue ſancti. — a ¶Exceptis credentibus. b ¶Imperfecte. perfecta enim charitas foras mittit timorem. ¶pro prędicatione, ſiue propter prodigia quæ ſequuntur. c ¶Appropinquat virtutis narratio. — ¶Prædicationi adiuncta. — a ¶Preter centum viginti, de quibus dictum eſt. — a ¶Iudicium fraterni amoris eſt oĩa poſſidere, & nihil proprium habere. — ¶Agros. ¶Pecora. — a ¶Non ſecundum honorem, ſed ſecundum indigentiam, ut manna. — a ¶Vt apoſtoli. b ¶Deus facit inhabitare vnius moris in domo. c ¶In oratione. Ecce contemplatio. d ¶Hic actiua uita ſignatur. — a ¶Non in templo, vt ſanctus locus eſſet orationi, & communis eſſet uictui. b ¶Sanctum uel corporalem. — a ¶In honore ſui magiſtri. b ¶Nihil interrogantes. c ¶Vnanimitate charitatis. d ¶Cooperantes in laude. — ¶De perceptis gratias agentes, iuxta illud: Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti. a ¶Coram plebe, ſiue ipſi plebi gratias agentes, ſiue in conſpectu plebis gratiam inuenientes. — ¶Non ſolum priores perſeuerabant, ſed Dominus. — a ¶Non ſolum in pentecoſten. b ¶Vnionem apoſtolicę regulę.

† per ſingulas domos

## MORALITER.

* *i Et appoſitæ ſunt in die illa animæ circiter tria milia.* Et per iſtum fructum ad prædicationem Petri tunc factum ſignificatur fructus multiplex, qui fit in eccleſia per laborem prædicatorum. — † in cõgregatione.

## GLOS. ORDI. CAP. III.

*P*Etrus aũt & Io. Virtutẽ p̃dictã pſeqtur. Ita autẽ viciſſim ſibi connectũt vt ſermões virtutibus, virtutes ſuccedãt ſermonibus.

*Ad horam*

## CAP. III.

a ¶Pręcipuis exordiatur.

PEtrus autem & Iohannes *aſcendebant in tem-

¶Qui orat aſcendit.

## NIC. DE LYRA. CAP. III.

PEtrus au. *Hic cõſequenter deſcribitur p̃dicatio Petri adiũcto miraculo. & diuiditur ĩ tres ptes, qꝛ primo ponitur o patio miraculi. ſcđo p̃dicatio Petri, ibi Vidẽs autẽ* — Diuiſio



¶ Petrus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

E a *Ad horam no.* Bed. Apoſtoli hora nona templum ingreſſuri, primo claudum diu debilem ſanant, poſt uſque ad ueſperam laborantes multa milia hominum uerbo fidei imbuunt: quia doctores eccleſiæ prius Iudæis, poſtea Gentib. prædicant. Hi ſunt operarii, quos nona & undecima hora in uineam paterfamilias inducit. (In actis apo. c. 2. & 5. Mat. 20. a)

b *Clau. ex ute.* Be. Populus Iſrael non ſolum ab incarnatione, ſed etiam à tempore legis rebellis, quaſi ex utero matris claudus fuit. quod in Iacob cũ angelo luctante & claudicante figurabatur: quia populus ille Chriſto in paſſione præualens, in quibuſdam per fidem benedictus, in alijs ex infidelitate eſt claudus. (Gen. 32. f)

c *Portam tem. &c.* Be. Allegorice. Porta templi ſpecioſa dominus eſt, per quam intrat. ſaluatur ad hanc portam Iſrael debilis, nec ire ualens, legis prophetarumq; uocib. affertur, ut ab ingredientib. poſcat auxilium fidei & ſapientiæ: quia uaticinia futurorum quaſi ad portam ponunt auditores. Sed Petrus in templum perducit, cui per confeſſionem fortem etiam cognomen petræ claues cęli ſunt datæ.

d *Argentum &c.* Memor illius præcepti: Nolite poſſidere aurum & argentum. pecuniam, quę ad pedes apoſtolorum ponebatur, non ſibi recondebant, ſed ad uſus pauperum, qui ſua patrimonia reliquerant, ſeruabant. Be. Alle. Argentum &c. Habuit quidem primũ tabernaculũ iuſtificationes culturæ, ſanctumſanctorum auro & argẽto diſtinctum: ſed metallis legis ſanguis euangelij precioſior emicat: quia populus qui ante auratos poſtes debilis iacuerat, in nomine Ieſu Chriſti crucifixi templum cęleſte ingreditur. (Mat. 10. b) F

e *Et appreben.* Bed. Quem uerbo erigit, hunc & dextera confortat: quia ſermo docentis minus ualet in auditore, ſi nõ cõmendatur exemplo propriæ actionis.

f *Et exi. ſte.* Bed. Ordo perfectionis: primo ſurgit qui iacuerat, deinde iter uirtutum arripit, & ſic regni ianuam cum apoſtolis intrat. († plantæ illius ac tali)

g *Stupore & exta.* Be. Pauore & exceſſu mentis. Dicitur ẽt extaſis, cum mens a pauore non alienatur, ſed inſpiratione reuelationis aſſumitur.

h *Cucurrit omnis po.* Be. Alle. Saluato Iſrael per apoſtolos cucurrit omnis mũdus ad limina ueri pacifici: de quo dr̃: Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Ipſe eſt lapis de monte abſciſus: q terreno regno ruente, ſolus per orbem pacificũ tenet imperiũ. (Eſa. 9. b Dan. 2. e)

*Deus Abra-*

¶ Non orationis, ſed diei.
a plum ad horam orationis nonam. a
a ¶ Cuius difficilis eſt ſanitas.
b Et quidam uir, qui erat claudus ex b
a ¶ In hoc diuturna & grauis oſtenditur infirmitas.
utero matris ſuæ baiulabatur, quẽ c d
c ponebant quotidie ad portam tẽ-
a ¶ A quodam ornamento ſpeciali.
pli, q̃ dicitur ſpecioſa, ut peteret e
a ¶ Miſericordiam.
¶ Miſericordes fore credidit eos, qui templum frequentarent.
eleemoſynam ab introeuntibus in
templum. Is cum uidiſſet Petrum
& Iohannem † incipientes introire
in templum, rogabat ut eleemoſy
¶ Ab eis.
nam acciperet. Intuẽs autem cum
a ¶ Q. paupertatem habitu demonſtrantes.
Petrus cum Iohanne dixit, Reſpice f
¶ Quos noſti eſſe pauperes. a ¶ Intuebatur.
in nos. At ille itẽdebat in eos, ſpe g
rans ſe aliquid accepturum ab eis.
d Petrus autem dixit: Argentum & h
a ¶ Non habeo uel non habeo modo, uel non eſt modo ad manum. ¶ Alia oſtendit ſe habere.
aurum non eſt mihi, quod autem i
¶ Gratus ſeruus non ſe, ſed dominum glorificat, ut credatur in eum, cui reſiſtebant
habeo, hoc tibi do. In nomine Ieſu k
a ¶ Sancti. b ¶ A loco alieno. c ¶ Plenam ſalutem in his duobus dat. Ambulatio .n. ſanitatis eſt probatio.
Chriſti Nazareni ſurgẽ & ambu- l
a ¶ Dextera eſt ſalutis proſperitas
e la. Et apprehenſa manu eius dexte
a ¶ Non medicinali tarditate. ¶ Nulla intercedit cunctatio, ne putetur aliunde ſanatio. b ¶ Confirmati ſunt greſſus eius.
ra alleuauit eũ: & protinus conſoli m
a ¶ Quæ enerues ſunt in paralyticis. ¶ Planta a planicie dicta eſt.
f datæ ſunt † baſes eius & plantæ. Et n o
a ¶ Non exurgens. ¶ Iuxta prophetam dicentem: Exiliet ſicut ceruus claudus.
exiliens ſtetit & ambulabat, & in- p
a ¶ Exemplum eſt gratias agendi domino. ¶ Cæleſte
trauit cum illis in templũ, ambu-
¶ Duo præcepta implebat.
lans & exiliens & laudans Deum.
¶ Sanitatem illius. ¶ Ecce plenitudo teſtium.
Et uidit omnis populus eum am-
¶ Non dubitabant de perſona.
bulantem & laudãtẽ Deum. † Co-
gnoſcebant autem illum, quoniã
ipſe erat, qui ad eleemoſynam ſede
bat ad ſpecioſam portam templi.
¶ Non fide.
g Et impleti ſunt † ſtupore & extaſi
¶ Bona contingunt.
in eo, quod contigerat illi. Cum
uiderent autem * Petrum & Iohan
a ¶ Non ſacerdotes.
h nem, cucurrit omnis populus ad
a ¶ Adorandos.
eos ad porticum, quæ appellaba- q
tur Salomonis, ſtupentes. Vi- r
¶ Curſui & ſtupori, uel urbi ſtupenti.
dens autem Petrus reſpondit ad
populum: Viri Iſraelitæ, quid s
miramini in hoc? aut nos quid
¶ Apparet quare currebat populus.
a ¶ Hæc duo neceſſaria ſunt ſaluti.
intuemini, quaſi noſtra uirtute
a ¶ Noſipſi non Deus.
aut pietate fecerimus hunc ambu

## NIC. DE LYRA.

¶ *Petrus. tertio excitatio zeli. ſe. ca. Circa primum notatur hora, cum dicitur:* Petrus autem & Ioh. aſcen. in tem. *i. in atrium mundorum quod erat orationis locus.* († admiratione & ſtupore)

a Ad ho. orationis no. *tribus .n. horis in die orabant Iudæi. vnde dicitur Dan. vi. c. quod Daniel tribus tẽpibus in die orabat contra Ieruſalem, ſcilicet mane, hora nona, & ueſpere.* (* qui ſanatus fuerat claudus)

b Et qui. uir. qui e. clau. ex u. *ex quo miraculum fuit euidentius quam ſi fuiſſet claudus ex aliquo accidentaliter.*

c Baiulabatur. *quia non ſolum erat claudus ſed etiam ſic contractus, quod non poterat incedere.*

d Quem po. quo. ad por. *Iſta vt dicunt aliqui, eſt illa porta, quam ædificauit Ioatham rex Iuda, ſublimiſſima. Sed ſi intelligebant de porta eadem numero, quam ædificauit Ioathã non eſt uerum. nam illa fuit combuſta per Chaldæos. potuit tamen alia in eodem loco reædificari ad ſimilitudinem primæ, & retinuit nomen antiquum.* (2. Paralip. c. 27. 4. Reg. vlt.)

e Vt pe. ele. *ſicut conſuetum eſt talibus, qui non poſſunt lucrari uictũ ſuum. Cætera patent vſque ibi:* G

f Reſpi. in nos. *i. conſidera nos pauperes nihil tibi dare ualentes, ut dicunt aliqui. & uidetur hoc gl. interlinearis dicere. Sed ſaluo meliori iudicio uidetur aliter dicendum. Si enim Petrus ſic ei reſpondiſſet ſpe recipiendi aliquid ab eis, ſibi non dediſſet, ſed magis contrarium. & tamen ſubditur,*

g At il. in. in eos ſpe. &c. *Ideo dicendum, q Petrus & Iohannes, qui erant ualde miſericordes, reſpexerunt eum clementibus oculis, cogitantibus ſibi melius dare quam petebat, ideo dicit ei Petrus,* Reſpice. in nos. *non in noſtra. propter quod ſubditur,*

h Argentum & aurum non eſt mihi. *memor illius præcepti, Nolite poſſidere aurum & ar. &c. vt dicit glo.* (Mat. 10)

i Quod au. ha. hoc ti. do. *Quod enim per amicos poſſumus, quodammodo per noſipſos poſſumus. ſanitatem autem illam poterat Petrus dare uirtute domini ſui & amici Ieſu Chriſti. ideo ſubditur,*

k In nomi. Ieſu Chriſti. *i. in uirtute eius.*

l Surge & am. *neutrum enim antea poterat.*

m Et proti. conſo. ſunt ba. eius. *i. crura & tibiæ, quibus innititur corporis pondus.*

n Et plantæ. *i. pedes vſque ad ultimam ſuperficiem.*

o Et exiliens ſte. & am. *In quo oſtenditur curatio perfecta et in inſtanti, quam ſolus Deus poteſt facere.*

p Et intra. cum illis in tem. *ut redderet deo gratias de tanto beneficio. Cætera patent uſque ibi:*

q Ad por. quæ ap. Salomo. *Porticus enim illa, quam fecit Salomon in templo, fuit per Chaldæos combuſta, ſed poſt reditum captiuitatis Babylonicæ in eodem loco fuit alia reædificata, retinens nomen antiquum.*

r Videns autem. *Hic conſequenter ponitur exhortatio Petri, in qua primo arguit Iudæorum iniquitatem. Secundo eos inducit ad ueritatem, ibi: Et nunc fratres. Circa primum dicit,* H

s Viri Iſraelitæ quid miramini &c. *quaſi noſtra uirtute, aut pietate fecerimus. ſic habent libri correcti. Ad faciendum enim aliqd bonum requiruntur facultas, & bona uoluntas, quæ per uirtutem & pietatem deſignantur. q.d. Petrus: Si feciſſemus hæc noſtra poteſtate & uoluntate, bene eſſet admirandum, ſed ſic non eſt, propter quod ſubditur,*

¶ Deus Abraham

## MORALITER.

* b *Et quidã uir q. e. c. ex ute. m. ſuæ. & c. p. tẽ.* Dei templum proprie dicitur locus beatorũ, de quo dicitur pſ. xxviii. b. In templo eius omnes dicent gloriã. Nam laus iugis eſt ibidem. Huius autem templi porta ſpecioſa eſt beata uirgo Maria, de qua cantat eccleſia, Felix cæli porta. Per hanc enim portam Dei filius uenit ad nos redimendum, & per eam deducit nos ad glorificãdum. Si quis autem claudus eſt ambulare non potens in uia morum, ponatur per deuotionem ad ipſam, erigetur diuinitus & fortificabitur ad uelociter gradiendum. Si uero fuerit pauper & mendicus, ditabitur plenitudine ſpiritualium bonorum, & hæc mutatio dexteræ excelſi, mirabilis eſt in conſpectu omnium bonorum. († Agnoſcunt)

r *Videns autem Petrus reſpondit ad po. &c.* Per Petrum & Iohannem conſtanter prædicantes uirtutem Chriſti, & nihil attribuentes propriæ uirtuti, ſignificantur prædicatores eccleſiæ, qui fidem & mores prędicant conſtanter, & nihil appropriant ſibi honoris uel quæſtus temporalis, ſed attribuunt Deo totum, quærentes ſalutem animarum. Per quinque vero milia per iſtam prædicationem Petri ad fidem conuerſa ut dicitur. ca. ſequ. ſignificatur multitudo peccatorum conuerſorum ad pœnitentiam per doctorum & prædicatorum eccleſiæ ſanam doctrinam.

Vt



A a *Deus Abraham & Deus Iſa. & Deus Ia.* Rab. Tres memorant nullo impio intercedente, vel pp principatum iuſtitiæ, vel pp continuam iuſtorum ſeriem, vel pp numerum teſtium. *Deus Abraham, & Deus Iſaac Deus Ia* Trinitatem notat Deus: patrũ hic unitatem. Memorans patres fidem ſuadet, ne quaſi nouũ introducere uideretur. Ra. In his trib. oẽ ſacr̃m eccleſiæ completur. Aut n. ex bonis boni, vt Iſaac ex Abraham. Aut ex malis mali: vt Hiſmael ex ancilla Agar aut ex bonis mali, vt ex Iſaac & Rebecca Eſau. Aut ex malis boni: ut filii Iacob ex ancillis generati. quod etiam in ſpiritali generatione ſimiliter obſeruatur.

b *Tradidiſtis &c.* Be Sapiens doctor loquens de dño illis, qui eũ occiderunt, primo humanitatis, qua tradi & interfici potuit, recordatur. deinde paulatim reſurrectione patefacta Deum & Dei filium eſſe declarat, & autorem etiam uitæ prædicat.

c *Interfeciſtis &c.* uoluntate & verbo & hoc contra legem, quę dicit, qui occiderit hoĩem uolens. & ipſe occideẽ.

d *Integram ſ.* In duob. q̃ præcepta ſunt.

e *Per ignorantiã.* Duo cooperata ſunt: ignorantia ueſtra, & præſcientia Dei.

f *Per os omnium.* ideo neceſſe erat impleri, quia non unus ſed omnes prophetauerunt

g *Vt de. pe. ue.* Be. Tunc plene delebuntur peccata, cum uirtute reſurrectionis mors deſtruetur nouiſſima.

h *Vt cum ue.* Continuatiue ad præcedentia. ſ. *ut cum uene. tempora refri. a conſpectu domini:* tunc deleantur peccata ueſtra.

i *Quem opor. qui. cæ. &c.* Eccleſiã p fidẽ, uel in cælo ad dexteram patris ſedere

k *Oportet quidem &c.* Bed. Hoc eſt qđ eidem Chriſto a patre dictũ propheta teſtatur. Dixit dominus domino meo, ſe. a dex. meis, donec po. ini. tu. ſca. pe. tu. Aſſumptus enim in cęlũ ſedet a dextris Dei in ſede maieſtatis, ſemper Deus manet, neq; vnq̃ ide abfuit, ſed ĩ humanitate uẽturus ẽ de cælo ad iudicãdũ & reſtituẽdõ oĩa q̃ locutus ẽ Deus p oẽs pphetas ab initio ſeculi, quia ſanctis intrantibus cũ dño in gaudio, reprobi ſuberunt pęnis cũ diabolo, quo cõpleto, nihil reſtabit de his, quæ promiſſa ſunt a prophetis. B

l *Moyſes qui* Exempla ponit nõ de oĩbus, qui locuti ſunt, vel quę.

m *Q̃oniã p.* Be. Filius Dei de populo Iſrael carnẽ aſſumpſit, apparẽs ĩ ſimitudinẽ Moyſi, vt ſicut ille carnalẽ Iſrael ceremoniis & ſacris legalib inſtructũ & purificatum in terrã pmiſſionis introduxit, ita & Ieſus p gratiã euãgelii ſpiritualem Iſrael ad cælum duxit. Et ſicut contemptores legis Moyſi de terra promiſſionis ab inimicis ſunt eiecti, ſic qui doctrinam euangelii deſpiciunt, per ultores ſpiritus de cœtu ſctõrũ pellentur. & hoc eſt quod ſequitur: Erit autem omnis anima.

m *De fratri. ue.* Ra. Ioſue de Ephraim, Ieſum de Iuda.

*Erit autem*

a ¶ Quia Abraham ei crediderit etiam tempore præputii.
a lare? Deus Abraham, & Deus Iſaac, a
a ¶ Trium, uel omnium, ſed uiuentium. ¶ Non eſt Deus mortuorum,
& Deus Iacob, Deus patrum noſtro- b
a ¶ In ſanitate paralytici. b ¶ Non nos quos intuemini. ¶ Conſubſtantialem. c ¶ Saluatorem mundi. Ad ſaluandum uenerat, & uos tradidiſtis ad mortem.
rum, glorificauit filium ſuũ Ieſum c
b quem uos quidem tradidiſtis, & ne d e
a ¶ Non hunc, ſed Barrabam poſtulantes dimitti.
b ¶ Quamuis Gentilis, in quo damnantur Iudæi.
gaſtis ante faciem Pilati, † iudican- f
a ¶ In ſe. ¶ Sine peccato.
te illo dimitti, † Vos aũt & ſanctum g h
a ¶ Ad proximum. ¶ Sine iniquitate.
b ¶ Barrabam autorem ſeditionis & homicidii.
& iuſtum negaſtis, & petiſtis uirum i
homicidam donari uobis, autorem k
a ¶ Lazari & cæterorum. ¶ Præſentis & futuræ.
b ¶ Qui tradit interficit. c ¶ Pater
c uero uitæ interfeciſtis, quem Deus l m
a ¶ Longe ne iterum moriatur. b ¶ Chriſti. c ¶ Vel facti.
ſuſcitauit a mortuis, cuius nos teſtes n
ſumus & in fide nominis eius, hunc o
a ¶ Sanum. b ¶ Paralyticum. c ¶ In ſanitate.
quem uos uidiſtis & noſtis, † confir- p q
¶ Cognitio. a ¶ Inuocatio nominis eius.
mauit, nomen eius, & fides, quæ per r
a ¶ Chriſtum hominem & Deum. b ¶ In corpore & anima.
d eum eſt, dedit integram ſanitatem
a ¶ Corporalem.
iſtam, in conſpectu omnium ue-
a ¶ Suauiter ſcelus eorum arguit.
e ſtrum. Et nunc fratres, ſcio, quia per t u
ignorantiam feciſtis, ſicut & princi-
pes ueſtri. Deus autem, qui prænun x
a ¶ Vno ore locuti ſunt omnes. b ¶ Ad differentiam pſeudo.
f ciauit per os omnium ſuorum pro-
a ¶ Vnde & ſupra Chriſtum fecit Deus
phetarum pati Chriſtum ſuum, ſic
a ¶ Quia feciſtis ſic, ergo pę. ¶ De malis.
impleuit. † Pœnitemini igitur, & y z
a ¶ Ad bona. unde, Declina a malo & fac bonum.
g conuertimini, ut deleantur pecca- a
a ¶ Licet per ignorantiam facta. b ¶ Quia præteritum eſt incarnatione, uel futurum in iudicio.
h ta ueſtra, ut cum uenerint tempora b
a ¶ Diſcretio uniuerſalis iudicii & redemptio iuſtorum.
b ¶ A facie. Chriſti in carne.
† refrigerii a conſpectu domini, & c d
miſerit eum, qui prædicatus eſt uo-
a ¶ Ambiguitas dictionis.
i k bis Ieſum Chriſtum, quem oportet e
a ¶ Eccleſiam. b ¶ In iudicio.
quidem cęlum ſuſcipere uſque in f
a ¶ Repletionis uel renouationis.
tempora reſtitutionis omnium, quę g
¶ Non ab hominibus, ſed per homines dicta.
locutus eſt dominus per os ſancto-
a ¶ Non nuper inuentum, ſed olim ſcriptum.
rum ſuorum a ſeculo prophetarum
a ¶ Senſum Moyſi, non verba poſuit Petrus. ¶ Primum diuinæ legis ſcriptorem anteponit cæteris.
l m Moyſes quidem dixit, † Quoniam h i
a ¶ Non Ieſum filium Naue, ſed dominum Ieſum.
b ¶ Naſcendo uel reſurgendo. c ¶ Ad profectum ueſtrum
prophetam ſuſcitabit uobis domi-
a ¶ Ad diſtinctionem falſorum Deo. b ¶ Obediendo ſicut mihi.
a nus Deus ueſter de fratribus ue-
a ¶ Verum hominem uel a me figuratum.
b ¶ Pro imperatiuo poſitum.
ſtris, † tanquam meipſum audietis k

## NIC. DE LYRA.

¶ a Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. *Vtitur hoc modo loquendi, quia communis erat apud Iudæos in aſſertionibus ueritatis, ut patet ex decurſu veteris Teſtamenti.*

b Deus patrum noſtror. *qui eſt oĩpotens.*

c Glorificauit filium ſu. Ie. *eum reſuſcitãdo & collocando ad dexteram ſuam.* († uti ſimiliter meipſum)

d Quem uos quidẽ tra. *Pilato interficiẽdũ: hoc enim fecerant principes, in quibus erat totus populus virtualiter.*

e Et negaſtis ante fa. Pi. *dicendo: non habemus regem niſi Cæſarem.* (Ioan. 19.)

f Iudicante illo. *ſ. Pilato.* C

g Dimitti. *ſupple debere Ieſum, ſcilicet innocentem, ut habetur ibidẽ.*

h Vos aũt ſan. & iu. ne. *& dicit ſanctum & iuſtum abſolute, quia ſanctus & iuſtus eſt antonomaſice. unde dicitur, Sanctuſſanctorum. Dã. ix.*

i Et petiſtis ui. ho. *ſ. Barrabam: qui propter ſeditionem quandam in ciuitate & homicidium miſſus erat in carcerem.* (Luc. 23.)

k Autorem uero u. *corporalis & ſpiritualis, quod Chriſto competit ſecundum eius diuinitatem.*

l Interfeci. *in humanitate aſſumpta.*

m Quem Deus ſuſci. *per ſuam oĩpotẽtiã.*

n Cuius nos teſtes ſumus *nõ tantum duo vel tres ad ſufficientiam, ſed multo plures ad ſuperabundantiam.*

o Et in fide no. eius, hunc quem uos ui. *nunc ſanum & incolumem.*

p Et no. *ante fuiſſe claudum & impotentẽ.* († cum iudicaſſet eſſe abſoluendum.)

q Confirmauit. *in ſanitate.*

r Nomen e. *i. inuocatio nominis Chriſti.*

s Et fides &c. *Nam inuocatio ſine fide efficax non eſſet.*

t Et nunc fr. *Hic conſequenter inducit eos Petrus ad ueritatem. & primo ratione, ſecundo ſcripturæ allegatione, ibi: Moyſes. Circa primum dicit.* Et nunc fra. *dulciter eos alloquitur, ut verbum eius magis recipiatur.* (Diuiſio)

u Scio, quia per ignorantiam feci. ſicut & prin. ue. *Alia tamen fuit ignorantia hic & ibi. Nam principes, qui erant literati, per ſcripturas quæ prædictæ erant de Chriſto & per eius opera, cognouerunt primo de Ieſu Nazareno q ipſe eſſet Chriſtus in lege & in prophetis pmiſſus, ſicut dictũ fuit plenius ſup illud Mat. xxi. d. Primo aũt agricolæ dixerunt, hic eſt hæres. Sed quia incæpit prędicare contra eorum vitia publice, conceperũt contra eum inuidiam & odium, & ſic in eis fuit ſubuerſa dicta noticia: quia corruptio affectionis corrumpit iudicium rationis. & in augmentum maliciæ deceperunt populum ſimplicem, inducentes eum ad petendum mortem Chriſti, Principes autem ſacerdotum & ſeniores perſuaſerunt populo, ut peteret Barrabam: Ieſum uero perderent. & ſic patet quod ignorantia principum fuit multo grauior quam popularium.* († cõſolidaui.) D (Matt. 27. b)

x Deus au. q. p. per os om. ſuo. pro. &c. *Dicit autem os in ſingulari, ad deſignandum, quod omnes prophetæ vno ſpiritu ſunt locuti, & paſſionem Chriſti omnes literaliter uel myſtice prædixerunt. Sic impleuit, nam malis actibus hominum utitur ad bonum. ſunt enim ab eo inquantum actus.*

y Pœnite. igi. *a peccatis ueſtris.*

z Et conuer. *ad Chriſtum.*

a Vt dele pe. ue. *per baptiſmum.*

b Vt cum ue. ten. re. *i. ultimi iudicij. tunc enim ad refrigerium beatitudinis transferentur electi.*

c A con. do. *ſecundum ordinationem eius.*

d Et miſe. eum qui prædi. eſt uo. Ie. Chr. *ad iudicandum ſeculum per ignem in forma humanitatis glorioſa.*

e Quem opor. qui. cæ. ſuſci. *id eſt interim in cælis ad dexteram patris ſedere, ut dictum eſt ſupra.* (Cap. 1.)

f Vſq; in tempo. reſti. om. *id eſt extremi iudicij, in quo omnia reducentur ad ſtatum ordinatiſſimum ſecundum lineam diuinæ iuſticiæ.*

g Quæ locu. eſt do. per os ſan. ſuo. a ſeculo. *ab antiquo, & non ſolum de nouo.* († Deuter. 18. d)

h Moyſes qui. di. *Hic conſequenter ad propoſitum inducit ſcripturas prophetarum. & primo in ſpeciali dicens:* Moyſes qui dixit: *Dentero. xviij.*

i Quoniam prophetam ſuſcitabit uobis domi. Deus ueſter. *quod ſicut ibidem dictum fuit, intelligitur principaliter de Chriſto, qui dicitur propheta magnus, Et deſcendit de Iudæis ſecundum carnem.*

k Tanquam meipſum audietis iuxta. *Id eſt latorem noui Teſtamenti, ſicut me ueteris.*

Iudi-



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Erit au.&c.* Be Breuiter & lucide prophetarũ & legis teſtimonio docet Chriſtum à cunctis gentibus audiendum, qui incredulos damnabit, æterna benedictione fideles donabit.

b *Extermina.de ple.* A ſorte ſanctorum, & extorris reddetur, vel extra terminos beatitudinis eiicietur. Rab. Reſiſtentes Ioſue de carnali plebe, reſiſtentes Chriſto de ſpirituali exterminantur: utranq; inobedientiam mors ſequitur carnalis ſiue ſpiritualis.

c *Et omnes pro.* Be. Quamuis patriarchę & ſancti prioris tpis multa de Chriſto uerbis & factis prophetauerunt, proprie tamen tps prophetarum eorum. ſ. qui de Chriſti & eccleſiæ myſterio manifeſte ſcripſerunt, ſumpſit exordium à Samuele & vſque ad captiuitatem Babylonis permanſit.

d *A Samuele.* Sub Samuele regum tempora cęperunt in Iudæa.

e *Teſtamen.* Be. Ex illo teſtamento, quod ad Moyſen, & ex hoc, quod ad Abrahã dictũ eſt, ſeueritas Dei & bonitas patet. Bonitas in his, qui in Chriſti fide meruerunt benedici. Seueritas in his, qui pro cõtemptu & inobedientia ſunt exterminati. *Teſtamen. &c.* Quod infra ſequitur dicens: In ſemine tuo benedi. oẽs gentes.

f *Patres no.* Quia non ſoli Abrahæ, ſed Iſaac & Iacob promiſſum eſt.

g *In ſemine tuo bene.* Bed. Semen Abrahæ Chriſtus eſt: in fide cuius oĩb. familijs, Iudæis. ſ. & Gentib. bñdictio promiſſa eſt.

h *Omnes fa.* Be. Non q oẽs, ſed quia nulla benedicitur niſi in eo. ſicut & illud: Illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.

i *Benedi.* Be In Adæ maledictæ peccato: in Chriſto benedictæ ſunt, in quo & illi benedicuntur, qui incarnationem præceſſerunt: quia idem homo Deus ianuam cęli aperuit & in fine dicet omnibus electis: Venite benedicti patris mei &c.

k *Filium ſuum.* Be. Intuendum eſt: q eundem filium Dei, quem ſemen Abrahæ nuncupauit: propter duas eiuſdem naturas, ne vel hominem tantum Chriſtum, vel alterum hominis, alterum Dei crederent filium. quo laqueo Neſtorius & alij plures decepti ſunt,

Margin: Ibidem. †quot quot. †teſtatus eſt. † noſtros. Gen. 12. a. *Ieſum. Ioan. 1. a. Mat. 25.

---

¶Nihil diminuentes, nihil addentes.
iuxta omnia quæcunque locu-
¶Hoc, quod omnis anima &c.
a tus fuerit uobis. Erit autem:
¶Pars principalis pro toto homine. a ¶Obedierit
omnis anima, quæ nõ audierit a b
a ¶Ab hominibus. ¶Vel a Deo. ¶Secundum legem. ¶Vel a ſorte ſanctorum. ¶Occide ut.
b prophetam illum, extermina- c
a ¶Spirituali. b ¶Poſt Moyſen.
c bitur de plebe. Et omnes pro- d
a ¶Quaſi a principe prophetarum. b ¶Vſque ad Iohannem bap.
d phetæ à Samuele & deinceps
a ¶Prophetice. b ¶Tempora reſſigerij.i.utriuſque aduentus domini.
† qui locuti ſunt, annũciaue-
¶Per hoc inexcuſabiles eſtis.
runt dies iſtos. Vos autem eſtis e
¶Vel antiqua conſuetudine, uel natura. b ¶Vt ſequitur, ſcilicet: in ſemine tuo &c.
e filij prophetarum & teſtamen- f
f ti quod† diſpoſuit Deus ad pa- g
a ¶Cui primum facta eſt promiſſio.
tres † ueſtros dicens ad Abra- h
a ¶Non in ſeminibus ſed in uno ſemine, qui eſt Xp̃s.
g ham. †Et in ſemine tuo benedi i
a ¶Non una gens.
h i centur omnes familiæ terræ.
¶Vero. ¶Ante gentes a ¶Secundum carnem.
Vobis primum Deus ſuſcitans k
a ¶Incarnari fecit. b ¶Prædicantem, uel benedictos facientem.
k filiũ ſuum * miſit eum benedi- l m
a ¶Libertatem arbitrij oſtendat.
centem uobis, ut conuertat ſe n
¶Qua impugnatur.
unuſquiſque à nequitia ſua.

NIC. DE LYRA.

a Omnis ani. *omnis homo. Ponitur hic pars principalis pro toto.*

b Quæ non au. pro il. *legẽ euãgelicã renuẽdo.*

c Extermi. de plebe. *i. de ſanctorum ſocietate. Conſequenter inducit ſcripturas prophetarum in quodam generali, dicens:*

d Et omnes prophe. a Sa. &c. *Sub illo enim incæpit regnum Iſrael & Iuda, ut patet. i. Reg. x. Temporibus uero regum & deinceps fuerunt prophetæ q clarius locuti ſunt de myſterio Chriſti, vt eſt ſuperius oſtenſum in expoſitione prophetarũ. Vnde de Eſaia dicit Hieron. quod uidetur magis euangelium quam prophetiam texere.*

e Vos autem eſtis filii prophe. *i. in eorum ſcripturis.*

f Et teſtamenti. *i. promiſſionis.*

g Quod diſpoſuit Deus ad pa. ue. *de futuro.*

h Dicens ab Abraham. *Gen. xxij.*

i In ſemine tuo benedicen. omnes. fa. terræ. *Quod impletũ eſt in Chriſto ab Abraham deſcẽdente. ut patet p oẽs partes orbis, in quibus Chriſtiani, & adhuc magis implebitur circa finẽ mũdi quãdo omnes conuertentur ad fidem Chriſti.*

k Vobis primum Deus ſuſci. *i. manifeſtans.*

l Fili. ſ. *qa ĩter Iudæos fuit natus et conuerſatus*

m Miſit eum benedicentem uobis. *In perſona enim propria prædicauit Iudæis, & multa beneficia contulit, mortuos ſuſcitando, leproſos ſanando, cæcos illuminando, & huiuſmodi.*

n Vt conuertat ſe unuſqui. à ne. ſua. *ad hoc. n. reqritur actus liberi arbitrij. Vnde Aug. dicit: Qui creauit te ſine te, nõ iuſtificabit te ſine te.*

---

GLOS. ORDIN.
CAP. IIII.

Loquentibus autem.

a *Sacerdo. & magi. &c.* Qui doctores & iudices videbantur populi.

b *Dolen.* quod ad audiendos apoſtolos confluerent multitudo.

c *Saducæi,* qui negabant reſurrectionem, & ideo in doctrina eorum dolebant.

d *Reſurre. ex mor* Hoc maxime contra Saduceos, utrique vero dolebant, quod Ieſum, quem vt hominem occiderant, apoſtoli a Deo patre glorificatum affirmant

e *Et factus eſt nu.* Si in quinque milibus hominum, quos in eremo dominus pauit, populus legis a Chriſto liberatus accipitur, poſſunt & hic quinque milia ab apoſtolis inſtructa populum gentium deſignare, eiuſdem legis ſpiritualiter myſteria ſecuturum. Et bene utrique veſperi cęleſti munere donantur, quia cum uenerit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum in terris, &c.

Hic eſt

Margin: *illis. *nomine. †inf. 5. c. Gal. 4. a. † poſtero die. Zelus duplex.

NIC. DE LYRA.
CAP. IIII.

Loquentibus autem illis &c. *Poſita prædicatione Petri, conſequenter ponitur excitatio Zeli. Circa quod primo ponitur duplex zelus. ſecundo vtriuſque proceſſus, ibi: Factum eſt autem. Circa primum ſciendũ eſt, quod zelus aliquando accipitur pro inuidia aliquando uero pro ſingulari amicitia, Primus autem zelus ponitur, cum dicitur,*

a Loquentibus autem illis. *ſ. ad populum.*

b Superuenerunt ſacerdotes etc. *moti inuidia contra Chriſtum.*

Et Sadu-

CAP. IIII.

¶Petrus pro ſe & Iohanne locutus eſt, uel multitudini duo loquuntur.
Loquentibus au a
tem illis ad po
pulum, ſuper b
a uenerũt *ſacer
dotes & magiſtratus templi & c
a ¶Iuſti ſiue iuſtificati interpretantur.
b c Saducæi, dolentes, quod doce-
¶Hoc commune omnium.
rent populum, & annunciarent
d in* Ieſu reſurrectionem ex mor
tuis, † & iniecerunt in eos ma-
¶Carceris.
nus, & poſuerunt eos in cuſto- d
a ¶Hæc eſt cauſa cuſtodiendi.
diã uſq; in craſtinũ. Erat autem e
¶Non omnes.
iam ueſpera. Multi autẽ eorum f
qui audierant uerbum, credide g
e runt. Et factus eſt numerus ui- h
a ¶Ouium quæ uocẽ paſtoris audiunt uel agnoſcẽt
rorum quinq; milia. Factũ eſt i
autẽ† in craſtinũ, vt congregarẽ
tur principes eorũ & ſeniores &
¶Seorſum ponitur.
ſcribæ in Ieruſalẽ: & Annas prin
¶Sacerdotes qui de genere Aaron principatũ gerebãt.
ceps ſacerdotũ, & Caiphas & Io
a ¶Deſcriptis principibus ſacerdotum, alii ſine numero memorantur,
hãnes, & Alexãder, & quotquot
erant de genere ſacerdotali. Et k
¶Concilii.
ſtatuentes eos in medio inter-

c Et Saducæi dolentes. etc. *Iſti ſpecialiter e primuntur dolere, quia negabant reſurrectionẽ mortuorum, vt habetur infra.*

d Et poſuerunt eos in cuſtodiam. *id eſt in carcerem.*

e Vſque in craſtinum. *eo quod iam tranſierat hora ducendi eos ad iudicium. Secundo ponitur excitatio boni zeli cum dicit.*

f Multi autem eorum, qui audierant uerbum. *ſ. Petri prædictum.*

g Crediderunt. *in Chriſtum.*

h Et factus eſt numerus uirorum quinque milia. *cum præcedentibus conuerſis prius per prædicationem Petri, & ſecundum hoc fuerunt octo milia, quod videtur uerius. ſecundum alios uero tria milia prædicto ca. ij. in hoc numero includuntur,*

i Factum eſt autem. *Hic conſequenter ponitur utriuſque Zeli proſecutio. & primo mali, ſecundo boni, ibi: Dimiſſi ſunt. Circa primum primo ponitur apoſtolorum interrogatio. ſecundo Petri reſponſio, ibi, Tunc Petrus. Tertio ſuper prædicta collatio, ibi: Videntes autem. Circa primum dicitur:* Factum eſt autem in craſtinum vt congregarentur &c. *Multi enim & magni fuerunt conuocati, vt ex hoc apoſtoli magis terrerentur, & in uerbis ſuis caperentur. ideo ſubditur:*

k Et ſtatuentes eos in medio inter. *ex diuerſis partibus ad eos ſtupefaciendum.*

¶ In qua virtu-

MORALITER.

✻ o *Loquentibus autem illis ad populum, ſuperuenerunt ſacer. &c.* Per iſtos, qui Petrum & Iohannem conati ſunt a prędicatione nominis Chriſti ſimpliciter impedire, ſignificantur infideles & mali Chriſtiani, qui nituntur prædicatores eccleſiæ a prædicatione veritatis ſuis perſecutionibus perturbare.

✻ Tunc repletus



a *Hic eſt la* Ra. reſpondens ad interrogata de Chriſto predicat, & maxime de Dauid, cui patriarchæ ſuo præ cæteris crediderant.

b *Reprobatus.* Aug De lapide reprobato hiſtoria non habetur.

c *Aedifi.* Beda. Erant Iudæi qui ſoli legem & prophetas ad ædificationem legebant. hi dum ædificabant, peruenerunt ad lapidem angularem, qui duos parietes complecteretur i. inuenerunt in ſcripturis Chriſtum in carne venturũ, q duos populos in ſeipſum cõderet. Et qa Iudæi in vno pariete ſtare i. ſoli malebant ſaluari, reprobauerunt lapidem, qui non erat aptus ad unum, ſed ad duos: ſed illis nolentibus, hũc Deus poſuit in caput anguli, vt ex duobus populis & duobus teſtamentis ædificatio ſurgeret vnius eiuſdemque fidei.

d *Et non eſt in aliquo al. ſa.* Be. Si in Chriſto tantum ſalus mundi eſt, ergo & patres noſtri eiuſdem icarnatione & paſſione ſunt ſaluati, qua & nos credimus ſaluari. Etenim ſacramenta pro temporum ratione diſcrepant, fides tamẽ una eademque concordat. quia diſpẽſationem quam nos per apoſtolos factam, ipſi per prophetas didicerunt uenturã. Non enim eſt redemptio niſi in ſanguine illius, qui ſeipſum deddit redemptionem omnibus.

e *Sine lite. &c* Non quia literas omnino neſcirent, ſed quia grammaticæ artis peritiam non haberent.

f *Idiotæ.* Be. Idiotæ, qui proprium ingenium non exercuerant per doctrinam. ἰδίωμα Gręce, Latine proprietas. Bed. Idiotæ dicebãtur, qui propria tantũ lingua naturalique ſcientia contenti, literarum ſtudia neſciebant. Bed. Illiterati mittuntur ad prædicandum, ne fides credentium non Dei virtute, ſed eloquentia fieri putaretur, ſecũdum illud: Non in ſapientia uerbi, vt non euacuetur crux Chriſti.

g *Et uocantes &c. Ne omnino &c.* Tunc impletum eſt: Odio eritis omnibus hominibus propter nomen meum.

h *Petrus uero &c. iudicate.* Ra. Qui eſtis iudices, veſtrum facite officium, non ſermonem prauum proferendo, ſed iuſte iudicando. Ecce plenum frumentum in ſpica inuenitur: quod ante quaſi in herba flectebatur.

Non enim poſ-

Margin: Iſrael. †examinamur. †qua ratio. †per hunc. Pſ. 117. d. Mat. 21. d. Mar. 12. a. Luc. 20. c. 1. Pet. 2. b. †agnoſcebant. 1. Co. 1. c. Mat. 10. c. †præcepeRunt. †inf. 5. c. † An iuſtũ ſit.

NIC. DE LYRA

¶ a In qua uir. aut in quo nõ. fe. hoc uos? *q. d. patet manifeſte, quod hæc feciſtis artibus magicis. unde & iſte curatus fuerat cum eis detentus, ut maleficij particeps.*

b Tunc reple. *Hic conſequenter ponitur reſponſio Petri dicentis:*

c Princi. popu. & ſe. au. *i. diligenter ueritatem attende.*

d Si nos ho. di. *i. ad iudicium trahimur ut malefactores. Et accipiatur hic ſi, pro quia, quia ſic trahebantur.*

e In be. hominis infir. *i. pro beneficio curationis eius.*

f Notum ſit omni. &c. quia in no. Ie. Chr. Nazareni, quem uos cruci. *per milites præſidis. & hoc ex inuidia & nequitia ueſtra.*

g Quem Deus ſu. a mor. *ex ſua omnipotentia.*

h In hoc. *i. in fide ipſius.*

i Iſte aſtat co. uo. ſa. *vere & non ficte. conſequenter inducit ſcripturam ad propoſitum, quæ habetur pſ. cxviij. d.*

k Hic eſt lapis &c. *qui de Chriſto intelligitur ad literam, ſicut ibidem declaraui per doctores Hebraicos & Latinos. Quod enim lapis Chriſtus dicitur ĩ ſcriptura veteris Teſtamenti, patet Dan. ij. e. Lapis autem qui percuſſerat ſtatuam,*

a ¶Vtrum diuina propter claritatem facti, non alia virtute factum dicunt.
rogabant: In qua † uirtute, aut in a
quo nomine, feciſtis hoc uos?
a ¶In medio conſilio vel conſilij. ¶In pentecoſte.
Tunc repletus ſpiritu ſancto Pe- b
¶Quaſi princeps populorum.
trus dixit ad eos: Principes popu- c
a ¶Pro an. ¶Interrogatio poteſt eſſe.
li & ſeniores*, audite: Si nos hodie d
a ¶Ad iudices adducimur. b ¶In ſanitate paralytici.
† diiudicamur in benefacto homi e
nis infirmi † in quo iſte ſaluus fa-
¶principibus & ſenioribus.
ctus eſt, notum ſit omnibus uobis f
& omni plebi Iſrael, quia in no-
a ¶A ſaluatore ſaluatus eſt.
mine domini noſtri Ieſu Chriſti
Nazareni, quem uos crucifixiſtis,
quem Deus ſuſcitauit a mortuis, g
a ¶præſens ſtat qui ante ſtare non poterat.
† in hoc iſte aſtãt coram uobis ſa- h i
a ¶Quem uos crucifixiſtis.
a b nus. † Hic eſt lapis qui† reproba- k l
¶Secundum legem a ¶Quem Deus ſuſcitauit a mortuis.
c tus eſt a uobis ædificantibus, qui m
a ¶Vt ſit princeps duorum teſtamentorum & populorum.
d factus eſt in caput anguli, & non n
a ¶Niſi in ſaluatore. b ¶Mundi. c ¶Hominis huius.
eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim o
nomen aliud eſt ſub cælo datum p
hominibus, in quo oporteat nos
ſaluos fieri. Videntes autem Pe- q
¶Audaciam.
tri* conſtantiam & Iohannis, com r
e perto quod homines eſſent ſine
¶Imperiti a ¶Neſcientes cauſam conſtantiæ & uirtutis.
f literis & idiotæ, admirabantur, & s t
†cognoſcebãt eos, quoniam cum u
¶Illiterato.
Ieſu fuerãt, hominem quoque ui- x
¶Apoſtolis.
dentes ſtantem cum eis, qui cura-
a ¶Quia ipſe non eſſet, uel non ſanatus fuiſſet.
tus fuerat, nihil poterant contra- y
dicere. † Iuſſerunt autem eos fo- z
¶Extra ſynagogam facient uos.
ras extra conciliũ ſecedere, & con-
a ¶Ne factum eorum amplius diuulgetur.
ferebant ad inuicem dicẽtes: Quid a
¶Idiotis.
faciemus hominibus iſtis? Quoni b
am quidem notũ ſignum factum c
eſt per eos omnibus habitantibus
Ieruſalem. Manifeſtum eſt, & non
poſſumus negare. Sed ne amplius d
¶Hoc tantum conſilium reſtat.
diuulgetur in populũ, †commine
mur eis, ne ultra loquantur in no- e
¶Iudæo uel Gentili.
g mine hoc ulli hominum. Et uocã f
a ¶Aliqua occaſione, uel in aliquo loco. g
tes eos † denunciauerunt ne omni h
¶prædicarent.
no loquerentur, nec docerent in
h nomine Ieſu. †Petrus uero & Iohannes reſpondentes dixerunt ad
a ¶Dum nos aſpicit. ¶Apud Deum cui ueritas placet.
eos: † Si iuſtum eſt ĩ cõſpectu Dei i
a ¶prohibentes. b ¶Imperantem prędicare.
uos potius audire, quam Deum

*tuam, factus eſt magnus, & impleuit vniuerſam terram. quod ad literam exponitur de Chriſto a doctoribus Hebrais & Latinis.*

l Reproba. eſt a uo. ædi. *i. a vobis ſacerdotibus & legis doctoribus, ad quorum officium ſpectat ædificare populum in fide & moribus.*

m Qui fa. eſt in ca. an. *coniungens Iudæos & Gentiles tanquam duos parietes in unam eccleſiam. propter quod dicit Ioh. x. c. Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere & fiet unum ouile, & unus paſtor.*

n Et non eſt in alio ali. *i. per aliquem alium*

o Salus. *quia ipſe eſt mediator Dei & hominum.*

p Nec enim nomen aliud eſt ſub cæ. *id eſt res ſignata per nomen ſaluatoris non eſt data alteri homini: ſoli enim Chriſto datum eſt, quod ſit Deus & homo.*

q Videntes autem. *Hic conſequẽter ponitur ſuper Petri reſpõſionem ſacerdotũ collatio. & primo ponitur collationis actus. ſcdo effectus, ibi: Et uocantes &c. Circa primum dicitur,* Viden. autem Petri con. & Iohan. *quia in nullo ſtupebant nec terrebantur.*

r Comperto, quod ho eſſent ſine li. *i. carentes ſcientia acquiſita: & tamen allegabant ſcripturam, ut uiſum eſt.*

s Idio. *i. ſimplices & paruæ induſtriæ.*

t Admiraban. *eo quod ignorabant cauſam. ſ. ſpiritusſancti unctionem, quæ docet de omnibus. i. Ioh. ij.*

u Et cogn. eos, quo. cum Ie. fu. *qui frequenter prædicauerat in templo, & apoſtoli erant cum eo.*

x Hominem quoque ui. ſtan. cum eis. *perfecte curatum ab eis.*

y Nihil po. contradi. *quia dicere non poterant, q alius eſſet homo ab illo claudo prædicto, nec q non eſſet curatus vere & perfecte, quia vtrunq; falſum apparebat manifeſte.*

z Iuſſerunt autem eos fo. extra conci. ſecedere: *ut in eorum abſentia poſſent melius conferre.*

a Quid fa. ho. iſtis? *q. dicant: Non poſſumus eos ad mortem vel ad carcerem condemnare, & cauſa ſubditur:*

b Quo quidem no. ſi. *i. miraculum.*

c Factum eſt per. *& ſic interficiendo uel detinendo eos, concitabimus totum populum contra nos. Si quæratur, cur non crediderunt ex quo ſignum tam manifeſte uiderunt? Dicendum, quod malicia eorum* excæcauit eos propter quod factum illud attribuebant uirtuti dæmonum. ſicut & facta Chriſti. In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia.*

d Sed ne amplius di. in po. con. eis. *præcipiendo ſub pœna mortis.*

e Ne ultra lo. in no. hoc. *ſ. Nazareno.*

f Vlli hominum. *Iudæo, uel Gentili.*

g Et uocantes. *Hic conſequenter ponitur collationis effectus, quæ eſt prohibitio ex parte ſacerdotum cum dicitur:*

h Denunciauerunt &c. *Et patet rationalis reſponſio apoſtolorum, cum ſubditur:*

i Si iuſtum eſt in conſpe. Dei uos po. au. quam Deum, iudicate. *quaſi dicant: Non poteſtis hoc dicere, cum nullam autoritatem habeatis præcipiendi niſi ab eo. ideo concludunt:*

¶ Non enim poſ

Margin: † potentis. †eiectus. Mat. c. 12. † minaciter interminemur.

MORALITER.

✻ b *Tunc repletus &c.* Per hoc autem q ipſe malignantes confundit, primo per opus diuinæ uirtutis, cui nullatenus eſt reſiſtendum, di. *Si nos hodie &c.* ſecundo per ſacræ ſcripturæ teſtimonium, quæ dicit de Chriſto.

k *Hic eſt lapis &c.* cui ſcripturæ contradicere non poterant, cum apud eos eſſet autentica, ſignificatur quod impugnatores veritatis catholicæ cõfutandi ſunt a prædicatoribus & doctoribus eccleſiæ. primo p opa virtuoſa, q̃ ſunt ex Dei gratia. ſcd. p ſacram



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Non enim poſſumus*. Id eſt nolumus,
E vel in naturam verſum eſt, vt angelis confirmatis, non peccare.
b *Clarificabant*. In Græco, Omnes clarificabant in eo quod factum eſt, & non
In actis Apo. 4. b. Clarificare & glorificare habetur in eo, quod acciderat Be. Clarificantur facta uel dicta, quando fama uulgante in noticiam plurimorum deferuntur. Deus autem glorificatur in factis hominum, quod eſt proprium Chriſtianæ pietatis & humilitatis, ipſo
Mat. 5. b dicente, Videant opera ueſtra bona, & glorificent patrē ueſtrū q in celis eſt
c *Annorum e. &c*: Vnde amplior gloria uel gratia uirtutis. & ideo non ætatem hoīs, ſed tp̄s infirmitatis dicit. Be. Annorū xl. Iuxta hiſtoriā pfecta etas hoīs
Allegoria. calumniantib. oſtenditur. Alle. Populus Iſrael nō xl. tm̄ annis in eremo ſordes Aegypti māna ɔtēpto reqſiuit, ſed
† ſupra 3. b ēt in terra pmiſſionis inter Dei & idolorum ritus claudicauit. Vel numerus iſte geminæ legis plenitudinem ſignat
† quæcunque. Quater enim deni xl. faciūt utriuſque tranſgreſſor uelut quadragenariam pfectionē iacendo debilis tranſcendit
d *Qui cum aud.* Be. Auditis perſecutorum minis, fiduciam reſiſtendi per ſigna uirtutum ſibi depoſcunt.
e *Vnanimiter l*. Sine ſono. Vel perfectio
Mat. 18. c ne unanimitatis, ſecundū illud, Si duo uel tres conuenerint in unum in noīe meo, de oī re, quam petierint, fiet illis.
f *Patris n*. Noſter fuit pr̄, ſed tuus puer.
g *Quare fremu*. Bed. Non quaſi neſcius interrogat propheta, ſed mirando inſaniam impiorū corripit eos, qui in Saluatorem cōſurrexerūt, non ab eo læſi, ſed in multis adiuti. *Fremue*. Fremitus ē
Iere. 12. b uox leonis Vnde Hieremias, Facta eſt
F mihi hæreditas mea quaſi eo in ſilua, dedit ſuper me uocem.
h *Inania*: de Chriſto venturo, uel ut in morte detineretur.
i *Conuenerunt*. Herodes & Pilatus conuenerunt in amicitiam.
k *Vnxiſti*. Nomen Chriſti exponunt. Chriſti a Chriſmate i. unctione, ſecun
Pſal. 44. d dum illud, Vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.
l *Cum omni fidu. lo*. Hoc Deum poſtulant, ut cum omni fiducia poſſint loqui verbum Dei.
m *Per no*. Be. In Græco, Per nom̄ pueri tui Ieſu quod magis apoſtolorum notis cōgruit, qui ſatagebant, ut homo crucifixus a Iudæis clareſcentibus miraculis, per nomen eius in cælum aſſumptus & Dei filius innoteſceret.
n *Motus eſt lo*. Magna uirtus orationis fideliū. hoc aūt ad ſuſcitādas mētes factus eſt. Pōt in hoc loco moto intelligi timor eorū, q credēdo ſubiiciēdi erant apoſtolis, qui

## NIC. DE LYRA.

a Non enim poſſumus. *licite.*
b Quæ ui. *ſ. Chriſti miracula, eius reſurrectionem & aſcenſionem.*
c Et audiui. *ipſum venturum ad iudicium, & hoc ab angelis, vt patet ſupr.*
Cap. 1.
d Non l. *maxime cum præceperit nobis hoc teſtificari ſupra. 1. & Luc. vlti.*
e At illi com. di. eos. *Et ſubditur cauſa:* Non in. quomodo pu. eos. propter po. *Ex quo patet quod repreſſi fuerunt ab hac punitione humano timore tantum.*
f Quia o. cl. id quod f. e. *confitens hoc eſſe factum diuina uirtute. & ſubditur cauſa,*
g Anno. enim erat am. qua. ho. *& ſic erat notus omnibus fuiſſe claudus per longum tempus. Confeſſio etiam ueritatis erat efficax in co ratione ætatis, ex quibus apparebat factum illud eſſe diuina uirtute.*
h Dimiſſi autem. *Poſita proſecutione zeli mali ex parte ſacerdotum, hic conſequenter ponitur proſecutio zeli boni ex parte credentium. & hoc quantum ad duo. ſ. quantum ad deuotam orationem. & ſecundo quantum ad ſanctam conuerſationem, quę ponitur ibi: Multitudinis autem. Circa primū &c.* Dimiſſa au. *& patet litera uſque ibi:*

a iudicate. Non enim poſſumus (¶Signa.)
(¶Prædicantem.)
quæ uidimus & audiuimus, non
(a ¶Ne putarentur credidiſſe. b ¶Propter populum)
loqui. At illi comminantes dimiſerunt eos, non inuenientes quo-
(a ¶Cauſam quę placeret populo, non conſcientiæ eorū.)
(¶Non Deum.)
modo punirent eos propter populum: quia omnes † clarificabant
(a ¶Deum in cuius nomine hoc fecerunt.)
(a ¶Paralytico ſanato.)
id, quod factum erat in eo quod
(a ¶Cauſa clarificationis eſt longum tempus infirmitatis.)
acciderat. Annorum enim erat amplius quadraginta homo, in quo factum fuerat ſignum iſtud
(¶Petrus & Iohannes.)
ſanitatis. † Dimiſſi autem uenerūt ad ſuos, & annunciauerunt eis † quanta ad eos principes ſacerdotum & ſeniores dixiſſent. Qui cū
(¶More ſolito.)
audiſſent, unanimiter leuauerunt
(a ¶Non ad hominem, vt exemplum cæteris præbeant.)
uocem ad dominum, & dixerunt.
(a ¶Magna potentia oſtenditur,)
Domine, tu * qui feciſti cælum & terram, mare, & omnia, quæ in eis
(a ¶Non ſenſu humano. b ¶Quaſi per tubam, ut non credatur verbum hominis.)
ſunt, qui ſpirituſancto per os patris noſtri Dauid pueri tui, dixiſti,
(a ¶Ex inuidia. b ¶Ne regnum ad Iudæos tranſiret.)
† Quare fremuerunt Gentes,
(a ¶Iudæi. b ¶Agitati motu imperito & irrationabili. ¶Conſilium fecerunt, ſedulo tractantes quomodo occiderent eum. c ¶Chriſtum non reſurgere.)
& populi meditati ſunt inania?
(a ¶Herodes & pilatus. b ¶Non cæli.)
Aſtiterunt reges terræ, & principes
(a ¶Sacerdotum. b ¶In atrium Caiphæ.)
conuenerunt in vnum aduerſus dominum, et aduerſus Chri-
(a ¶patrem. Vnde hoc probas? quia aduerſus Chriſtum qui eſt patris eius filius. b ¶pro quia.)
(a ¶Qui contradicit filio, & patri. ¶De quo poſtea dicetur. Ego autem conſtitutus ſum.)
ſtum eius. Conuenerunt enim uere in ciuitate iſta aduerſus ſanctum † puerum tuum Ieſum, quē
(¶Maligna. a ¶Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt &c.)
(a ¶Spiritu ſancto. ¶Chriſtum feciſti.)
unxiſti, Herodes & Pontius Pi-
K
(a Duo populi in cruce ſunt reconciliati.)
latus cum Gentibus & populis
(a poteſtas, ¶Chriſtus. b ¶Non ſua)
Iſrael, † facere quæ manus tua &
(a ¶præſcientia. ¶Spiritus. b ¶Sicut de Chriſto præſciebas.)
conſilium tuum * decreuerunt
(a ¶Vide quid in perſecutione facias. Deo commendant quod patiuntur.)
fieri. Et nunc domine reſpice in
(a ¶poſtulant id, quod indigent.)
minas eorum, & da ſeruis tuis
(a ¶Etiam inter perſecutores. b ¶Chriſtum.)
cum omni † fiducia loqui uerbū
(a ¶Potentiam tuam.)
tuum, in eo q manum tuam ex-
(¶Ad corroborationem prædicationis.)
tendas ad ſanitates & ſigna & prodigia fieri per nomen ſancti filii tui Ieſu. Et cum oraſſent, mo-

G
i Vnani. le. u. *corde & ore deprecantes. Et orationem ſuam fundant primo ſuper Dei potentiam, dicentes, Domine tu qui feciſti &c. Secundo ſuper eius gratiam, cum dicitur,* Qui ſpūſctō. &c. dixi. *de Chriſto Pſa. ij. qui intelligitur ad literam de Chriſto, etiam ſecundum doctores antiquos Hebræorum, vt ibidem fuit declaratum.*
k Quar. fr. Gen *i. Gentiles.*
l Et populi. *i. Iudæi in pluribus tribubus diuiſi. vtrique enim egerūt ad mortem Chriſti. Pilatus enim & milites Chriſti crucifigentes fuerunt Gentiles. Iudas autem proditor, & illi qui Chriſtum tradiderunt Pilato, fuerunt Iudæi.*
m Meditati ſunt inania. *Dicitur autem inanis meditatio, quando non habetur propoſitum, ſed magis oppoſitum. Iſti enim crediderunt Chriſti nomen extinguere per eius mortem, per quam fuit magis exaltatum & glorificatū, eo quod eam ſecuta eſt eius reſurrectio, aſcenſio, ſpirituſſancti miſſio, & apoſtolorum conſtans prædicatio. propter quod imminente ſua morte dixit: Nunc clarificatus eſt filius hoīs. & ſubditur: Et Deus clarificabit eum in ſemetipſo. & continuo clarificabit eum.*
n Aſtiterunt reges ter. *ſ. Herodes & Pontius Pilatus: ut poſt ea exponitur. Et dicuntur reges a regendo. nam Herodes erat tetrarcha Galilææ: & Pilatus procurator Iudææ illuc a Ceſare miſſus, vt habetur Lucæ. iij.*
o Et principes *ſ. Iudæorum.*
p Conuenerunt in unum aduer. do. *i. aduerſus Deum patrem.*
H
q Et aduerſus Chriſtum eius. *ab eo miſſum in mundum. propter hoc quidquid fiebat contra filium miſſum, fiebat contra patrem mittentem. Et ſic exponitur cum dicitur:*
r Conuener. e. uere &c. *& patet ex dictis litera uſque ibi:*
s Facere. *iniqua uoluntate ex parte ipſorum*
t Quæ manus tua. *i. potentia tua.*
v Et conſilium tuum *i. ordinatio tua.*
x Decreuerunt fie. *ex maxima pietate & miſericordia ex parte Dei, & ex maxima charitate & obedientia ex parte hoīs Chriſti.*
y Et nunc do. reſpice. in mi. eorum. *vt ipſis non terreantur.*
z Et da ſer. tu. cum fid. lo. uerbum tuum. *Et ſubditur modus,* In eo quod manum tu. exten. ad ſanitates &c. *quæ ſunt verbi diuini confirmatiua, Mar. vltim. d. Illi autem profecti prædicauerunt vbique &c.*
a Et cum oraſſent motus eſt locus in quo erant congregati. *Per terræmotum ſub pedibus eorum, ſignificata fuit exauditio* ¶ pedi-

## MORALITER.

* ſcripturam diuinitus reuelatam. Et hoc duplici modo legitur beatus Dominicus in Albigenſium partibus hæreticos cōfutaſſe. & alii plures doctores ſancti legūtur in aliis partibus mundi ſimilia feciſſe.
*h Dimiſſi au. ue. ad ſu. & an. &c.* quia cum fidelibus deuotis conferendum eſt, quid agendum ſit contra impugnatores ueritatis. Et quoniam optimum remedium eſt in hoc, ut primo ad auxilium diuinum recurratur, ideo ſubditur,
*i Qui c. au una. le. uo. &c.* Et quoniam eorum deprecatio pro Chriſti gloria declaranda erat. ſ. per opera miraculoſa, ut patet in litera, ideo fuit a domino exaudita. ideo ſubditur poſtea.
*a Et cum oraſſent, motus eſt locus &c.* Per motum enim terræ ſignificatum fuit, q terrenæ poteſtates eſſent Chriſti fidei ſubiugandæ.
* *Multitudinis*



apoſtolis, qui terrenitate diſcuſſa reſurgere cum Chriſto &
A cæleſtia ſapere didicerunt. Be. Qui uirtutem & robur contra fraudem hoſtium quærebant, indicium exauditæ orationis terræmotu percipiunt, ut ſcirēt corda terrena ſibi ceſſura, ſub quorum pedibus ſpiritu adueniente terra eſt cōcuſſa pauore
a *Multitudinis* Be. Notanda rerum locorumque diſtantia; Siquidem in opere ſuperbæ turris lingua & mens humani generis cum eſſet vna, merito iniquitatis eſt diuiſa, ita ut cum omnibus linguis loquerentur ibi homines, nemo tamen proximi ſui uolūtatem aut verba cognoſceret. Sed in Ieruſalem ſunt linguæ merito humilitatis vnitæ, vnaque oībus lingua, eadēq; oībus voluntas erat & vna. quod vſque hodie geritur, cū electi i multiplici locutione unito corde & intentione cōcordi domino famulantur. reprobi diabolo ſeruientes diuerſa mente & pugnaci inter ſe ſtudio & certamine agitantur.
b *Erat cor unum*. Be. Qui mundum reliquerant, nō de nobilitate generis gloriantes ſe aliis præferebant, ſed ſicut unius eiuſdemq; matris eccleſiæ viſceribus editi, eodem fraternitatis amore gaudebant. Be, Conuenit hic locus ei quod ſupra dictum eſt, quia ſpiritum acceperant, linguis omnium loquebantur. Adunatio linguarum erat pręſagium, quod eccleſia per ſpiritum in diuerſis nationibus & linguis vnum cor & animam erat habitura. Non n. omnes credentes loquebantur omnibus linguis, ſed diuerſarum linguarum adunatio in fide Chriſti indicabat quia unus dominus, vnum baptiſma, una fides.
c *Nec quiſ. eo*. Myſtice. Virtutes quas poſſident iuſti, non ſuas indicant eſſe,
B ſed eorū, quorum vtilitati diſpenſant.
d *Commu*. Be. Græce κοινά. vnde cęnobitæ i. communiter viuentes Cęnobia habitacula eorum. Be. Qui ita viuunt vt ſint oīa cōia in dn̄o, cęnobitæ vocant̄ q vita tanto eſt fœlicior, quanto ſtatū futuri ſeculi imitatur, ubi oīa cōia, quia Deus oīa eſt in omnibus: Et quia ibi ſumma pax & ſecuritas, ciuitas in qua typus huius vitæ præceſſit Ieruſalem. i. viſio pacis dicta eſt.
e *Reddebant apo*. Be. Diſcernit ordinē doctorū & auditorū. Nam multitudo credentiū rebus tpalibus ſpretis, copula charitatis inuicē iūgebant̄ Apl̄i vero virtute fulgētes, myſteria Chriſti pandebant.
f *Ioſeph*. Ra. Auctus Barnabas filius conſolationis interpretatur, auctus incremēto & profectu ſpiritualis boni. Be Hūc puto eſſe Barnabā, qui cū Paulo Gētiū apoſtolus ordinatus eſt.
g *Barna*. Beda. Quidam arbitrantur collegam Pauli eum potius fuiſſe, de quo cum Matthia ſors miſſa eſt, minus intuentes, quod hic Barnabas, ille Barſabas appelletur, & hic filius conſolationis, ille filius qui etis interpretatur.
h *Quod eſt interpreta. filius con*. Vbicunq; ſcriptura noīa rerum vel perſonarū cū interpretatione ponit, ſenſum ſacratiorem eiſdem ineſſe ſignificat Merito filius conſolationis vocatur, qui ſpretis præſentibus, ſpe futurorū ſe cōſolatur Nā & ſpūſſanctus paracletus iō vocatus, quia in mūdo pſſurā habētib. infuſione ſui, paraclesim. i conſolationē tribuit, ſicut etiam
Mat. 16. c Petrus propter gratiā ſpūs bariona. i. filius cōlūbę uocatus eſt.
i *Filius con*. Ra. Vel pp eleemoſynā, qua pauperes conſolatus eſt. Vel pro mercedis conſolatione, quā meruit a Deo accipere. Vel qa dignus habitus eſt, quo pro Iuda conſolaret̄ apl̄os.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *petitionis eorum. ſ. quod glorificatio nominis Chriſti per terrenas poteſtates non impediretur, & quod finaliter terrenæ poteſtates Chriſti iugo ſubijcerentur. Quod adimpletum patet, quia tempore perſecutionis eccleſiæ maxime creuit fides & nomen Chriſti, & ipſius iugo ſubmiſerunt colla multi principes, maxime a tempore Conſtantini.*
a Repleti ſunt omnes ſpiri. *per augmentum charitatis & gratiæ.*
b Multitudinis autem cre. *Hic conſequenter deſcribitur credentium conuerſatio ſancta. & primo generaliter. ſecundo ſpecialiter, ibi: Ioſeph. Circa primum dicitur:* Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima u. *Nam coniuncti erant adinuicem charitate maxima.*
C
c Nec quiſquam eorum, quæ poſſi. aliquid ſuum eſſe dicebat. *ſibi vel ſuæ familiæ appropriando. & ex hac congregatione habuit ortum omnis religio.*

tus eſt locus, in quo erant congre-
(a ¶Hoc donum poſtulauerant, vt cum fiducia poſſent loqui.)
gati, & repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & loquebantur uerbum Dei
(a ¶Quia dictum eſt, dominus angebit & multiplicabantur.)
cum † fiducia. † Multitudinis autem
(a ¶Vnus ſenſus, anima una & una uoluntas erat omnium.)
credentium erat cor unum & anima
(a ¶Non hominum, ſed earum rerum quas poſſidebant.)
una. Nec quiſquam eorum, quę poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia.
(¶Fiduciæ, uel ſignorum.)
Et † uirtute magna reddebant apo-
(a ¶Hoc proprie erat eorum, quibus dictum eſt, Eritis mihi teſtes in Ieruſalem. b ¶Quam maxime oderant, & quod fidei principale eſt indicium.)
ſtoli teſtimonium reſurrectionis Ie-
(a ¶Spirituſſancti uel communicationis, de qua ſequitur Vendentes &c.)
ſu Chriſti domini noſtri, & gratia magna erat in omnibus illis. † Neque enim quiſquā egens erat inter illos. Quotquot enim poſſeſſores agrorum aut domorum erant, uendentes afferebant precia eorum quæ
(a ¶Ad greſſum, vel quaſi ad genua procidentes.)
uendebant, & ponebant ante pedes apoſtolorum. † Diuidebant autem
(¶Non ſecundum perſonas & munera, ſed ſecundum indigentiam.)
ſingulis prout cuique opus erat. Io-
(a ¶Ioſeph. ¶Vendentes afferebant precia, & Ioſeph.)
ſeph autem, qui cognominatus eſt Barnabas ab apoſtolis, quod eſt interpretatum filius conſolationis, Le-
uites, Cyprius genere, cum habe-
K
(¶Vbicunque vel quacunque occaſione a ¶Cauſa diſperſionis. b ¶Alias illum)
ret agrum uendidit eum, & attulit
(a ¶Non partem aliquam, ſed integrum agri precium. b ¶Vt commune fieret omnium.)
precium, & poſuit ante pedes apoſtolorum.

d Et uirtute ma. *in ſignis & prodigijs uirtute diuina factis.*
e Reddebant apoſto. teſti. *diuinis miraculis confirmatum.*
f Et gratia ma. erat in omni. illis. *ſ. gratia Dei ad ſeipſos. & omnium ipſorum ad inuicem ideo ſubditur:*
g Neque enim quiſquam egens erat inter il. *& ſubditur cauſa.* († ſup. 2. a 8 di § j. & § 1. & q. 2. § 1. & q. 1. c. 2. & c. ſcimus. De ſum. tri. c. dānamus.)
h Quotquot enim poſſeſſores agrorum &c. *& patet litera.*
i Ioſeph autem. *Hic conſequenter ponitur exemplum in ſpeciali de iſta communicatione ſociali. Et diuiditur in duas partes, in partem principalem & incidentalem, quæ incipit in principio ca. ſequentis. Circa primum dicitur:* Ioſeph autem, qui cognomina. eſt Barna. *Iſte ſecundum Hier. in libro illuſtriū virorum, fuit ille, qui cū Paulo vocatus fuit ad apoſtolatum, vt habetur inf. Et fuit alius ab illo Ioſeph, qui cum Matthia accepit ſortes ſu. 1. ca. vt dicitur in hiſtoria ſcholaſtica. Et hoc uidetur uerum, quia ille cognominatus eſt Barſabas, iſte uero Barnabas: & quia ille fuit filius Alphei, & ſic de Galilæa oriūdus: iſte uero dicitur Cyprius. i. de Cypro natus. dicitur enim genere Leuites, de qua tribu non videtur fuiſſe Alpheus.* (Cap. 1.) († Sup. 1. g 1. q. 2. c paſtor q a eccleſiæ. & 12 q. 1. c. 2 & c. uidentes.)
h Cum haberet agrum uendi. eum. *Licet enim Leuitæ non haberent agros in Iudæa, tamen poterant habere in alia terra. Parentes aūt iſtius tempore Antiochi, vel alterius tyranni fuerant ad inſulam Cypri trāſlati, ubi agros licite poterāt habere, & eos vendere.*
l Et attu. pre *integrum, nihil ſibi retinendo.*
m Et po. an. pe. apo. *vt inde prouideretur communitati ſecundum diſpoſitionem eorū.*

D

## MORALITER.

* *b Multitudinis autem creden. erat cor unum &c.* Quamuis autem omnes Chriſtiani debeant in charitate Chriſti uniri, ſpecialiter tamen viri religioſi. Nam religionum inſtitutio ortum habuit ex hoc loco Et adhuc ſpecialius vniri debēt charitate fraterna, qui ſunt de religione una, ut ſic eorum ſit cor unum & anima una. Et quoniam in moralibus magis mouent exempla quam verba, ideo ponitur hic vnus pro exemplari, cum dicitur,
*i Ioſeph autem qui cogno. eſt Barſa. &c.* Ioſeph autem interpretatur acceſcens per quod ſignificatur, quod omnis religionem ingrediens debet eam ingredi ſub firmo propoſito ſpiritualiter proficiendi. Barſabas interpretatur filius quietis, uel cōſolationis. nam religionem ingrediens & ibi proficiens, conſolatus eſt de ſtatu ſuo, & ſimiliter alii fratres conſolati ſunt de ipſo. Dicitur etiam Cyprius genere. Cyprus autem mœrens interpretatur, quia bonus religioſus debet eſſe męrens pro peccatorum ſuorum expiatione, & pro cæleſtis gloriæ dilatione.
*k Cum haberet agrum uendidit eum*. Nam religioſus profeſſionem non facit niſi expropriatus.
*l Et attulit precium*: ſcilicet totum.
*m Et poſuit ante pedes apoſtolorum*. Nam de hoc debet diſpenſari per ordinationem ſuperiorum.

In ca. iij. vbi dicitur in poſtil. Si enim Petrus ſic ei reſpondiſſet, ſpem recipiendi aliquid ab eis non dediſſet &c.

## ADDITIO

Licet Petrus in ſua reſponſione non dediſſet ſpem claudo illi recipiendi aliquid ab eo, prout verba plane ſonant, non tamen ex hoc ſequitur, quod claudus ille non ſperaſſet ſe aliquid ab eis recepturum. Chananæa enim licet audiſſet a domino: Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus (quibus verbis Chriſtus nullam ei dabat ſpem impetrandi petitionem ſuam) nihilominus illa tanquam ſperans aliquid recipere, perſiſtebat in ſua petitione, vt patet Matthęi decimoquinto. Vnde ſimiliter poſſet in propoſito dici, ideo gloſa interlinearis in ſuo uigore ſtare uidetur.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

## GLOS. ORDIN. CAP. V.

*Tribus modis fit tentatio.* *In 2. Sat. Ap. 4. 5. 20. 5*

E Vir. &c. Sequitur.

*Tentauit.* Ra. Prçteritũ ponit quia perfecta erat tẽtatio. Tribus modis tentatio agitur, ſuaſione, delectatione, conſenſu, quod totum impletũ eſt in Anania

*b Cur tenta.* Bed. Alia tranſlatio quare impleuit ſathanas cor tuũ? Vbi notandũ, ꝙ mẽtẽ hois iuxta ſubãm nihil implere pt, niſi creatrix trinitas, qa tantũ mõ ſm opationẽ & uolũtatis iſtinctũ aĩa de his, q̃ creata sũt, ĩplet. Implet uero ſathanas cor alicuius, non qdẽ ĩgrediẽs ĩ eũ & in sẽsũ ei⁹, neq; ĩtroiẽs adi tũ cordis (ſiqdẽ hęc ptãs ſolius Dei ẽ) ſed callida & fraudulenta deceptione aĩam ĩ affectus maliciæ trahẽs p cogitationes & ĩcẽtiua vitiorũ, qb. plen⁹ ẽ. Impleuit ergo ſathanas cor Ananiæ, nõ ĩtrãdo, ſed maliciæ ſuę uir⁹ ĩſerẽdo

*† 1. q. 1. c. 2. & 17. q. 1. c. Ananias. 23. q. 4. c. qđ Chriſtus. & c. cum uindicta. i ſi. & q. ſi. c. legi. & ca. occidit. & c. Petrus.*

*c Et frauda.* Ra. In hoc uidetur mendacium fuiſſe, quia totum vouerat. Melius eſt autem non uouere, quam poſt uotum non ſoluere ſpirituiſancto.

*d Sed De.* Supra dixerat, ſpirituiſancto patet ergo ſpiritum eſſe Deum.

*e Ceci.* Rab. Legum initia ſemper uindictis commendantur. Duo filii Aaron ignem offerentes conſumuntur, Oza ſuſtinẽs arcã mortuus ẽ. Cecidit ille, ut cęteri pũaricatores exẽplo eius terreanĩ. *Ceci. & expi.* Bed. Nõ cã q̃ſtus tã ſeuerã pũaricatiõis dedit ſniam, ſed pũidẽs futura & zizãia, q̃ ſimplicitatẽ ecclĩę prauis moribus adulterarẽt. Ex his n. Sarabaitarũ gen⁹ exortũ dr̃, q rebus ſuis nequaq̃ derelictis, aplorũ diſtributionẽ ſe cuſtodire ſimulãt. Nulla reos paſſ⁹ ẽ pnia curari, ſed ad timorẽ poſterorũ noxiũ germẽ radicitus amputauit. Rab. Vt trãsgreſſores legis Chriſti (quis tpali morte non puniant) mortẽ ſciant ſibi imminere ęternam.

*Vbi ſup. Leui. 10. a 2. Re. 6. b*

F

*f Et fa. eſt ti. &c.* Be. Anticipatio, quoniã ſolius uiri morte ante uxoris exitum pauci audierant, quamuis de paucis dici potuerit, quod timuerunt.

*† in* *Vbi ſup.*

*g Hora trium.* Ra, Paruũ tps penitentię datur uxori, cuius culpa magis eſt uenialis q̃ mariti, ut quę cõſenſit capiti. *Dic mihi &c.* Ra. Culpã uxoris interrogans, declarat ex ipſius confeſſione, q̃ maritus ſuam monſtrauerat in opere.

*† Dixit*

*i Quid utique &c.* Increpatiue dictũ. vel ſic diſtinguẽdũ qd: q. d. qd eſt hoc: deinde ſibi ipſe reſpondet & dicit, utiq; cõuenit inter uos tentare ſpiritũ dñi:

*† Cur conſpiraſtis inter uos, ut tentaretis*

*h Tẽt. &c.* Ra. Tẽtatio ſpũs in hoc erat qđ pbauerunt quanta ſit eius ſcientia

*l Sepelierunt.* Ra. Ex hoc multi exẽplũ ſumunt, ut uxores ad uiros ſuos ſepeliant. Alii indignum putant, ut de prçuaricatoribus exempla capiant, quib. in crimine ſimul & morte & ſepultura meritum, æquale fecerat conſortiũ

*Apoſtolorum*

## CAP. V.

a ¶Nomen eius primo non ponitur ut Ioſeph. quia iſtũ culpa ignobilem fecit.

Vir autem quidam nomine Ananias cum Saphyla uxore ſua uendidit a-

a ¶Ideo fraus fuit, quia totum uouerat ſicut cęteri.

grum, & fraudauit de precio agri

a ¶Quæ quia conſors criminis, merito fuit & mortis.

cõſcia uxore ſua, & afferens partem quandam ad pedes apoſtolorum poſuit. Dixit autem Pe-

a ¶Quamuis ante pedes apoſtolorum poſuiſſet, tamen Petrus quaſi princeps apoſtolorum loquitur. b ¶Increpatio eſt.

trus: † Anania: cur † tentauit ſa-

a ¶Contrarius ſpirituiſancto contradicit.

thanas cor tuum † mentiri te ſpirituiſancto, & fraudare de precio

a ¶Poteras aliter agere, quia nonne manens &c. b ¶Tuum erat, tibi proficere poterat.

agri? Nõnne † manens tibi mane-

a ¶Quod nunc. b ¶Priuſquam uenundaretur, quia non cogimur, ſed ſuademur perfecti eſſe, domino dicente, Si uis perfectus eſſe, uade uende omnia quæ habes &c.

bat, & uenũndatum in tua erat poteſtate? Quare põſuiſti in corde

a ¶Definito conſilio habuiſti.

a ¶Quod cuſtodire debueras. ¶Mentiendi uel fraudandi. b ¶Quod putat ſecretum, apparet per inſidelitatem.

tuo hanc rem? Non es mentitus

a ¶Qui ſcrutatur corda.

hominibus, ſed Deõ. Audiens au-

¶Perdes omnes qui loquuntur mendacium.

tem Ananias hæc uerba, cecidit,

a ¶Spiritum emiſit. b ¶Hæc uelox uindicta magnum timorem incuſſit.

& expirauit. Et factus eſt timor

a ¶Corda fidelium.

magnus † ſuper omnẽs qui audierunt. Surgentes autem iuuenes, amouerunt eum, & efferentes ſepelierunt. Factum eſt autem quaſi horarum trium ſpacium, & uxor

¶Neſciens maritum mortuum eſſe.

ipſius neſciens quod factum erat,

a ¶Re non uerbõ, introitu uxoris, non ſermoni.

introiuit. † Reſpõndit autem ei Pe-

¶Si tanti precii partem illam apparet fuiſſe, quid utique conuenit &c.

trus: Dic mihi mulier, ſi tãti agrum

¶Apparet partem illam precii fuiſſe præſentem.

uendidiſtis? At illa dixit: Etiam tanti. Petrus autem ad eam. † Quid

a ¶Taliter ut prædictum eſt. b ¶Non nos homines quod putabatis.

utique conuenit uobis tentãre ſpiri tum Domini? Ecce pedes eorum

a ¶Breui narratione totum concludit, qui enim ſepelitur mortuus eſt.

qui ſepẽlierunt uirum tuum ad oſti

a ¶Ad ſepulchrum. ¶Hac breuitate etiam eam morituram oſtendit. b ¶Quia non ſolum qui faciunt, ſed & qui conſentiunt facientibus digni ſunt morte.

um, & efferẽnt te. Confeſtim cẽcidit ante pedes eius, & expirauit.

a ¶Qui ad oſtium ſteterunt.

Intrantes autem iuũenes inuenerunt

a ¶Vt ante dixerat, & efferent te.

illam mortuam, & extũlerunt, & ſepelierunt ad uirum ſuum. Et factus eſt timor magnus in uniuer-

a ¶Congregatione fidelium credentium. b ¶Etiam incredulos.

ſa eccleſia: & in omnẽs qui † audi-

## NIC. DE LYRA. CAP. V.

*Diuiſio*

Vir au. qui. *Hæc eſt pars incidentalis in qua occaſione Ioſeph, qui totum præcium fideliter communicauit, ponitur exemplum de Anania, qui per oppoſitum partem defraudauit, nam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur culpa. ſecundo pœna, ibi: Audiẽs aũt. Circa primum dicitur:* Vir aũt. &c. *& patet litera uſq; ibi:*

b Cur tenta. ſa. &c. *Promiſerant enim Deo omnes de ſocietate illa viuere ſine proprio, & ſic mentitus Deo fuit partem ſibi appropriando. mentitus etiam fuerat hominibus, dicendo quod erat totum agri precium, ſicut patet per uerbum uxoris ſuæ infra dicentis: quod pro tanto precio agrum vendiderant, quæ erat conſcia facti, vt præmiſſum eſt: & per conſequens probabile videtur, quod ipſa & uir ſuus conuenerant in modum loquendi de iſta venditione: & reſpondendi.*

G

c Et frauda. &c. *Retinere enim ſibi ſoli quod eſt commune, & occulte, eſt communitatem defraudare.*

d Nonne ma. ti. ma. &c. *ſ. fraudare.*

e Et uenun. in tua &c. *q. d. tunc poteras agrum vendere vel retinere: & de pretio tuã uoluntatem facere, nec aliquis coegit te uotum facere, & communitatem iſtam intrare*

f Quare p. inc. t. h. rem *i. dictam fraudem. volebat enim de medietate præcij habere expenſas communes, ſicut et alij, & de alia medietate uiuere lautius in occulto.*

g Non es men. ho. *ſ. ſolum.*

h Sed *etiam* Deo, *ut patet ex prædictis.*

*† impleuit † ut mentireris*

i Audiens au. *Hic conſequenter ponitur pœna, cum dicitur:*

k Ceci. *ſubito a Deo percuſſus Tranſgreſſiones. n. alicuius legis ſeu ordinationis grauiter ſunt in principio puniendæ, ut lex firmetur, & alij terreantur. & hoc modo Nadab & Abiu filij Aarõ offerẽtes ignẽ alienũ, percuſſi fuerũt a Deo in die ſuarum cõſecrationũ, Et colligẽs ligna ĩ ſabbato lapidatus. iõ ſubditur*

*† i. proficua tibi manebat.* *Leui. 10. a Num. 15. d*

l Et fa. eſt. ti. *retrahẽs alios a cõſimilib. hoc tamen dicitur hic p anticipationẽ, qa pauci adhuc ſciebãt hoc factũ. qđ patet ex eius uxore poſtea veniẽte, & factũ penitus ignorãte.*

m Surg. au. iu. &c. *Ex hoc autem dicunt aliqui, ꝙ Ananias audiens verbum Petri pœnituit, & mors illa ſibi pro expiatione culpæ fuit. nam Petrus prauidit, quod religioſi morientes proprietarij forent eccleſiaſtica ſepultura carituri, & ſic non permiſiſſet Ananiã ſepeliri niſi pœnituiſſet, cum eſſet ordinator eccleſiæ: ſed quicquid ſit de ueritate, hoc non uidetur valere: quia non dicitur hic vbi fuerit ſepultus. ſ. in loco ſacro uel non ſacro, & uidetur magis quod in loco non ſacro & occulto. Si enim portatus fuiſſet ad cemiterium cõe, probabile uideretur p uxor ſua ſciuiſſet. Alibi ãt ſepeliri poſſunt pprietarij.*

H

n Factum eſt au. *Hic conſequenter ponitur pœna uxoris. & patet litera uſque ibi:*

o Si t. a. u. *i. pro tanto præcio & non maiori & expreſſit Petrus præciſe ſummam quã uir eius poſuerat in communitate quæ reſpondit.*

p Etiam *i. certe.*

q Tanti. *præcij.*

r Quid utique con. uo. ten. ſpiri. do. *Hæc enim fraudatio dicitur Dei tentatio, quia per ipſam exquiſierunt experientiam de Dei noticia occaſionaliter, illam fraudem grauiter puniendo. Tentare enim eſt experimentum accipere de aliquo.*

*† 27. diſtin. quod interrogaſti*

s Ecce pedes eorum qui ſe. ui. tu. *iam reuerſi de eius ſepultura.*

t Et efferent te. *punitam ſimili pœna. Cætera patent uſq; ibi:*

v Et factus eſt ti. ma. in uni. ec. *id eſt in conuerſatione credentium in Chriſtum, retrahens quemlibet de congregatione a ſimili tranſgreſſione.*

x Et in o. q. au. hæc. *nã alij q non ponebant ſic bona ſua in communi, nihilominus*

¶ *ex hoc*

## MORALITER.

✲ *a Vir au. q. &c.* Poſtq̃ in fine præce. c. poſitum eſt exemplũ boni religioſi, ponit exemplum mali, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant. Per Ananiã. n. & eius uxorem de agri precio defraudãtes, ſignificantur quæcunq; perſonæ religioſæ uiri uel fœminæ proprietatis vitio deprauatæ, & ſic Ananias & eius uxor ſubito morte corporali pro ſuo peccato fuerunt puniti. Sic religioſi pprietarii niſi pœniteãt punientur morte gehennali,

*† audierunt*

✲ *Per*



A *a Apoſtolorum.* Non ſolius Petri licet pro honore eius cęteri taceantur, non tamen facta eorum taceantur.

*b Vnanimiter omnes.* Raba. vt ſupra dictum eſt. In hoc mirandi ſunt, quia magnitudo gratiæ non fecerat ſenſus diuerſitatẽ.

*c Cæterorum &c.* Exemplo Ananiæ, & vxoris pęna. n. duorum qui fraudulenter eis ſe coniunxerant ceteris tribuit exemplum.

*d Augebatur creden. in do. mul.* Rab. Tãta erat multitudo credẽtium, vt fidei creſcente fortitudine ſola ſufficeret vmbra. Vel tot erant tunc infirmi a credẽtibus allati, vt eum omnes non poſſent contingere.

*† De conſ. diſt. 1. c. de ſpiritu.*

*e Saltem vm.* Bed. Tunc Petrus vmbra corporis ſui inuiſibiliter alleuiabat infirmos, qui nunc inuiſibili ſuæ interceſſionis vmbraculo fideles infirmos roborat. Et quia etiam Petrus figura eſt eccleſiæ, ipſe rectus incedit ſed umbra iacentes erigit, quia eccleſia cęleſtibus intendens quaſi umbraticẽ tranſcurrit in terra, & hic ſacramentis & figuris cęleſtium renouat, quos illic p petuis donis remunerat. Rab. Implet ſententia domini. Qui credit, opera q̃ ego facio & ipſe faciet & maiora horum faciet.

*Ioan. 14. b* *† exproperarent* *Vbi ſup.*

*f Hæreſis.* Bed. Rab. Hæreſis ſciſſio interpretatur. Vel hæreſis ab electione, quia ſpretis aliorũ dictis, quod ſequendum putat, eligit.

*g Saducæi.* Bed. Saducæi interpretanĩ iuſti dicti a Sadoch ſacerdote, vel propter genus vel propter mores: iuſtificantes autem ſeipſos vendicabant ſibi, quod non erant, corporum reſurrectionem negantes animas cum carne perire dicebant: ſed nec angelum neque ſpiritum vllum eſſe credebant, omnes ſcripturas præter libros Moyſi reſpuebant: & ideo maxime principibus in perſecutione apoſtolorum cõſentiebant, qui virtute & ſignis reddebant teſtimonium reſurrectionis Chriſti.

*Vbi ſup. Saducæi heretici.*

B

*h Angelus au. &c.* Beda. Non dubitat Thomas Chriſtum carnem, & oſſa habuiſſe, quem ianuis clauſis vidit intraſſe, ecce ipſe cum ſociis mortali adhuc carne veſtitus clauſis ianuis egreditur.

*Vbi ſup. Ioan. 20. e*

*Vitæ*

a ¶Non tantum per verba vel umbram, ſicut de Petro dictum eſt. ¶Amplior cauſa timoris deſcribitur & zelus principum, qui infra dicitur, ſuſcitatur.

erant hæc. † Per mãnus autem apo-

¶Vnde ſuccenditur zelus ſacerdotum.

ſtolorum fiebant ſigna & prodigia multa in plebe. Et erant unanimiter

a ¶Sapientes. b ¶In domo ſapientis. vbi orationi ſimul inſtabant & doctrinæ.

omnẽs in põrticu Salomonis. Cæ-

¶Infidelium.

terorum autem nemo audebat con

¶Ficte.

iũgere ſe illis, ſed magnificabat eos

a ¶A longe ſtans & ſtupens. b ¶Creſcebat.

põpulus. Magis autem augebãtur credentium in domino multitudo

¶Nullus ſexus a regno Dei excluditur, non eſt enim perſonarum acceptio apud Deum. ¶Quæ latæ erant.

uirorum ac mulierum, ita ut in plateas † eijcerent infirmos, & pone-

a ¶Qualeſcunq; ad diſtinctionem grabatorum.

rent in lectũlis & grabatis, vt veniẽ-

¶Quaſi principe.

te Petro ſaltem vmbra eius obumbrarent quenquam eorum, & liberarentur omnes ab infirmitatibus ſuis. Concurrebat autem &

c ¶Præter habitatores Ieruſalem.

multitudo uicinãrum ciuitatum Ieruſalem, afferentes ægros & ue-

a ¶Morbis & doloribus. ¶Ad differentiam bonorum ſpirituum.

xãtos a ſpiritibus immundis, qui

¶Ad tenendos apoſtolos.

curabantur omnes. Exurgens autem princeps ſacerdotum, et omnes

a ¶Hæc hæreſis una fuit de ſeptem hæreſibus Iudęorum.

qui cum illo erant, quæ eſt † hærẽſis

a ¶Hunc fructum zelus protulit. ¶Qui non modo incępit, ſed illa hora ad plenitudinem malitiæ peruenit.

Saducæorum, repleti ſunt † zelõ, † & iniecerunt manus in apoſtolos,

a ¶Siue propter firmitatem carceris, ſiue propter celebritatem uirtutis factæ in publico.

& poſuerunt eos in cuſtodia pũ-

a ¶Ad differentiam mali.

blica. Angelus autem dõmini per noctem aperiens ianuas carce-

## NIC. DE LYRA.

¶ *ex hoc facto fuerunt territi cogitantes ſeueritatem vltionis diuinæ.*

a Per manus au. *Poſtquam ſuperius poſita eſt prædicatio Petri apud Iudæos ſingulariter, hic conſequenter ponitur eius prædicatio apud eoſdem cum alius apoſtolis communiter. Et diuiditur in duas partes. nam primo deſcribitur hæc prædicatio tanquam virtuoſa ſecundo ex hoc oritur Iudæorum communicatio uenenoſa, ibi: Exurgens autem. Circa primum oſtenditur apoſtolorum prędicatio virtuoſa ex duobus. ſ. ex miraculis eam confirmantibus, & ex multiplicatione credentium ad exhortationem apoſtolorum. & hoc eſt, quod dicitur:* Per manus au. apo. &c. in ple. *Non dicit in principibus: quia non credebãt paucis exceptis, qui occulte Chriſtiani erant, vt Gamaliel, Nicodemus, & aliqui alij.*

*Diuiſio*

b Et erant una, omnes. *ſcilicet apoſtoli.*

c In porticu Salomonis. *vbi erat locus orationis & prædicationis.*

d Cæterorum autem nemo audebat con. &c. *ficte ſcilicet timentes pęnam, quæ venerat ſuper Ananiam, & eius vxorem.*

e Sed magnificabat eos po. *propter curationes & miracula, quæ fiebant. & quia bona pro malis ſuis perſecutoribus reddebant. & ſubditur de multiplicatione credentium, cum dicitur:*

f Magis autem augebatur &c. *& patet litera vſque ibi:*

g Vt ve. Pe. ſal. vm. &c. *in quo ponitur differentia Petri ad alios apoſtolos in operatione miraculorum. Nam alij apoſtoli curabant infirmos, per tactum manuum, ſicut dicitur ſupra. Per manus apoſtolorum & cæ. Petrus autem nõ ſolum per tactum ſed etiam per umbram, quod eſt maius: quòd fiebat ad oſtendendum, quòd erat principalis apoſtolus. Sciẽdum tamen, quòd ſi conſiderentur miracula ex parte uirtutis actiuæ unum non eſt maius alio: quia omnia fiunt virtute diuina infinita, cum ſint opera totam uirtutem naturæ creatæ tranſcendentia. Si autem conſiderentur quantum ad rem factam, ſic unum eſt maius alio: ſicut ſuſcitatio mortui quàm curatio leproſi, & curatio leproſi quàm curatio ſubita languidi. Similiter ſi conſiderentur quantum ad modum faciendi: ſic maius eſt curare leproſum, vel languidum ſolo uerbo quàm tactu: & per umbram quàm per verbum. verbum enim eſt aliquid procedens ex homine habens uirtutem, ſed umbra nihil eſt ipſius, ſed tantum priuatio lucis ex interpoſitione corporis. Et quia Chriſtus non legitur curaſſe per umbrã, ſicut Petrus, ideo uidetur impletum fuiſſe, quod dixit. Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet. Cætera patent in litera.*

*Miraculorum conſideratio triplex* C *Ioan. 13. b*

h Exurgens autem. *Hic conſequenter ponitur ſacerdotum concitatio uenenoſa. Nã cõcitati inuidia, quæ uenenum eſt animæ, uoluerunt apoſtolos perdere, ſed non potuerunt, diuina uirtute eos protegente. Et ſecũdum hoc reſiduum huius ca. in quatuor partes diuiditur, quia primo ponitur apoſtolorum captio, ſecundo captorum increpatio, ibi: Et interrogauit. tertio increpatorum excuſatio, ibi: Reſpondens autem. quarto excuſatorum dimiſſio, ibi: Conſenſerunt autem. Prima adhuc in tres: quia primo ponitur apoſtolorum iniurioſa captio. ſecundo eorum miraculoſa liberatio, ibi: Angelus autem. tertio eorum cauteloſa reductio, ibi: Tunc abijt. Circa primum dicit* Exurgens autem prin. ſa. &c. *Ex hoc uidetur, ꝙ ipſe, et qui cũ illo erant, de ſecta erãt Saducæorũ, qui negãt reſurrectionẽ, & ſpiritũ & angelũ, ut habetur infra. ideo ſubditur:*

*Cap. 23. b*

i Repleti ſunt ze. *i. inuidia et ira: nã apoſtoli prædicabãt in Ieſum reſurrectionẽ ex mortuis, ut dictũ eſt ſupra in principio ca. præcedentis. Dicuntur aũt Saducæi a Sadoch, quod eſt iuſtitia in Hebræo. nam Saducæi inter alios Iudæos erant in iudicijs, & punitionibus acerrimi, ut dicitur in ſcholaſtica hiſtoria: propter quod ſibi nomen iuſtitiæ uſurpabant.*

*† & liberarentur oẽs ab infirmitatib. ſuis.*

k Et poſue. eos in cu. pu. *id eſt in carcere, in quo ponebantur malefactores publici, homicidæ, latrones, & huiuſmodi.*

l Angelus au. *Hic conſequẽter ponitur apoſtolorũ mirabilis liberatio. & ſecundo huius liberationis admiratio, ibi: Aduenieẽs autem. Circa primũ dicitur:* Angelus au. &c. a. &c. *Dicit hic quædam Glo. ꝙ nõ aperuit ſecundũ rẽ, ſed ſecundũ apparentiã, quia eduxit eos p ianuas clauſas ita libere ac ſi eſſent apertæ. Et circa hoc non eſt dubiũ, ꝙ hoc potuit fieri uirtute diuina, ſicut corpus Chriſti nondum glorioſum exijt de utero uirginis clauſo, ſed non potuit fieri uirtute angelica, quæ ſe non extendit ad faciẽdum duo corpora eſſe ſimul. Potuit tamẽ angelus uirtute propria ianuas aperire, & claudere ſicut prius. & huic modo educendi apoſtolos uidetur litera magis concordare.*

D *† ſecta* *† æmulatione* *† 5. 4. a Inf. 12. a*

¶ *Ita &*

## MORALITER.

✲ *a Per ma. &c.* iſta ſigna & prodigia erãt ſanitates corporũ virtute nois Chriſti factæ, p quas ſignificãtur ſanationes animarũ, quæ fiunt per ſalubria conſilia & hortamenta prædicatorum eccleſiæ.

*b Et erat una. &c.* Salomõ, qui interpretatur pacificus, eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui per ſuum ſanguinem erga nos pacificauit Deum patrem, & in eius porticu, qui fides eſt eccleſiæ, debent omnes catholici in ſimul habitari.

*d Cæterorum &c.* propter quod dicit Apoſtolus, quæ pars fidelis cum infideli? q. d. nulla.

*h Exurgens au. pr. &c.* Iſti Saducæi erant parum literati, quia de tota ſacra ſcriptura non recipiebant niſi quinq; libros Moyſi. Ipſi etiã interpretantur iuſti, non tamen erant iuſti ſecũdum ueritatem, ſed magis ſecundum fictionem uel nominis vſurpationem. & ideo per iſtos ſignificari poſſunt ſacerdotes duri, & parum literati, qui mouentur contra pauperes prædicatores, aliquando zelo inuidiæ, aliquando zelo iuſtitiæ fictæ, di. ꝙ mouẽtur zelo iuſtitiæ eccleſiarum ſuarum conſeruandæ, & ſic impediunt dictos prædicatores, & confeſſores ab animarum ſalute. Quod quidem impedimentum incarceratio poteſt dici large. nam impedimentum tale eſt multum afflictiuum eorum, qui zelant pro animarum ſalute.

*2. Cor. c. 6. c*

*l Angelus au. &c.* p quẽ põt intelligi bonus epſ. nam epi angeli dicuntur Apo. j. d. Septẽ ſtellæ angeli ſunt ſeptẽ eccleſiarum. i. epi earum, ſicut dictum fuit in expoſitione literali. Et ſic angelus ianuas aperit, quando bonus epiſcopus dictum impedimentum repellit.

✲ *Surgens*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Vitæ huius*. Rab. Chriſtianæ vel æternæ. Quod ideo non additur, quia famoſa erat ſecta Chriſtianorum, pro qua traditi ſunt carceri.

In Actus apoſt. cap. 5. in. 5. b *Carcerem qui. &c.* Bed. Inſani Iudęi, qui ſtimulante inuidia dicunt furantibus apoſtolis Ieſu de monumēto ſublatum, quo furto dicant apoſtolos de carcere clauſo ablatos?

Ibidem. Mat. 28.c c *Magiſtratus*. Beda. Secundum Græcum magiſtratus legendum eſt ſingulari numero, ſicut & in ſequenti vbi dicitur: tunc abiit magiſtratus cum miniſtris.

Ibidem. d *Ambigebant*. Beda. Nec ſic credunt. malitia n. interior cor perfidum ſignis etiam manifeſtis obdurat.

Ibidem. e *Præcipiendo*. Be. In Gręco: Nōne præcipiendo præcepimus vobis? Nam ſic loqui magis interroganti conuenit.

f *Repleſtis Ie*. Ra. Ieruſalem principem ciuitatum, in qua etiam nos conuerſamur in hoc ignorātes laudant apoſtolos, qui nec territi minis ceſſant prædicare.

Ibidem. g *Super nos ſang*. Bed. Oblitus eſt princeps ſacerdotū debiti, quod ipſe ſibi & ſuis imprecatus eſt dicens: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Rab. Patet p antiphraſim dictū eſſe: Sanguis eius ſuper &c. Bed. In Græco interrogatiue legitur. Et temeraria interrogatio pontificis refutatur reſponſione prudenti. Ra. Interrogando dictum. Solet. n. in uerbis eſſe dubietas, cum in corde firma teneatur ſententia.

Mat. 27.e *foris. Ibidem. † ſummus ſacerdos

h *Deus patrum*. Rab. Non nouus nec a nobis nuper inuentus, vt eorum inobedientia ſit inexcuſabilis.

vbi ſup. † dux. i *Spirituſſanctus*. Bed. Nos roborauit, vt vobis etiam reſiſtentibus magnalia Dei firmiter prædicemus, ipſe in nobis loquens format uerba, quæ auditis.

*Omnibus*

ris & educens eos, dixit: Itē & ſtantes loquimini in templō plebi omnia verba uitæ huius. Qui cum audiſſent, intrāuerunt diluculo in templum, & dōcebant. Adueniens autem princeps ſacerdotū, & qui cum eo erant, conuōcauerunt concilium, & omnes ſeniōres filiōrum Iſrael: & miſerunt ad carcerem, vt adducerentur. Cum autem ueniſſent miniſtri, & aperto cārcere non inueniſſent illos reuerſi nunciauerunt dicentes: Carcerem quidem inuenimus clāuſum cum omni diligentia, & cuſtodes* ſtantes ānte ianuas: aperientes autem neminem intus inuenimus. Vt autem audierunt hos ſermones † magiſtratus templi, & principes ſacerdotum, ambigebānt de illis quid nam fieret. Adueniens autem quidam nūciauit eis, quia ecce uiri, quos poſuiſtis in carcere, ſunt in tēmplo ſtantes & dōcentes populum. Tunc abijt † magiſtratus cum miniſtris, & addūxit illos ſine ui. Timebant enim popūlum ne lapidarentur. Et cum adduxiſſent illos, ſtatuerunt in cōncilio. Et interrogauit eos princeps ſacerdotum dicens: Præcipiēndo præcepimus vobis ne doceretis in nōmine iſto, & ecce rēpleſtis Ieruſalem dōctrina ueſtra, & vultis introducere ſuper nos ſanguinem hōminis iſtius. † Reſpondens autem Pētrus & āpoſtoli dixerunt: † Obēdire oportet Deo magis quàm hominibus. Dēus patrum noſtrorum ſuſcitāuit Ieſum, quem vos intēremiſtis ſuſpēndentes in ligno. Hunc principēm & ſāluatorē Deus exāltauit dēxtera ſua ad dandam pœnitēntiam Iſrael, & remiſſiōnē peccatorū: & nos ſumus tēſtes horū uerborū, & ſpūſſanctūs, quē

Interlinear: a ¶Firmi & ſtabiles, uel manifeſti. a ¶Loco celebri quem ſacerdotes frequentabant. b ¶Non ſacerdotibus. c ¶Nihil præ timore celantes. a ¶Secundum præceptum angeli, prompta eſt obedientia. a ¶Sicut imperatum erat, Loquimini plebi. a ¶Quia ad hoc poſiti erant in cuſtodia, ut ad iudicium traherentur. b ¶Ætate. a ¶Sacerdotum & Scribarum. ¶Apoſtoli. a Quem clauſum inuenerant. a ¶Vt maius ſit miraculum. a ¶Non negligentes. ¶Vt minor ſit euadendi facultas. b ¶Non ex latere, uel poſt tergum. ¶Potentes uel ſapientes. a ¶Vt ne fraude vel potentia factum eſſet. a ¶Patet non fuiſſe fraudem, cum poſt euaſionem non latebant. a Quod uos prohibuiſtis. a ¶Ecce magnitudo fidei, non timeret eos, qui ſe uinxerant. a ¶Non Deum. a ¶Dixerat enim dominus, Tradent uos in conciliis. a ¶Non leuiter diximus, ſed autoritate pontificali præcepimus. a ¶Ieſu, quod propter claritatem vel odium tacent. b ¶Non ſolum docuiſtis contra noſtram prohibitionem, ſed etiam repleuiſtis. a ¶Noua & culpabili. a ¶Sanguinis uindictam, prædicando eum iuſtum fuiſſe & Chriſtum. b ¶Non Dei. c ¶Ieſu, quod non addunt vt ſupra dictum eſt duabus de cauſis. a ¶Quaſi princeps. b ¶Ex feruore & zelo non patiuntur unum loqui pro omnibus. a ¶Breuiter loquendo dant exemplum non utendi uerborum circumitu. a ¶Supra dixerat; Deus Abraham: Deus Iſaac, & Deus Iacob, ideo nunc breuiter dicit, Deus patrum. b ¶In reſurrectione, hoc maxime oderant. a ¶Hic manifeſte ſanguinem introducunt ſuper eos. b ¶Quaſi reum & maledictum. a ¶Totius eccleſiæ quæ in cœlo & in terra eſt. b ¶Hominum. a ¶Virtutibus vel aſcenſu in cœlum. b ¶Proſperitate æternitatis uel filio. c ¶Ideo uirtutes factæ, ideo in cœlum aſcendit. a ¶Quæ eſt fructus pœnitentiæ. a ¶Virtutum, aſcenſionis, ſpiritus miſſionis. b ¶Teſtis eſt. ¶Ne uilis ſit ſermo humanus.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Ite & ſtantes loquimini in templo. *conſtanter & intrepidè.*

b Plebi. *ibi conuenienti.*

c Omnia uerba vitæ huius. *ſ. Chriſtianæ, quæ eſt in præſenti per gratiam & per gloriam in futuro.*

d Qui cum audiſſent, intrauerunt diluculo *tanquam feruidi ad impletionem mandati.*

†Sup. 4.d e Adueniens autem. *Hic conſequenter ponitur dictæ liberationis admiratio, cum dicitur:* Adueniens autē &c. *Et patet litera vſque ibi:*

† 11.q.4.c. ſi dominus & 15.q.6. c. iuratos. De ſentē. ex. con. c. relatum. f Et miſerunt ad carcerem, ut adducerentur. *Ad hoc enim poſiti fuerunt in carcere, vt in craſtino inde traherentur ad iudicium, & condemnarentur. Cætera patent vſque ibi:*

g Et cuſtodes ſtantes. *id eſt diligenter cuſtodientes. quaſi dicat, non exierunt per defectum clauſuræ vel cuſtodis. Cætera patent uſque ibi:*

h Ambigebant de illis quid nam fieret. *id eſt vbi & quo quærerentur & caperentur.*

i Adueniens autem quidam &cæ. *qui viderat aſtantes eos in templo, & intrepide docentes:* Annunciauit eis &c. *& patet litera.*

k Tunc abiit. *Hic conſequenter ponitur apoſtolorum cautelosa reductio. Inierunt enim iſti concilium ad reducendum eos turpiter, & aſpere ſicut maleſactores publicos. ſed uidentes deuotionem populi, timentes ne lapidarentur, mutauerunt propoſitum, & ad reducendum eos vſi ſunt tantum uerbo ſimplici, & hoc eſt, quod dicitur:* Tunc abiit magiſtratus. *Nomen eſt officij. & tenetur collectiue pro maioribus communitatis.*

l Cum miniſtris. *ad capiendum apoſtolos paratis.*

m Et adduxit illos ſine vi. *Cuius cauſa ſubditur ex parte ipſorum cum dicitur:*

n Timebant enim &c. *Ex parte apoſtolorum cā fuit, prompta voluntas ueniendi, & ſecuritas de aſſiſtentia Dei.*

o Et interrogauit eos. *Hic ponitur apoſtolorum increpatio, cum dicitur:*

p Præcipiendo præcepimus. *i. autoritate pontificali prohibuimus.*

q Ne doceretis in nomine iſto. *id eſt in nomine Ieſu Nazareni.*

r Et ecce repleſtis Ieruſalem doctrina veſtra. *contra præcepta noſtra.*

ſ Et vultis introducere ſuper nos ſanguinem hominis &cæ. *quaſi dicat, non ſolum eſtis inobedientes, ſed etiam crimen homicidij nobis imponentes.*

Diuiſio t Reſpondens autē Petrus & apoſtoli dixerunt. *Hic conſequenter ponitur increpatorum reſponſio: quæ eſt duplex. ſecunda ponitur ibi: Surgens autem. Prima vero eſt per apoſtolorum verba cum dicitur:* Reſp. autem Petrus & apoſtoli &c. *Licet gloſ. interlinearis dicat, quòd apoſtoli ex feruore moti non fuerunt paſſi vnum pro omnibus loqui, non eſt tamen veriſimile, quòd omnes loquentes ſimul dederint reſponſionem, quæ ſequitur per ordinem, quia ibi fuiſſet confuſio nacum: quod non eſſet decens, nec bene intelligibile, nec ſic permittitur hominibus loqui in loco iudicij. Ideo magis videtur, ſaluo tamen meliori iudicio, quòd Petrus ſolus dedit reſponſionem: qua data alij apoſtoli approbauerunt eam tanquàm ſuam: nec illa gloſſa, cum non ſit magiſtralis, eſt autentica.*

u Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. *hoc eſt per ſe notum, cum homines nullam autoritatem præcipiendi habeant niſi a Deo, a quo eſt omnis poteſtas.*

x Deus patrum noſtrorum. *id eſt quem coluerunt patres noſtri.*

y Suſcitauit Ieſum, quem uos interemiſtis ſuſpendentes in ligno &cæte. *& ſic non imponimus nobis falſo ſanguinem ipſius.*

z Hunc principem. *eccleſiæ militantis, & triumphantis.*

a Saluatorem. *hominum.*

b Deus exaltauit. *ad cœleſtia.*

Cap. 1. c Dextera ſua *id eſt uirtute ſua, ſicut declaratum eſt ſupra.*

d Ad dandam pœnitentiam Iſrael. *id eſt ad dandum tempus pœnitendi.*

e Et remiſſionem peccatorum. & nos ſumus teſtes. *quia nobis præceptum eſt iſta teſtificari, vt patet ſupra primo & Lucæ vltimo. quaſi dicat. propter hoc oportet nos in hoc obedire Deo.*

f Horum uerborum. *ſcilicet reſurrectionis, aſcenſionis, & miſſionis ſpirituſſancti.*

g Et ſpirituſſanctus. *teſtificatur iſta qui loquitur in nobis, & eius uirtute fiunt ſigna & prodigia. Sed quoniam homines in malis obſtinati reſponſionem rationabilem non recipiunt, ideo ſubditur:*

¶ Hæc cum



a *Omnibus*. Ra. Non nobis ſolis, ſed omnibus obedientibus, etiā vobis ſi uelitis accipere. In hoc ad pęnitētiā prouocat.

b *Gamaliel*. Diſcipulus apoſtolorum, ut putabatur, remanens apud Iudæos conſilio apoſtolorum, vt peſſima deſtrueret conſilia, & furorem eorum mitigaret.

In eiſ. Actis apoſt. 4. in 5. Bed. Vt Clemens dicit, Gamaliel cōſocius erat apoſtolorum in fide, ſed conſilio eorum cum Iudęis manebat, ut in tali turbine furorem eorū poſſet ſedare.

Ibidem. † in pretio habitus apud totū populum. Sup. 4.f c *Theodas*. Bed. Ioſephus. Theodas perſuaſit multis ſublatis ex vrbe facultatibus ſuis ripas Iordanis obſidere; & cū eſſet magus, ꝓphetā ſe dicebat: & diuiſo fluuio ſe præbere trāſitū ꝓmittebat: Cui iuſſu Fadi ꝓcuratoris equitū turba ſuperueniens multis peremptis aut captis, ipſius caput Ieroſolymam reuexit.

d *Iudas*. De hoc Ioſephus dicit, quia cogebat populum ne tributa ſoluēdo Romanis libertatem amitteret: proferens ex lege ſoli Deo ſeruiendum, & eos, q decimas dabant, tributa non dare debere. Quæ hæreſis intātū creuit, vt Phariſæi & multa pars populi Chriſtū interrogarent, an liceret tributa dare Cęſari. † adhæſit

Mat. 22.b e *Cæſis*. Rab. Ecce fortitudo fidei; patet, quæ non uerbis cohiberi poterat, nec flagellis. Prius ſunt ſermone prohibiti, modo flagellis cæſi.

f *Quoniam digni*. Non putabant ſe laborare, ſed maximū munus percipere: qa beati, q perſecutionem patiunī ꝑ me.

Math. 5.a † deſcriptionis *multum g *Omni autem die*. Sæpe talia interponūtur capitula breuiter multa colligentia, ut quaſi finis præterito ſermoni, & fundamentum ſtatuatur ſequenti.

dedit Deus omnibus obedientibus ſibi. Hæc autem cum audiſſent, diſſecabantur, & cogitabant interficere illos. † Surgens autem quidam in concilio Phāriſæus, nomine Gamaliel, lēgiſdoctor, † honorabilis vir vniuerſæ plebi: † iuſſit † foras ad breue hōmines fieri. Dixitque ad illos: Viri Iſraelitæ attēndite uobis ſuper hominibus iſtis quid acturi ſitis. Ante hos enim dies extitit Theodas dicens ſe eſſe aliquem: cui † conſenſit numerus uirorum circiter quadringentorum: qui occiſus eſt, & omnes, quicunque credebant ei, diſſipati ſunt, & redacti ad nihilum. Poſt hunc extitit Iudas Galilæus in diebus † prōfeſſionis: & auertit pōpulum * poſt ſe. & ipſe periit, & omnes quotquot cōnſenſerunt ei diſperſi ſunt. Et nunc itaq; dico uobis, diſcedite ab hominibus iſtis, & ſinite illos. Quoniam ſi eſt ex hominibus cōſilium hoc, aut opus, diſſoluetur. Si uero ex Deo eſt, nō poteritis diſſoluere: † Nē forte & Deo repugnare † uideamini. Cōnſenſerunt autem illi, & conuocantes apoſtolos, cæſis denunciauerunt eis, ne omnino loquerentur in nōmine Ieſu: & dimiſerūt eos. † Et illi quidem ibānt gaudentes a conſpectu concilii; quoniam digni habiti ſunt pro nōmine Ieſu contumeliam pati. Omni autem die non ceſſabant in templo, & † circa domōs dōcentes & euāngelizantes Chriſtum Ieſum.

Interlinear: ¶Non dabit. ¶Iam coram uobis. ¶Cordibus. a ¶Quia uerbis non poterant prohibere. a ¶Non Saducæus, qui negabat reſurrectionem. a ¶Non imperitus, qui non audiretur. a ¶Apoſtolos ſe cedere, quaſi excludendos iudicaret. a ¶Qui ſobrii & prudentes debetis eſſe. b ¶Non iudicare docum furore. a ¶Magnum prophetam, vel Chriſtum. a ¶Quando exiit edictum a Cæſare Auguſto ut profiteretur uniuerſus orbis. b ¶A ueritate. c ¶Multum ut non miremur multitudinem credentiū. a ¶Conſentientes cum facientibus par comprehendit pœna. ¶Nolite interficere. a ¶Grauius incalcat conſilium ne ſpernatur. a ¶Conſentire eſt ſenſum ſenſui coniungere. ¶Ex communi conſenſu. ¶In ſynagogis ſuis flagellabunt uos. a ¶Eritis odio omnibus hominibus propter nomē meū. a ¶Gaudete inquit dominus in illa die & exultate, quoniam merces ueſtra multa eſt in cœlis. a ¶Non pro aliquo crimine Vbi Chriſtus in cauſa eſt, ibi maledictio eſt optanda. a ¶Templo uicinæ, ue totius ciuitatis. b ¶Quę pertinent ad mores. c ¶Fidem de Ieſu, qui fuit Chriſtus.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Hæc cum audiſ. *principes ſacerdotum.* diſſecaban. *quia reſponſionem eorum non poterāt infringere, & tamē volebāt eos occidere.*

b Surgens autem. *Hic ponitur ſecunda excuſatio per Gamaliel verba, qui vt dicit Glo. erat diſcipulus apoſtolorum, occultus tamen, ut Iudæorum peſſima conſilia diſſiparet.*

† reperiatur c Phariſæus. *in hoc, quòd credebat reſurrectionem, & ſpiritum, & angelum ſed non ſequendo malitiam Phariſæorum.*

d Legiſdoctor honorabilis. *& ſic magis habebat autoritatem loquendi.*

e Iuſſit foras ad breue ho. fieri. *id eſt apoſtolos, vt in eorum abſentia efficacior eſſet pro eis eius ſententia.*

f Viri Iſraelitæ. *qui eſtis in lege & prophetis eruditi.*

23.q.3.§. ... g Attendite vobis &c. *q. d. non debetis eos præcipitanter condemnare, ſed facta præterita conſiderare, quorum duo recitat, di.*

h Ante hos enim dies ex. The. dic. ſe eſſe ali. *ſ. magnum prophetā: qui ut dicit Ioſephus magicis artibus multos de Ieruſalem decepit, & multis facultatibus ex Ieruſalem ſublatis duxit eos vſq; ad ripas Iordanis, dicens ſe præbere eis tranſitum per arentem alueum.*

i Qui occiſus eſt &c. *per milites ad hoc miſſos a Fado præſide Syriæ.*

† in ſingulis domib. k Poſt hunc ex Iu. in diebus pro. *id eſt tempore quo ſinguli de Iudæa ibant ad ciuitatem ſuam, ut ſe eſſe ſubditos profiterentur Romanorum, ut habetur Luc. ij.*

l Et auertit populum poſt ſe. *affirmans publice, quòd illicitum erat Iudæis aliquem dominū cognoſcere: niſi ſolum Deum, qui eduxerat eos de ſeruitute Aegypti. Sed hoc erat falſum, qa Ieremias, qui ſanctus fuit, inducebat Sedechiam, & alios de populo Iudæorum ad ſeruiēdum regi Chaldæorum. Similiter Sedechias inculpatur de hoc, quòd fregit iuramentum, quod fecerat Nabuchodonoſor, de ſeruiendo ſibi ſub tributo: quod ſcriptura non feciſſet, ſi iuramētum illud fuiſſet illicitum. Similiter Daniel & ſocij eius, qui fuerunt ſancti, humiliter & fideliter ſeruierunt Nabuchodonoſor regi. propterea etiam Saluator interrogatus, ſi liceret Iudæis reddere cenſum Cæſari, reſpondit: Reddite quæ ſunt Cæ. Cæſari, quæ ſunt Dei Deo.*

Regibus ſeruiendū eſſe. † inf. 12.a Iere. 38. 2. Para. ul. † ut paulisper ſecederent foras apoſtoli. Matt. 22.

m Et ipſe pe. & om. quot. con. ei. *adhærentes eius falſæ doctrinæ. Conſequenter applicat ad propoſitum prædicta, di.*

n Et nunc itaq; dico uobis, diſ. ab ho. iſtis. *id eſt ab eorum perſecutione.*

o Quoniam ſi eſt ex ho. conſi. ho. *Id eſt ſi doctrina eorum eſt humanitus conficta.*

p Diſſoluetur. *ſicut & prædictorum.*

q Si uero ex Deo eſt. *i. ex ordinatione diuina.*

r Non poteritis diſſoluere. *Nam eius ordinationem nullus impedire:*

ſ Ne forte & Deo re. uidea. *q. d. cum hoc incurretis peccatum graue, repugnando ordinationi diuinæ.*

t Conſenſerunt autem. *Hic conſequenter ponitur excuſatorum dimiſſio, cum dicitur:* Conſenſerunt. *tum quia legiſdoctor erat honorabilis, tum quia eius perſuaſio erat rationabilis. Licet tamen conſenſerunt ei de dimiſſione apoſtolorum, non tamen de modo dimittendi. quia cōſuluerat ſimpliciter eos dimitti: & ipſi prius fuerunt cæſi, & prohibiti prædicare nomen Chriſti. ideo ſequitur:*

u Et conuo. &c. Et illi quidem ib. gau. &c. *ita quòd aduerſa non ſolum ſuſtinebant patiēter, ſed etiam gaudenter, in quo conſiſtit excellentiſſimus fortitudinis gradus.*

x Omni au. die non ceſ. &c. *in nullo uerbis aut uerberibus territi, ſed magis ad prædicandum Chriſtum fortius animati.*

### MORALITER.

* b Sur. au. in con. &c. Per Gamalielem legiſdoctorem, qui rationabiliter loquēs mitigauit eorum furorem, ſignificatur bonus doctor catholicus, qui doctrina ſana reprimit irā irrationabiliter motam. quia labor prædicatorum, doctorum & confeſſorum multum facit ad ſalutem animarum, & alleuiationem oneris curatorum. † nequando

In ca. v. vbi dicitur in Poſtil. Dicūtur aūt Saducæi a Zedec quod eſt iuſtitia in Heb.

### ADDITIO.

Sicut Ariani dicuntur ab Arrio, q fuit primus inuentor hæreſis Arrianæ, ſic Saducæi dicuntur a quodam, qui nominabatur Sadoch, qui fuit primus inuentor hæreſis Saducæorum, ut habetur in Gloſſ. ſuper librum thalmudicum, qui dicitur Aboth. Vnde non dicuntur a iuſtitia, quia nec reputabantur inter alios iuſtiores, ſed econtra: nam Phariſęi eorum ęmuli iuſtiores reputabantur, ut patet Luc. xviij. ubi dicitur de Phariſæis, qui confidebant in ſe tanquā iuſti, & ſpernebant cæteros.

## GLOS. ORDIN. CAP. VI.

In ſup. IN d. &c. m. G Be. Cā murmuris erat. Hebræi uiduas ſuas vt pote eruditiōrs ī miſterio ꝑferebant uiduis Græcorū.

*Græcorum*

## NIC DE LYRA. CAP. VI.

IN diebus au. &c. *Deſcripta prędicatione Petri ſingulari, & cum alijs apoſtolis, hic conſequenter occaſione huius ponitur pars incidentalis, in qua agitur de electione ſeptem diaconorum, ne impediretur oratio, & prædicatio apoſtolorum. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur cā & actus electionis, ſecundo ſubditur proſecutio de electis, ibi: Stephanus autem. Prima adhuc in duas. quia primo ponitur electionis cauſa ſiue ratio. ſecundo ipſa electio, ibi: Et placuit. Circa primum dicitur:* Diuiſio

## CAP. VI.

¶Prius dixerat, omni die.

IN diebus aūt illis creſcēte numero diſcipulōrum factū eſt murmur

a ¶Sedulitate prædicantium. a ¶Chriſtianorum, qui illo tempore diſcipuli dicebantur.

a In die. au. illis cr. mul. apo. *Non. n. poteſt*

¶ reg

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

E a *Græcorum.* Rab. Siue aduenarum Gentilium in ciuitate conuerſantium ſiue Iudæorum genere, qui inter Græcos nati fuerant, & nutriti, qui murmurabant, quia deſpiciebantur, aut qa in miniſterium viduæ eorum non admittebantur, aut quia præ cæteris quotidiano miniſterio grauabantur.

b *Deſpicerentur.* Rab. ex deſpectu plus grauarentur.

c *Non eſt æq.* Be. oſtēdunt apoſtoli epiſcopos & doctores eccleſiæ non debere corporalibus rebus implicari. (*In actus Apoſt. cap. 6. to. 5.*)

d *Conſiderate &c. ſeptē &c.* Be. Hic iam diſcernebāt apoſtoli, et ſucceſſores eorū p eccleſias cōſtituti ſeptē diacones, q eſſent ſublimioris gradus cæteris, & proximi circa aram quaſi columnæ aſſiſterent, non ſine ſeptenarii myſterio. (*Ibidem.*) († placitum gratum.)

e *Nos uer.* De ſeipſis non interrogant, ſed indicant.

f *Et elegerunt &c. & orantes &c.* Ra. Hic ordo ſeruandus eſt in ordinandis, eligat populus, ordinet epiſcopus. (*Ordo ſeruandus in ordinandis.*)

g *Stephanum.* Ra. Hic primus ponitᷣ, & ſolus laudatur, ut in uno omnes laudētur aut primo martyri honor feratur. († teſtimonio comprobatos *Vbi ſup.*)

h *Et orantes.* Be. Cōis diſpenſatio exigebat, ut miniſtri eligerentur, qui ut digni inuenti ſunt. creſcēte gradatim ꝓuidentia cōſilij ſalutaris, placuit eoſdē ipſos ſacri altaris & dominici ſanguinis, ſicut refectionis, & menſæ cōis miniſtros ordinari. Quod probatur inde, quia dictum eſt: *orantes impoſue. eis ma.* hoc eſt propriū eorū, qui ad ſacroſancti altaris promouētur officium. Hoc exemplo orationes fiūt in ordinibus, licet oratio apoſtolorū non ſit ſcripta.

m *Hic eſt Moy.* In eos culpam retorquet, quam ipſi inobedientes & increduli in Moyſen refundebant.

m *Moyſes qui.* Beda. Ne noua uideatur

doctrina

quid nocetis alterutrũ? Qui au-
tem iniuriam faciebat proximo
a ¶Verbo, ſicut & Iudæi Chriſtum. b ¶Ignarus prophetat, quia Moyſes princeps & iudex datus eſt Iſraeli.
repulit eum dicens: †Quis te cõ
ſtituit principem & iudicem ſu
per nos? Nũquid interficere me
tu uis, quemadmodum interfe
a ¶Moyſes timens Ægyptios propter eum quem occiderat.
ciſti heri Aegyptium? Fugit aũt
a ¶Quia nolebat occultum eſſe.
Moyſes in uerbo iſto, & factus
eſt aduena in terra Madian, ubi
a ¶De Sephora filia ſacerdotis Madian, quam uxorẽ acceperat. b ¶Gerſan & Eliezer. c ¶Ecce non blaſphemat, ſed laudat.
generauit duos filios. Et expletis
annis quadraginta, apparuit illi
a ¶Cum minaret gregem ad interiora deſerti.
b ¶Michael in perſona domini, uel ipſe angelus magni conſilii.
in deſerto montis Sina angelus
a ¶Quæ ideo facta eſt, vt timerent & ſcirent, quia Deus noſter ignis conſumens eſt.
†in igne flammę rubi. Moyſes
a ¶Quod contra conſuetudinem rubus ardens non comburatur.
autem uidens admiratus eſt ui-
ſum, & accedẽte illo ut †cõſide-
a ¶Nunc dominus dictus eſt, qui prius uocabatur angelus.
raret, facta eſt ad eũ uox domini
a ¶Semper præſens. b ¶Nondum tuus uocandus. hoc dicens oſtendit eum eſſe uerum filium eorũ
dicens: †Ego ſum Deus patrum
a ¶Non recens & nouitius. b ¶Hi tres commemorantur, quibus facta eſt promiſſio quæ impletur.
tuorum: Deus Abraham, Deus
¶Audiens nomen domini
Iſaac, & Deus Iacob. Tremefa-
ctus autem Moyſes nõ audebat
conſiderare. Dixit autem illi do
¶Ne putes te eſſe dominum eccleſiæ.
minus: † Solue calciamẽtum pe
dum tuorum. Locus enim in
a ¶Et ſancti pedes locum ſanctum debent contingere
quo ſtas, terra ſancta eſt. Videns
a ¶Dicendo, mei, miſereri ſe oſtendit.
uidi afflictionem populi mei q
eſt in Aegypto, & gemitum eo-
a ¶Deſcendere eſt miſericorditer compati.
rum audiui: & deſcendi liberare
eos. Et nũc ueni & mittam te in
¶Ecce laus, non blaſphemia.
Aegyptũ. Hunc Moyſen, quem
negauerunt, dicentes: Quis te
conſtituit principem & iudicẽ*?
a ¶Soluitur ab humili, quod ſuperbus interrogauerat. b ¶De ſeruitute Ægypti.
hunc Deus principem & redẽ-
a ¶Opere uel poteſtate, quia primogenita occidit, & alias plagas irrogauit.
ptorem miſit cum manu angeli
qui apparuit illi in rubo. Hic
eduxit illos, faciens prodigia
a ¶Hic cum Deo & Aaron tertius decem plagis Ægyptum percuſſit, & in deſerto in manna & petra aliiſque innumerabilibus ſigna fecit.
et ſigna in terra Aegypti, & in
rubro mari, & in deſerto annis
quadraginta. Hic eſt Moyſes, q
¶Vobis. a ¶Carne uiſibilem, ſed ſuper me maieſtatem terribilem.
dixit filiis Iſrael: † Prophetam

## NIC. DE LYRA.

¶ a Qui autem ini. fa. *increpatus ſuper hoc.*

b Repulit eum. *i. eius monitionem & increpationem, di.*

c Quis te conſti. p. & iu. *q. d. tu vſurpas tibi indebitam poteſtatem. Ex quo patet, quod iſte non intellexit, quod Moyſes eſſet conſtitutus a Deo tutor & liberator populi. Et quia iniurians habebat aliquos ſibi fauentes & idem ſentientes: & ideo ſupra dixit pluraliter: & illi non intellexerunt.*

d Nunquid interficere &c. *Illud, quod erat ſecretum publicauit intantum, quod venit ad aures Pharaonis, & quærebat occidere Moyſen. ideo ſubditur:*

e Fugit autem Moy. in uer. iſto. *id eſt propter publicationem huius facti, ne occideretur.*

f Vbi gene. duos filios. *Gerſan & Elieſer de Sephora uxore ſua.*

g Expletis. *Hic conſequenter deſcribitur Moyſi legatio, ſecundo legationis impletio, ibi: Hic eduxit. Prima adhuc in duas, quia primo ſanctus Lucas facit propoſitum, ſecundo infert quoddam correlarium, ibi: Hunc Moyſen. Circa primum primo deſcribitur tempus legationis, cum dicitur:* Expletis autem annis quadraginta *a fuga Moyſi de Aegypto.*

h Apparuit ei in deſerto &c. angelus. *Exod. iij. dicitur, quod apparuit illi Deus. Dicendum, quod ſecundum veritatem fuit angelus, vt hic dicitur. ſed quia perſonam Dei repræſentabat & in eis perſona loquebatur, ideo aliquando Deus, aliquando angelus nominatur, ut dicit Grego.*

i In igne flammæ rubi. *Angeli enim apparent hominibus in corporibus formatis. & quia tales apparitiones ſunt ad aliquid ſignificandum ideo formantur ſecundum conuenientiam ad id quod eſt ſignificandum. Per ignem frequenter in ſacra ſcriptura ſignificatur tribulatio purgans, Prouer. xvii. a. In igne probatur aurum & argentum: & homines receptibiles in camino humiliationis. propter quod angelus apparuit in ſpecie ignis ardentis, ſed non comburẽtis ad figurandum, quod populus Iſrael in tribulatione Aegypti non conſumeretur, ſed purgaretur, & purgatus liberaretur.*

k Moyſes autem ui. ad eſt. *quod ignis ardens non comburebat rubum, qui de facili eſt combuſtibilis.*

l Et acce. illo ut conſi. *magis de prope.*

m Facta eſt uox domini. *i. angeli loquentis in perſona Dei.*

n Ego ſum Deus pa. tuo. *qui coluerunt me, cęteris Gentibus ad idololatriam declinantibus.*

o Tremefa. au. Moy. *propter diuinam reuerentiam.*

p Solue cal. pe. t. *Modus enim erat antiquorum, & ſpecialiter Hebræorum, non ingredi loca ſancta pedibus calceatis. Vnde & Saraceni adhuc tenent hunc modum, quia non ingrediuntur locum diuini cultus niſi diſcalceatis pedibus vt a fide dignis intellexi.*

q Locus enim in quo ſtas, ter. ſan. eſt. *propter apparitionem diuinam. ibidem modo dicto.*

r Videns uidi af. po. mei. *oculo pietatis, & cum affectu miſerationis. ideo ſequitur:*

s Et deſ. li. e. *Deo autem deſcendere non conuenit niſi per affectum miſerationis: ſed angelo qui loquebatur bene competit deſcendere & aſcendere ſecundum motum localem, eo modo quo motus localis competit angelis.* — † attẽdere

t Et nunc ueni. *prompte obediendo mihi.*

u Et mit. te in Aeg. *ad liberandum populum. ſic patet legatio iniuncta Moyſi.*

x Hunc Moy. *Hic Stephanus contra Iudæos refert correlarium de rebellione eorum, di.* Hu. Moy. quem ne. *ſicut prædictum eſt, ille qui hoc uerbum dixit, habebat complices & fautores, qui idem dixerunt verbo, vel ſaltem facto, propter hoc, quod dicitur hic in plurali:* Dicentes, quis te conſtit. principem.

y Hunc Deus princi. & re. miſit. *Quia tamen non erat principalis in hoc facto ſed angelus apparens in perſona Dei, ideo ſubditur:*

z Cum ma. an. *alias per manum angeli id eſt cum poteſtate ipſius. & ſic Moyſes erat illi tanquam miniſter adiunctus. Per hanc autem rebellionem contra Moyſen intendit Stephanus vocare Iudæos de rebellione contra Chriſtum liberatorem totius mundi, de ſeruitute diaboli, vt exprimitur infra eodem cap. ubi dicitur: Et occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu iuſti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuiſtis.*

a Hic eduxit. *Hic conſequenter deſcribitur impletio legationis iniunctæ Moyſi. Et diuiditur in duas partes: quia primo facit propoſitum. ſecundo infert correlarium, ibi: Cum noluerunt. Circa primum dicitur:* Hic edu. il. *ſicut erat ſibi iniunctum.* — *ſuper nos

b Faciens prodi. & ſi. *ſicut patet a principio Exo. v. uſque ad finem. xij.*

c Et in rubro. ma. *vt habetur Exo. xiiij.*

d Et in deſer. *vt patet in libro Leui. Nu. & Deutero.*

e Hic eſt Moyſes. *cui vos credere dicitis & debetis.*

f Qui dixit filiis Iſrael. *Deuterono. xviij. d.*

g Prophetam uobis ſuſci. Deus &c. *quod principaliter intelligitur de Chriſto, vt ibidem dictum fuit*

MORALITER.

* g Prophetam uo. &c. Sequitur:



* Tabernaculum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E doctrina Chriſti, Moyſes, cui noluerunt obedire pr̃es ur̃i, p̃dicauit eũ in forma hominis venturũ, & p̃cepta vitæ daturum.

Lu. 58. a *a Verba uitæ.* Ra. Duas tabulas cum decalogo, & mandata cętera, de quibus dicitur, Qui fecerit ea, uiuet in eis.

*b Ad Aaron* Ra. Quaſi ad principẽ. Quaſi ignari diuinitatis loquuntur. Deus enim verus non eſt factus, ſed omnia fecit, nec creatura eſt, ſed creator omnium.

*c Fac nobis Deos.* Ra. Deos dicunt propter duas columnas, quæ præceſſerũt eos de Aegypto, in honore quarum vnum factum eſt ſimulachrum, ſed ambæ columnæ adoratæ. & ideo dicunt, Præcedant nos, quia columna nobis in die, columna ignis in nocte populum præcedebat.

*d Conuertit autem.* Manifeſtũ eſt Deũ operari in cordibus hominum, ad inclinandas eorum uoluntates ſiue ad bonum, ſiue ad malum &c.

In actu Apoc. 7. 10. 3 *e Militia cæli* Be. Militia cæli aliquando dicitur exercitus angelorum, ſed in hoc loco ſidera militiam cęli nominat, cũ ꝓtinus addat, ſidus Dei ſui &c

*f In libro prophe.* Quamuis multi ſint prophetæ, unus tamen liber dicitur eſſe. & apud Hebræos vnus eſt liber .xij. prophetarum. Augu. vero .xij. libros nominat.

†Exo. 53. a De do. Chri. lib. 2. ca. 8. tom. 3.

*g Nunquid uictimas* Ra. Quamuis neceſſitate ſeruiendi Deo libarent, mente tamen auerſi ueraciter ſeruiebant idolis, ex quo aurum in caput uituli transformauerunt. Si autem poſtea leguntur Deo obtuliſſe, non bona voluntate, ſed timore pro interfectione eorum, qui pro idolis corruerunt, factum eſt. Vbicunq; enim occaſio fuit ſemper corde in Aegyptũ ſunt reuerſi. Bed. Quæritur quõ non obtulerint Deo, cum legatur Deo eos quædam obtuliſſe, non uoluntate, ſed metu pęnarum? Deus autem non quæ offerũtur, ſed uoluntatem offerentiũ accipit.

Quæſtio

F

*h Et ſuſcepiſtis.* Be. Quamuis uideremini ad tabernaculum Dei victimas & hoſtias deferre, tota tamẽ mente phanũ Moloch ſiue Melchon amplexati eſtis. Eſt autem Moloch ſiue Melchõ, quod ſæpe inuenitur, idolum Ammonitarum, quod interpretatur rex nr̃.

*i Sidus Dei ueſtri Rem.* Be. Dimiſiſtis quidẽ Deũ uerũ & viuũ. & ſidus Rẽphã. i. facturæ ueſtræ pro Deo ſuſcepiſtis. ſignificat autẽ luciferũ, cuius cultui Saraceni erant mancipati. Et quia Rempham interpretatur factura uel reges veſtra, conſequenter adiungit.

*k Figu. quas fe. ado.* Ra. Sidus Dei vr̃i ẽ lucifer, cui aſſignauerũt figuras, iidẽ dii ĩ figuris & ſtellis adorabant. Ra. Quidã ſic dicunt, ſidus Dei ueſtri, ut ad Deum ꝑtineat uerbum, quia nõ ipſum dñm, ſed eius ſidus ſuſceperũt

*l Et tranſ.* Propter hæc ſacrilegia trans Babylonem ducemini captiui. Non eſt putandus primus martyr erraſſe, qui pro eo quod in ꝓpheta ſcriptũ eſt, trans Damaſcũ ducti ſunt, dixit, trans Babylonẽ. magis enim intelligẽda q̃ uerbum poſuit, ga trãs Damaſcũ ducti ſũt in Babylonem, ſiue trans Babylonẽ.

☞ Tabernacu-

a ¶Non aliis, Præter uos.
nobis ſuſcitabit Deus * de fratribus ueſtris: †tãquam meipſum audietis. a
a ¶Congregatione populi. non ſolus, vt prius, quando cum angelo loquebatur. b ¶Deſerto montis Sina.
Hic eſt, qui fuit in† eccleſia in ſolitu- b
¶Tam ei quam omni populo.
dine cum angelo, qui loquebatur ei c
a ¶Filiis Iſrael. b ¶Non tantum ueſtris.
in monte Sina, & cum patribus no- d
ſtris, qui accepit uerba uitæ † dare e
¶Non ſolum illis. ¶Duplicitet accuſantur, quia noluerunt, & quia non obedierunt.
nobis. Cui noluerunt obedire patres f
ueſtri, ſed repulerunt eum, & auer- g
a ¶Eſſi non corporibus ſuis. b ¶Ad quam deſiderabant reuerti, uel in morem Aegyptiorum reuerſi ſunt uitulum adorando.
ſi ſunt cordibus ſuis in Aegypto, di- h
a ¶Pluraliter dicunt Deos, non Deum unum. ¶Errore Gentium
cẽtes ad Aaron, †Fac nobis deos, qui i
a ¶Prouidentia & poteſtate. b ¶Derogando & inhonorando hoc dicunt.
nos præcedant. Moyſi enim huic
qui eduxit nos de terra Aegypti, ne-
a ¶Mor. uel uiua, quia .xl. diebus & noctibus cum domino ſederat in monte. b ¶Ex conſuetudine Aegyptiorum qui bouem adorant. petulans etiam & hebes populus ex hoc demonſtratur.
ſcimus quid factum ſit ei. Et uitulũ k
¶Vt adorarent.
fecerunt in illis diebus, & obtule- l
a ¶plus accuſantur quam ſi uiuo animali hoc facerent.
runt hoſtiam ſimulacro, & lætaban-
a ¶Non creatorem ſuum, ſed opera a ſe facta uenerati ſunt.
tur in operibus manuum ſuarum,
¶permiſit.
d Conuertit autem Deus, & tradi- m
a ¶Soli, lunæ, ſtellis, quia deo miliciam per agentes curſus ſuos.
e dit eos † ſeruire militiæ cæli, ſicut n
f ſcriptum eſt in libro prophetarum. o
g † Nunquid uictimas aut hoſtias ob- p
tuliſtis mihi annis quadraginta in
h deſerto domus Iſrael? Et ſuſcepi- q
¶pro tabernaculo dei ¶Factum. ¶Sicut deo uero.
i ſtis tabernaculum Moloch & ſi- r
a ¶Luciferi, quem colitis ut deum. b Subaudi, ſuſcepiſtis adorare.
k dus Dei ueſtri Rempham, figuras s
l quas feciſtis † adorare eas: & tranſ- t u

quæ dedit audiente populo. Exod. xx.

e Qui acce. uerba uitæ da. *Dicuntur autem illa præcepta uerba vitæ, non quia conferunt vitam gratiæ iuſtificantem. ſecundum quod dicitur Ro. iii. c. Non iuſtificatur homo ex operibus legis iuſticia, quæ facit dignum uita æterna. licet iuſtificarent iuſticia politica. ſicut dictum fuit ſuper epiſtolam ad Ro. & Gala. Sed dicuntur verba uitæ, quia ſeruantes ea non incurrebant pœnam mortis corporalis, quæ tranſgreſſoribus infligebatur, ſicut dictum fuit Gal. iii. ſuper illud, Faciens ea uiuet in eis.*

G

f Cui no. obe. pa. ue. *Hic ex dictis infert corrolarium de rebellione Iudæorum contra Moyſen & Deum, dicens:* Cui no. obe. pa. ue. *ſicut patet in multis locis Exodi & Nume.*

g Et auer. ſunt &c. in Aeg. *oſtendentes diſplicentiam quod inde exierant, dicentes Moyſi Exod. xiiii. e. Quid hic facere uoluiſti ut educeres nos de Aegypto, &c. & in pluribus aliis locis ſimile habetur. Et non ſolum oſtenderunt hanc diſplicentiam exitus, ſed etiam uoluntatem reuertendi, dicentes. Conſtituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Conſequenter oſtendit eos rebelles fuiſſe, & non ſolum Moyſi, ſed etiam Deo. cum dicitur:*

h Dicentes ad Aaron. *Exod. xxxii. a.*

i Fac no. de. *In hoc enim rebellabant Deo qui eos eduxerat de Aegypto, & etiam Moyſi eius miniſtro, cum ſubditur, Moyſi enim huic &c.*

k Et uitu. fe. *Quia Aaron ad faciendum coegerunt, & aurum ei miniſtrauerunt.*

l Et obtu. h. *quæ debebat offerri ſoli Deo.*

m Cõuer. au. Deus & tra. e. *i. conuerti & tradi permiſit dæmonibus ꝑ ſuam malitiã.*

n Seruire mi. cæ. *hoc non legitur eſſe factum tempore, quo filii Iſrael fuerunt in deſerto, ſed poſtquam intrauerunt terram promiſſionis, hoc multipliciter fecerunt, vt patet in libro Iudicum & Regum, ſpecialiter in. iii. & .ii. Parali.*

H

o Sicut ſcrip. eſt in li. pr. *ſ. xii. qui eſt vnus liber, ut declaratum fuit ibidem.*

p Nunquid uicti. *hoc ſcribitur Amos. v. g. Et refertur prima pars huius autoritatis ad tempus, quo fuerunt filii Iſrael in deſerto ut patet manifeſte. Non tamen per hoc eſt intelligendum, quod filii Iſrael nullas victimas aut hoſtias obtulerunt Deo in deſerto. quia Leui. ix. a. dicitur expreſſe, quod in conſecratione Aaron & filiorum eius fuerunt plures hoſtiæ Deo oblatæ, & ſimiliter in dedicatione tabernaculi, ut habetur Num. vii. Sed ideo dicitur, quia paucę uictimæ fuerunt tunc oblatæ. Vnde dicit Rab. Sa. ſuper illud Nu. ix. a. Fecerunt filii Iſrael Phaſe &c. ꝙ toto tempore, quo in deſerto fuerunt, non fecerunt Phaſe niſi illud tantum, cum tamen erat ſolennitas principalis & præceptum erat ipſum quolibet anno fieri. & ideo ſi fuit ſic omiſſa in illis .xl. annis, multo magis ſacrificia, quæ præcipiebantur fieri in ſolennitatibus, & in diebus minus ſolennibus. fuit enim cum populo ſuper hoc diſpenſatum a Deo propter incertum motum nubis, ſicut & de circuncisione, quæ præcipitur fieri octauo die, & tamen omiſſa fuit quandiu populus fuit in deſerto, ut patet Ioſue. v.*

q Et ſuſcepi. ta. &c. *Iſtud refertur ad tempus iudicum & regum, ut oſtenſum fuit Amos, v. & pendet in fine huius autoritatis.*

r Et ſidus Dei ueſtri Rempham. *id eſt luciferum, ſiue ſtellam matutinam, ut dicit Glo. quæ præ cæteris ſtellis a pluribus adorabatur: propter eius pulchritudinem.*

s Figuras. *id eſt imagines diuerſas.*

t Quas feciſti adorare eas. *id eſt ad adorandum eas.*

u Et transferam uos in Babylonem. *propter illud peccatum & tranſgreſſionem. Ex quo patet, quod idololatria, de qua loquitur hic* ¶ Amos

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *dem dictum fuit, qui deſcendit ſecundum carnem de Iudæis.*

a Tanquam meipſum audietis. *i. legiſlatorem noui Teſtamenti ſicut ego ſum ueteris. Sciendum tamen, quod Chriſtus non dicitur propheta quantum ad cognitionem euangelicam. Nam ab inſtanti conceptionis anima Chriſti habuit claritatem diuinæ uiſionis. Sed pro tanto dicitur propheta fuiſſe, inquantum propheta dicitur ille, qui annunciat remota a cognitione illorum cum quibus habitat. Chriſtus autem ante ſuam paſſionem fuit uiator habitans cum omnibus: Et denunciabat tranſcendentia capacitatem intellectus humani, ſicut dicitur propheta, Lu. vii. d. Propheta magnus ſurrexit in nobis &c.*

Chriſtus quo modo propheta.

Ioan. 1.

b Hic eſt qui fuit in ec. *id eſt in congregatione Hebræorum.*

c Cum ange. qui loquebatur ei in monte Sinai. *dans ei leges & mãdata, vt patet Exod. xix. Et deinceps quaſi per totum.*

d Et cum patribus noſtris. *quantum ad decem præcepta decalogi,* quæ

## MORALITER.

✻ *Tabernacu. teſti. fuit.* Hic excuſat ſe de blaſphemia contra templum aſſerens, quod ordinatione diuina ad cultum ipſius fuit factum. primo exemplariter in tabernaculo Moyſi, quod fuit mobile de loco ad locum. ſecundo perfectius in templo Salomonis, ſicut Dauid præcepit fieri ſecundum reuelationem ſibi factam a domino per Natham prophetam.

✻ Dur.



☞ *a Tabernaculum.* Be. Quia dicebant eum ſancto loco cõtrariũ oñdit Deũ nõ appciari ornatũ lapidũ. ſed ſplẽdorẽ aĩarũ Vñ ſubintelligit, ꝙ ſicut tabernaculũ facto tẽplo eſt deſertũ, ſic ipſum tẽplũ meliori ſuccedẽte eſt delẽdũ. unde Iere. Nõ cõfidẽres ĩ uerbis mẽdacii dicẽtes, Tẽplũ dñi, tẽplũ dñi eſt & poſtea, Faciam domui in qua inuocatũ eſt nomẽ meũ, & in qua habetis fiduciã, ſicut feci Sylo, ubi habitauit nomẽ meũ a principio, & proiiciã uos a facie mea. *Taber. te.* Quia dicebant eũ contra ſanctum locum agere, oſtendit ꝙ in ſanctum locum non eſt locutus blaſphemiam.

A

*b Secundum for.* Ra. Quia ei in Sina oſtenderat, quia & ſecundum formam factũ, oſtenditur ipſum tabernaculũ formam fuiſſe. Rab. Hiſtorice cum Ieſu dicitur, quia Moyſes erat defunctus.

*c Vt inue.* Verum templum, cuius illud figura quod loco non mutaretur. i. eccleſiam, quam prȩuidebat futuram firmam & immutabilẽ, de qua Apl's: Firmũ fundamentũ dñi ſtat. Et alibi Fundamentũ aliud nemo poteſt ponere præter illud qđ poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus

*d Sed non excel.* Ra. Ex ſententia Salomonis Iudæos conuincit, qui ædificato templo dixit, Si cælũ & cæli cælorũ te capere non pñt, quanto magis domus hęc q̃ ædificaui. uerbo aũt Salomonis adiungit teſtimoniũ prophetæ, Cælum mihi ſedes eſt &c. vt manifeſtius ſit non in ſolo templo Iudæorum eum habitare.

*e Sicut per prophe.* Be. De tabernaculo primo, quod fuit vmbra & nõ ueritas, prius dixit, poſtea teſtimonium poſuit dicentis de tabernaculo quod uerius fuit, Siin troiero in tab. do. &c. ad ultimam ſñiam poſuit Deute. Vt in ore duorũ uel trium teſtium ſtet omne uerbum.

*f Cælum mi.* Sic demonſtrat ſe circundare oĩa, vñ alibi cælũ ſe palmo metiri & terram pugillo ſe concludere aſſerit.

B

*g Terra autem.* Terrȩ exemplo deſignat omnem creaturam creatoris.

*h Aut quis lo.* Be. Nõ aureus vel marmoreus terreſtris habitaculi locus. ſed ille quem propheta ſubnectit, Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum & trementem ſermones meos.

*i Dura.* Rab. Purgatus a crimine, de quo falſi teſtes eum arguebãt, incipit Iudęos arguere, quia qui ſine crimine eſt, dignus eſt doctoris officio.

*k Et incir.* Be. Oſtendit eis circunciſionẽ de qua contra gratiam euangelii gloriabanẽ, non ualere ad ſalutẽ, qui cogitationem & auditũ habebant immundum.

*l Patres ueſtri.* Ra. Supra patres noſtri dicebat perſuadendo loquens, nunc increpando pattes illorum tantum vocat, qui bus ſimiles ſunt in malicia.

Tres gradus maliciæ Iudæorum

*m Et occi.* Rab. Tres gradus maliciæ eorum ponit. primus eſt, ꝙ ſpiritui reſtiterũt. ſcđs ꝙ prophetas perſecuti ſunt. ter- ☞ tius, quod

¶Et in ulteriores partes eius.
a feram uos in Babylonem. Ta- a
a ¶Quia in eo arca fuit, in qua erat teſtimonium.
bernaculum teſtimonii fuit cũ
a ¶Semper communes appellat patres.
patribus noſtris in deſerto, ſicut
a ¶Qui totius artis actor fuit & diſpoſitor.
diſpoſuit illis Deus loquens ad
b Moyſen, ut faceret illud ſecundũ formã, quam uiderat. Quod b
a ¶Venerandum & humeris portandum.
& induxerunt † ſuſcipientes pa-
a ¶In figura Ieſu Chriſti.
tres noſtri cum Ieſu in poſſeſſio- c
a ¶Chananæorum. b ¶Cuius uirtute deletæ ſunt ab Iſrael ſicut dęmones cum Gentilitate a Chriſtianis expulſi ſunt.
nem Gentium, quas expulit dẽ d
us a facie patrum noſtrorum
a ¶Sic iunge, tabernaculum fuit uſq; ad dies Dauid & in diebus Salomonis templum tabernaculo ſucceſſit b ¶Dauid.
uſq; in diebus Dauid. Qui inue e i
a ¶Gratus Deo, gratis quæ petebat accepit ab eo. b ¶Sciens tabernaculum illud non ſemper ſufficere & eccleſiæ umbram eſſe.
nit grãtiam ante Deum, & petiit
a ¶Verum templum, cuius illud figura ſ. eccleſiam.
c ut inueniret tabernaculum Deo
a ¶Dauid vir ſanguinum prohibitus eſt: ſed Salomon figura ueri pacifici. i. filii Dei pacis domum domino ædificauit.
Iacob. Salomon autem ædifica-
a ¶Non in manufactis habitat dominus.
d uit illi domum: ſed non excelſus g
e in manufactis habitat, ſicut per
a ¶Sancti, quibus in habitando Deus præſidet.
f prophetam dicit: †Cælum mihi h
a ¶Quaſi thronus eſt, & nos domus. b ¶Peccatores, quos damnatione proſternit.
g ſedes eſt, terra autem ſcabellum
a ¶Hoc ideo dicit, ne ſic in templo confidant, ut ipſius tantum habitatorem Deum eſſe putent.
pedum meorum. Quam domũ i
¶Cui thronus, cælum, & terra ſcabellum.
ædificabitis mihi? dicit dominus
h aut quis locus requietionis meę? k
Nonne manus mea fecit hæc o-
a ¶Eſtis. ¶Non ſuſtinentes iugum legis. b ¶Iugum Chriſti leue non portantes circunciſo corde.
i k mnia? Dura ceruice & incircun- l m
a ¶Etſi carne circunciſi, non tamen corde ab infidelitate. b ¶Quæ ſunt ſurdæ, nec a uitiis purgatæ. c ¶Non ego quem accuſatis.
ciſis cordibus & auribus uos ſẽ- n o
a ¶Non mihi, ſed ſpirituiſancto. ¶Quia nunquam pœnitentiam agitis.
per ſpirituiſancto † reſiſtitis, ſicut p
a ¶De quibus prædixerat, cui noluerunt obedire patres ueſtri. ¶Nec modo inceptum. b ¶illis pares in nequitia.
l & patres ueſtri ita & uos. Quem q
a ¶Nullus eſt, quem non ſint perſecuti.
prophetarum non ſunt perſecu
¶Non noſtri.
m ti patres ueſtri? Et occiderunt r
a ¶Hoc ad eorum accuſationem, qui iuſtum prodentes occiderunt.
eos, qui prænunciabant dẽ aduẽ s
tu iuſti, cuius uos nunc proditores & homicidæ fuiſtis, qui acce t u x
¶Per hoc inexcuſabiles oſtendit.
a ¶Miniſterio. b ¶Ordinata per angelos lex eſt in manu mea. ¶Non aliorum miniſtrorum, qui eſſent inferiores.
piſtis legem in diſpoſitione angelorũ, & non cuſtodiſtis. Audien y z
a ¶Opere ſcienter peccando.
a ¶Quia zelabant laudem Dei.
tes autẽ hæc diſſecabantur cordi

a Tabernacu. *Conſequenter Stephanus ſe excuſat de blaſphemia contra templum, confitens illud ordinatione diuina fuiſſe factum & primo loquitur de tabernaculo Moyſi: ad cuius ſimilitudinem quantum ad aliqua templum poſtea fuit factum: dicit ergo:* Sicut diſp. *ſ. Deus: prout patet Exo. xxv.*

C

Exo. 25. d Heb. 8. b

b Quod & indu. &c. cum Ie. *id eſt cum Ioſue, qui erat dux populi.*

c In poſ. Gen. *id eſt in terram Chananæorum.*

d Quas ex. Deus. *Illud enim fuit magis factũ uirtute diuina quam humana.*

e Vſque in die. Da. *ſupple fuit illud tabernaculum in terra illa. Nam primo poſitum fuit in Sylo, ut habetur Io. xviii. & inde poſtea trãſlatum in terram Philiſtinorum & inde reductum in terram Iſrael & inde pluries tranſlatum de loco ad locum propter guerras.* Vſque in diebus Da. *qui tranſtulit in Ieruſalem arcã domini uolens ei ædificare templum, ut habetur ii. Re. vii. Sed dominus diſtulit ædificationem templi vſque ad tempus Salomonis filii ſui. ideo dicitur:*

1. Reg. 5 1. Reg. 6

f Qui in. *Et patet litera vſque ibi:*

g Sed non ex. in ma. *quia eſt incomprehenſibilis & naturæ ſpiritualis. hoc autem addit beatus Stephanus ad remouendum errorem aliquorum Iudæorum exiſtimantium, quod Deus habitaret in templo, ſicut homo in ſua domo, ex hoc ꝙ propitiatorium, quod erat in templo, Dei ſedes dicebatur, ſicut dixi plenius Ex. xxv. & ad propoſitum inducitur autoritas Iſa. lxvi*

h Cælum mi. ſe. *Hæc eſt locutio metaphorica ad deſignandum Deum eſſe præſentem vbique in cælo & in terra. Sibi enim non competunt corporis lineamenta. ideo ſubditur:*

i Quam do. ædi. mi. *ſ. ad habitandum modo prædicto. q. d. nullam, ſed tantum ad hoc, quod ibi fiat oblatio Deo orationum & ſacrificiorũ, vt dixit Salomon. iii. Re. viii.*

k Aut quis lo. re. meæ eſt. *q. d. nullus alius a me, quia Deus requieſcit in ſeipſo, quia per ſeipſum eſt beatus.*

D

l Dura cer. *Hic cõſequenter excuſat ſe Stephanus de blaſphemia contra legem, confitendo eã ſanctam & a Deo datã, & retorquendo in ſuos aduerſarios blaſphemiã, eo ꝙ eam multipliciter uiolabant. & hoc eſt quod dicit:* Dura cer. *id eſt obſtinata mente.*

m Et incir. cor. *a uitiis & ſordibus.*

n Et auribus. *a blaſphemiis & detractionib.*

o Vos ſemper ſpi. re. *loquenti in Moyſe & prophetis.*

p Sicut & patres ue. *vt ex prædi.*

q Quem prophetarum non ſunt perſecuti? *q. d. valde pauci ſunt.*

r Et oc. eos. *ſ. prophetas, vt patet de Zacharia filio Ioiadæ. ii. Paral. xxiiii. & Iſaia, ut dictum fuit in principio Iſa. & Amos: vt dicit Hiero. in prologo & multis aliis locis.*

s Qui præ. de ad. iu. *i. Chriſti, qui dicitur iuſtus antonomaſice. vnde dicit R. Sa. quod uniuerſi prophetæ non ſunt locuti niſi ad dies Meſſiæ. ſ. principaliter.*

t Cuius uos nunc prodi. *cũ Iuda tractãdo.*

v Et homi. fu. *eius crucifixionem procurãdo.*

x Qui acc. in diſ. *quia data fuit per angelum in perſona Dei loquentem, ut prædictum eſt.*

y Et non cu. *quia irritum facerent mandatum Dei propter traditiones ſuas,*

Matt. c. 15

z Audientes autem. *Hic ultimo ponitur ipſius Stephani lapidatio iniuſta. & ſecundo eius patientia perfecta, ibi: Et lapidabãt. Circa primũ dicitur:* Audientes autem hæc diſſe. cor. ſuis. *quia non habebant rationem interficiendi eũ, & tamen omnibus modis interficere volebant & ſic diſſecabantur interius, quia paſſio præualens diſcrepat ratione.*

¶ Et ſtri.

## NIC. DE LYRA.

¶ *Amos propheta fuit cauſa captiuitatis Iudæorum de terra ſua. & hæc fuit perpetrata poſt ingreſſum huius terræ, & maxime temporibus regum. Amos autem v. g. dicitur: Migrare uos faciam trans Damaſcum. i. vltra Damaſcum, vel longius a terra veſtra, quam ſit Damaſcus. Babylon autem plus diſtat a Iudæa. nam Damaſcus eſt prope terminum Iudeæ. Vel Stephanus poſuit in Babylonem, ut patet. iiii. Reg. ulti. Iudæi uero .x. tribuum fuerunt tranſlati in terram Aſſyriorum iiii. Reg. xviii. Et tranſitus ad illam eſt per Damaſcum. & ideo ad exprimendum utramque captiuitatem, quæ inducta fuit propter idololatriam, Amos ſcripſit ultra Damaſcum. Stephanus autem eodem ſpiritu loquens dixit, in Babylonem.*

Tabernacu.

## MORALITER.

✻ *l Dura cer.* Hic excuſat ſe de blaſphemia contra legem, dicens eam eſſe bonam & ſanctam, ſed a Iudæis nõ cuſtoditam, ſed magis diſſipatam. & ſic contra eos replicat accuſationem de ſe inſe factam.

 ✻ Excla.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tius, quod creſcente malicia eos occiderunt.

E a *Vidit gloriam Dei.* Be. Ad cōfortandā martyris patientiā cęlū pāditur, & ne hō lapidādus titubet ī terra, Deus hō crucifix' apparet in gloria. Be Quidā electorum adhuc in hac uita detēti mūdato oculo cordis uidere meruerūt gloriā Dei, ut hic Stephan', & Paul' ad tertiū cęlū rapt'

*In acta Apo. c.7.10.5 Ibidem.*

b *Stātē.* imobiliter, qa nō iterū caſurus vel habitus auxiliantis, & iniurias iudicātis, & ꝓ ſeruo pugnātis, ſic oſidit.

c *Video cæ.* Ra. Migraturus a terra cælos uidit apertos, vt qui terrenam uitā pro Chriſto contempſit, mereatur hęreditatem cæli, & ideo in ipſa paſſione uidet præmium.

*Ibidem.* d *Filiū ho.* Be. Cū ſit filius Dei maluit tū appellare filiū hoīs, ut cōfundatur Iudæorū infidelitas, q ut purū hoīem crucifixerūt, quē Deū credeē noluerī

e *Et eijciē.* Ra. In hoc ſe implere legē glorificabant. Moyſes enim de blaſphemante dixit. Educ eum foras extra caſtra, & lapidet eum populus.

*Leuit. 24.c Vbi ſup.* f *Extra ci.* Be. Et dominus extra portā paſſus eſt, q nos elegit de mūdo ad cęlū Et Stephanus quaſi aduena mūdi extra ciuitatē lapidatꝰ: nō.n. hic habēs manētē ciuitatē, futurā tota mēteque rebat, & dum martyr mundi ad cęlos intuitū dirigit, perſecutor duræ ceruicis ad lapides manum mittit.

*Lucæ 24.f* g *Domine I.* in cęlū, qd̄ vidi aptū. Chriſtus dixit p̄ri: P̄r ī manus tuas ꝯmēdo ſpiritum meū: Stephanus quaſi ſeruus domino: *Domine Ieſu ſuſcipe ſpm̄ meū.*

*Vbi ſup.* h *Poſi.an.ge.* Be. Pro ſe ſtans orauit. ꝓ inimicis genu flectit, quorū maior iniq̄tas maius ſupplicādi remediū poſtulabat. Et mira uirtus martyris, qui ex zelo eis, a quibus tenebaꝰ, ꝑfidiæ culpā exꝓbrās ardore charitatis in morte orabat pro occiſoribus ſuis.

*† 50. di. c. ſi poſt. 78. di. c. preſbyter.*

F i *Quia neſciunt.* Ra. Multi eorum occidēdo Stephanū ęſtimabāt ſe implere legem, qa blaſphemū eum credebāt. hoc & Chriſtus prædixerat, Veniet inquit hora, ut oīs, qui īterficit uos, arbitretur ſe obſequium præſtare Deo.

*Iohan. 16.a*

k *Obdormiuit.* Pulchre dictum eſt, obdormiuit, & nō mortuus eſt, quia obtulit ſacrificium dilectionis, & obdormiuit in ſpe reſurrectionis. Sancti nō moriuntur, quia in melius mutantur & temporalis in æternam uertitur.

a ❡Nimietate furoris. b ❡More beſtiali.

bus ſuis, & ſtridebant dentibus in

a ❡Sicut ſolebat, uel illa hora maxime ſuperabundauit gratia. b ❡Qui loquebatur in eo. Non enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri, qui loquitur in uobis.

eum. Cum autem eſſet plenus ſpiri

a ❡Vnde ſperat auxilium. b ❡Vt tribu atus carne conſolaretur ſpiritu.

tuſancto, intendens in cælum uidit

a ❡Verum hominem, qui reſurrexit uere & aſcendit. b ❡Vbi poſt laborem quieſcit, & indicat ſedens in throno

gloriam Dei, & Ieſum ſtātem a dextris Dei, & ait: Ecce uideo cælos aper

a ❡Non reſeratione elementorum, ſed ſpirituali reuelatione, quæ in corde iuſti fiebat. b ❡Quem uos ſic eſtimatis, uel ueritatem reſurrectionis oſtendit. c ❡Quia ſtare pugnantis uel adiuuantis eſt, recte a dextris ſtantem uidit, quem inter perſecutores adiutorem habuit. ❡Oſtenditur ueritas reſurrectionis. d ❡Vbi inuiſibiliter omnia iudicat, qui iudex omnium uiſibilis adueniet.

tos, & filium hominis ſtantem a dex

a ❡Quem Stephanus inuocabat.

tris uirtutis Dei. Exclamantes autē

a ❡Ne blaſphemantem audirent.

uoce magna continuerunt aures ſu-

a ❡Omnis turba culpatur, quia unanimis in malo.

as, & impetum fecerūt unanimiter

a ❡Quaſi abominabilem. b ❡Et Chriſtus extra ciuitatem paſſus eſt.

in eum. Et eiicientes eum extra ciui

a ❡Falſi qui lapidabant, ſecundum legem dicentem, prima manus teſtium lapidabit. b ❡Vel præ nimio furore, uel ne cum ueſtimentis pollutum tangeret.

tatem, lapidabant. †Et teſtes depoſuerunt ueſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis, qui uocabatur Sau-

a ❡Hoc nomen proprium ponitur, ut cauſa nominis aperiatur. hic enim uere coronatus eſt

lus. Et lapidabant Stephanum in-

a ❡Quaſi præſentem præcatur.

uocantem & dicentem: Domine Ie-

a ❡In cælum. b ❡Corpus tribuens lapidationi, ſpiritum præcatur conſeruari. c ❡Securus pro ſe genua non flexit.

ſu, ſuſcipe ſpiritum meū. Poſitis aūt

a ❡Apud Deum uox magna pro inimicis orantium.

genibus, clamauit uoce magna di-

a ❡Chriſtum imitatur dicentem, Pater ignoſce illis &c. ❡Vt ſit inſolubile, ſed pœnitentibus dimitte.

cēs: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatū, † quia neſciunt quid faciūt. Et cū hoc dixiſſet, obdormiuit in dn̄o.

*† hoc non eſt de textu*

NIC. DE LYRA.

a Et ſtri.den.ſuis. *ſicut canes rabidi.*

b Cum autem eſſet ple.ſpi. *H.ec.n. plenitudo fuit augmentata in martyrio, quod eſt actus charitatis perfectæ.*

c Intendens in cæ. *ubi fiduciam ſuam collocauerat.*

d Vidit gl.dei. *ad confortationem ſuam ex gratia ſpeciali.*

e Et Ieſum ſtan. *Hoc dicit ad affirmandam eius reſurrectionem. Et qa tales uiſiones fiunt ſecundum conuenientiam eius, quod ſignificatur, vt prædictū eſt, iō Stephanus uidit Ieſum ſtantem, ad deſignandū ꝙ erat paratus ad eius roborationē, qa ſtare ꝓpriū adiuuātis in prælio: ſedere uero proprium eſt iudicantis uel regnantis. propter hoc Mar.ul.d. vbi deſcribitur regnum Chriſti, dicitur ſedere a dextris Dei.*

f Ecce ui.cæ.aper. *De conditione huius uiſionis plenius dicetur in fine huius ca.*

g Exclamantes autem uoce ma. *ne audirentur Stephani uerba.*

h Conti.au.ſu. *ac ſi eſſent blaſphematoria.*

i Et impetum fe. *non ratione, ſed furia moti.*

k Et eiicien. *tanquam blaſphemum.*

l Et te. de. *vt expeditius & celerius eum interficerent.*

m Et la. *Hic conſequenter ponitur beati Stephani perfecta patientia. & primo ex eius intentione ad Deum, ibi: Inuocantem & dicen. Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum. ſecundo ex eius benigna condeſcenſione ad proximum actu interficientem ipſum, cum dicitur:*

*Diuiſio*

n Poſitis autem genibus. *vt in orando modus eſſet deuotus.*

o Clamau.uoce.magna. *quia procedebat ex affectu magno ad proximorum ſalutem.*

p Ne ſtatuas il.hoc pec. *reſeruando eis pœnam æternam, ſed da eis pœnitentiam. In aliquibus libris ſubditur: Quia neſciunt quid faciunt. ſed non eſt de textu, nec eſt in libris correctis. Iſti enim, ſaltem pro parte magna*

*magna magis fuerunt moti paſſione quam ignorantia. Ignorantia autē multorum cauſata erat ex præcedente malicia. ſ. ex odio & inuidia contra ipſum, ut dictum eſt ſupra. ca. iiij.* G

q Et cum hoc di. *ex feruore charitatis, ſecundum dictum Saluatoris Orate pro perſequentibus & calumni.nos.*

*Matt. 5.*

r Obdormiuit in do. *Nam eius anima ſāctiſſima abſorpta fuit in abyſſo ſupernæ charitatis. Circa prædicta dubitatur, utrum uiſio beati Stephani præmiſſa fuerit mentalis aut imaginaria vel corporalis. Et dicunt aliqui ꝙ fuit tantum mentalis, ita quod ex ſpeciali gratia fuit conceſſum Stephano uidere non ſolum humanitatem Chriſti, ſed etiam diuinitatem, ſicut & Paulo De quo dicit B. Aug. ad Paulinam de uidendo Deo, quod ſibi fuit conceſſum videre diuinam eſſentiam eo quod erat doctor Gentium, & Moyſi qui fuit doctor Iudæorum. Et hoc uidetur dicere quædam Glo. ſuper locum illum, quæ talis eſt Quidam electorum adhuc in hac uita detenti, mundato cordis oculo uidere meruerunt gloriam Dei, ut hic Stephanus & Paulus ad tertium cælum raptus. Sed hoc dictum non videtur bene conſonare dictis ſanctorum doctorum, qui concorditer dicunt, quod talis viſio non eſt conceſſa alicui in vita præſenti vtenti ſenſibus exterioribus; niſi homini Chriſto. Vnde & Paulus non dicitur Deum ſic uidiſſe, niſi in raptu ab iſtis ſenſibus. Stephanus autem videtur tunc non fuiſſe raptus, ſed magis utens ſenſibus, utpote loquens Iudæis audientibus. Propter quod alij dicunt, quod fuit viſio imaginaria, ita quod in eius imaginatione fuerunt effigies diuinitus formatæ ad repræſentandum Deū & hominem Chriſtum, ſicut Iſa. vi. a. Iſaias uidit dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & Seraphin ſtantis ex utraque parte, ſicut ibidem fuit plenius declaratum, & mente cognouit Stephanus ſignificatum illius repreſentationis. & ſic quātum ad hoc non ſolum fuit imaginaria, ſed etiam cum hoc mentalis, ſicut fiebat prophetis, ut plenius dictum fuit in libro pſalmorum. & non eſt dubium, quod illo modo potuit fieri Sed ex modo loquendi ſcripturæ uidetur, quod fuerit corporalis: quia dicitur in textu: Cum eſſet Stephanus plenus ſpiritu ſancto, intendens in cælum uidit gloriam Dei &c. Circa quod aliqui dixerunt, quod uiſus Stephani a Deo fuit fortificatus intantum, quod vidit Ieſum, ſcilicet exiſtentem in cælo empyreo, cælos acutie viſus penetrando. Sed hoc non videtur bene dictum, quia ſupponere uidetur, quod uiſus fiat extra mittendo ab oculo, non intus ſuſcipiendo ab obiecto, quod improbat Philoſophus lib. de ſenſu & ſenſato. Propter quod ſine præiudicio uidetur probabilius dicendum, quod a corpore Chriſti exiſtentis in cælo fuit immutatus oculus Stephani ad uiſionem humanitatis Chriſti. Nam in poteſtate eius eſt, quod corpus ſuum ſic uideatur a longe ſicut de prope. Et forte idem eſt de alio corpore glorioſo, quia totaliter eſt animæ ſubiectum. Propter quod uidetur, quod ad nutum eius poſſit immutare uiſum indifferenter a longe & prope, ſicut in poteſtate eius eſt quod immutet uiſum in propria uel alia effigie, ſicut dicitur de corpore Chriſti glorioſo Luc. ult. Deitatem uero non potuit uidere iſto modo, ſed ſicut in viſione imaginaria formatur in uirtute imaginatiua aliqua effigies ad repræſentandum Deum, ut dictum eſt, ita exterius poteſt diuinitus formari ad immutationem corporalis oculi, ſicut ſuo modo fit in apparitione angelorum, quando apparent in corporibus aſſumptis, quæ corporaliter videntur, ita aliqua effigies corporalis non a Deo aſſumpta, ſed formata poteſt ipſum repreſentare oculo corporali. & ſic probabiliter abſque aliqua aſſertione poteſt dici, quod ſic fuit in uiſione beati Stephani. mentaliter tamen cognouit, quod illa effigies non erat ipſa Deitas, niſi tantum repreſentatiue. & huic modo dicendi concordat litera cum dicitur, Ecce uideo cæ. aper. & f. ho. ſtan. a de. Dei. non ſic intelligendo, ꝙ cæli fuerunt diuiſi cum ſint incorruptibiles, ſed quia ſic clare uidit, ac ſi nullum eſſet obſtaculum intermedium. unde dicit quædam glo. quod hæc uiſio non fuit facta per reſerationem elementorum. & ſub elementis hic intelliguntur etiam corpora cæleſtia.* H

*Li. ep. 112.* *Viſio Stephani qualis fuit*

MORALITER

✲ g *Excla.a.uo.m.* non potentes ueritatem audire, ſed tanquam furioſi ſtatim duxerunt eum ad lapidationem, & ipſe econtrario fudit ad dominum pro ipſis orationem ſecūdum doctrinā Chriſti *Mat. 5.*

✲ Benefacite



A ✲ Benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos. Moraliter per excuſationem B. Stephani conſtantem docemur contra falſas accuſationes conſtanter declarare ueritatem. Patet autem inſpicienti textum ꝙ B. Stephanus in ſuæ excuſationis proceſſu repetit plures hiſtorias ue. Te. quarum expoſitiones myſtice poſitæ ſunt in locis ſuis ſuperius ordinatæ. C

GLOS. ORDIN. CAP. VIII.

Saulus autem erat. Non quidem lapidauit, ſed lapidātib' cōſenſit. vñ periret, niſi grā Dei & pn̄ia ei ſubueniret, qa q faciūt & cōſentiūt, digni ſūt morte.

b *In illa die.* Ra. Quia Stephanus occiſus eſt, non quia tunc ſolum facta, ſed quia ab illa die cępit perſecutio magna, occiſo uno de principibus eccleſiæ.

c *Eccle.* collectio uel congregatio ſiue vocatio.

*Mat. 10.c* d *Diſ.ſunt.* Hoc ē q d̄ dn̄s p̄cepit, Cū ꝑſeq̄nt vos ī ciuitate iſta, fugite in aliā. Eius.n nutu gerebaꝰ, ut occaſione tribulationis fieret ſeminariū euangelii.

e *Timor.* Deū timētes, ſiue Chriſtiani qui poſtea ſūt diſꝑſi, ſiue Iudæi timētes Deum, etſi nondum Chriſtiani.

f *Saulus.* Ra. A Saule ꝑſecutore, q rex Iſrael fuit de tribu Beniamin, de qua & Paulus, ſed iuxta antiquorū ꝯſuetudinē a maiorib poſteri noīa trahunt.

*Gen. 49.d* g *Deua.* Ra. Quaſi lupus gregē. iuxta ꝓphetiā Iacob, Bēiamī lupus rapax mane comedet p̄dā, ſero diuidet ſpolia.

h *Trahens.* Trahebat, nō occidebat, qa fortaſſe manus eius cuſtodiebat dn̄s, ne ſanguine innocētū polluerentur.

i *Diſp.* Ra. Quāuis timore diſꝑſi, tamē ſtabiles erāt in prædicatione euāgelii.

*Infra ca. 21.a* k *Philippus.* Be. De numero diſſeminatorū fuit, qui primus Chriſtum prædicauit Samariæ. Diaconus ſecundus a Stephano Secundus poſt ipſum narraꝰ, quaſi hæres & eiuſdem gradus.

B l *Intendebant* Ra. Credebant audientes uerba & uidentes ſigna. Duæ cauſæ fidei, propter uerba prædicationis, & ſigna uirtutū. Ex præſenti ca. & Samaritanæ mulieris hiſtoria ꝓbaꝰ aīos hui' gētis ad credēdū ꝓmptos fuiſſe.

*Io. 4.d*

☞ Magus

CAP. VIII.

Saulus autem erat cōſentiēs neci eius.

a ❡Qua Stephanus occiſus eſt.

Facta eſt autem in illa die perſecutio magna† in eccleſia

a ❡Non alibi, ſecundum illud, Et eritis mihi teſtes in Ieruſalem &c.

quæ erat Ieroſolymis & omnes di-

a ❡In ſimilitudinem granorum ſeminis ut ex ipſis magna ſeges fidei multiplicaretur.

ſperſi ſunt per regiones Iudææ &

a ❡Qui ut paſtores gregis conſtantiores erant cæteris. b ❡Fecerunt morem ſepulturæ. ❡Curauerunt, redit ad hoc quod dimiſerat. di. Obdormiuit, ſed non addiderat de ſepultura corporis, quod modo facit.

Samariæ, præter apoſtolos. Curauerunt autem Stephanum uiri ti-

a ❡Timore perſecutorum.

morati, & fecerunt planctum magnum ſuper eum. † Saulus uero de-

a ❡Diſcurrebat impiger ad uaſtandum.

uaſtabat eccleſiam, per* domos intrans, uiros ac mulieres trahens in

❡Carceris.

cuſtodiam. Igitur qui diſperſi erant

❡De loco ad locum.

pertranſibant euangelizantes uer-

a ❡Secundum ſitum loci, uel quia ciuitas illa inferior Ieruſalem erat.

bum Dei. Philippus autem deſcendens in ciuitatem Samariæ prædi-

❡Hominem eſſe uerum Deum.

cabat illis Chriſtū. Intendebant autem turbæ his, quæ a Philippo dice-

❡Verba.

bantur unanimiter, audientes & ui-

❡Miracula.

dentes ſigna, quæ faciebat. †Multi

❡Dæmones.

enim eorum, qui habebant ſpiritus immundos, clamantes uoce magna

❡ſ. dæmones. ❡Diſſoluti.

exibant. Multi autem paralytici & claudi curati ſunt. Factum eſt ergo

a ❡Cognita veritate lętati ſunt ſe de tenebris liberatos eſſe.

magnum gaudium in illa ciuitate.

a ❡Quaſi ignobilis. b ❡Non merito, quia opere inobediens erat.

Vir autem quidam nomine Simon

*† aduerſus eccleſiam,* ** ſingulas* *† Spirit'.n. immundi multis qui illos habebant.*

NIC. DE LYRA. CAP. VIII.

Saulus autem. *Poſtquam deſcripta eſt Stephani perſecutio ſingularis, hic conſequenter deſcribitur eccleſiæ perſecutio generalis. & quia habuit ortum ex perſecutione Stephani, ideo ad ipſam fit continuatio cum dicitur,* Saulus autem erat conſentiens neci. *& per conſequens peccati particeps, ſecūdum quod dicitur Ro. i.d. Quia qui talia agunt, digni ſunt morte non ſolum qui faciunt ea, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Et ſubditur de perſecutione eccleſiæ, cum dicitur:*

b Facta eſt autem in illa die. *i. in illo tꝑe quia perſecutio pluribus diebus durauit.*

c Et omnes *diſcipuli* diſperſi ſunt. *ſecūdū quod dixerat Saluator. Cum uos perſequentur in iſta ciuitate, fugite in aliam.* *Mat. 10.c*

d Præter apo. *Iſti erant principales & firmiores, propter qd̄ remanſerāt in ꝑſecutione ne ex fuga eorū crederetur fidē catholicā nō habere firmū fundamētū. cōſequēter īterpōitur B. Stephani ſepultura, q̄ ſu. fuerat omiſſa, cum dicitur*

e Cu. autem Ste. *decenter ſepelierunt.*

f Vi.ti. *i. timentes Deum, inter quos Gamaliel fuit principalis, vt habetur in legenda de inuentione corporis ſancti Stephani.*

g Et ſe.pl.m.ſu.eum. *ſecundum morem Iudæorum, vt habetur Gene. vlti. de morte Iacob, & in libro Nu. de morte Aarō & Mariæ: & Deu. vl. de morte Moyſi: & in multis alijs locis de morte notabilium perſonarum. Illi autem, qui ſepelierunt Stephanum, erant conuerſi de Iudaiſmo & ideo tenuerunt morem, paternum. Conſequenter reuertitur Lucas ad ſcribendum perſecutionem eccleſiæ dicens:*

h Sau.ue.de ec. *niters eam annihilare.*

i Trahens in cuſtodi. *id eſt in carcerem. Non dicitur quod interficeret quia ſicut dicit Glo. Deus manus ipſius præſeruabat, ne ſanguine innocentium pollueretur. Et quia ſicut dicit Augu. Deus adeo omnipotens eſt & bonus, quod de malis elicit bona, ideo de iſta perſecutione elicuit bonum diſſeminationis fidei catholicæ. propter quod ſubditur:*

k Igitur qui diſperſi erant pertranſibant. *diuerſas ciuitates.*

l Euangelizan.uerb.Dei. *Iudæis habitantibus in ciuitatibus illis, ut habetur infra. xi.*

m Philippus au. *Poſtquam Lucas proſecutus eſt de primo diacono. ſ. de Stephano, hic conſequenter proſequitur de Philippo, qui ponitur ſecundus. vi. ca. Et diuiditur in duas, quia primo ponitur prædicatio Philippi ſecundo conuerſio Sauli, ca. ſe. Prima adhuc in tres, quia primo deſcribit ſanctus Lucas eius prædicationem in Samaria. ſecundo deſcribit eius prędicationem Aethiopi in uia, ibi, Angelus autem. tertio in terra maritima, ibi, Philippus autem. Prima adhuc in duas. Nam ad prædicationem Philippi primo ponitur multorū conuerſio uera, ſecundo, unius ficta, ibi, Vir autem quidam. Circa primum dicitur:* Philip.au. *qui cū alijs propter perſecutionem exierat de Ieruſalem.* *Diuiſio.*

n Deſcendens in ci. Sam. *Quia tempore regū fuerat metropolis ī regno decē tribuū.*

o Prædica.il. Chri. *Habitantes enim ibi erant partim Iudæi. receperant enim quinq; libros Moyſi, ſicut & Saducæi.*

p Intende.au.tur.h.qu. a Phil. d. *de Xp̄o.*

q Vnanimi.au. *i. reuerenter & deuote. & ſubditur ratio,*

r Et uiden.ſig.q.fa. *i. miracula diuinæ uirtutis declaratiua in teſtimonium ueritatis a Philippo prædicatæ.* *† inf. 9.a*

s Mul.e.e.q.h.ſp im. *i. obſeſſi a dęmonibus*

t Clamā.u.m.exi. *ſ. dæmones, coacti uirtute Chriſti. Et ne diceretur, quod hoc fieret uirtute ſuperioris dæmonis, ſicut dictum fuit de Chriſto, Lu. xi. b. In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. ideo ſubduntur alia miracula, quæ non poſſunt fieri niſi uirtute diuina, cuiuſmodi ē curatio paralyticorū & claudorum ſubita, cū dicitur, Multi autē.* D

v Factum eſt ergo gaudium ma. in ciui. *i. de uirtutis cognitione, & dictorū curatione*

x Vir autem. *Hic cōſequenter deſcribitur vnius conuerſio ficta cū dicitur,* Vir au. quidam erat n. Simon. *Coīter dicitur a doctoribus ꝙ iſte fuerit Simon Magus q poſtea multū reſiſtebat Petro & Paulo Romæ prædicātib. & ideo dixi, ꝙ eius conuerſio fuit ficta, qa ſi & ad horā uera fuit, tū ad uomitū rediꝫt.*

❡ Qui

MORALITER.

✲ a *Saulus au.e.co.ne.e.& c.* Sequitur.

e *Curauerunt autē Stepha.uiri t.* Non hominū timore, ſed Dei quod patet ex hoc, quod tunc erat magna perſecutio fideliū in Ieroſolymis. & tamen cōſtanter curā egerunt de ſepultura corporis beati Stephani. Patet ēt ex hoc loco & pluribus alijs ſacræ ſcripturæ locis, ꝙ ſepelire mortuos eſt apud Deum meritorium tanquā opus pietatis. propter quod ſanctus Tobias de hoc opere commendatur.

K *Igitur diſ.erant.* Ex hac diſpenſatione duo ſunt notanda. Primum eſt, quod tempore perſecutionis cōtra eccleſiam illi, qui ſunt firmiores, debent remanere, ne fuga omniū fides deriſibilis uideatur. & ſic Apoſtoli remanſerunt in Ieruſalem tanquam firmi, cæteri uero receſſerunt. & erat eis licitum. Vnde dicit Aug. Si fortis es, contemne mortem, ſi autem debilis, fuge. Secundum eſt, quod Deus adeo potens eſt & bonus, quod de malis elicit bona. nam ex malo Iudæorum eccleſiam perſequentium facta eſt diſcipulorum diſperſio, & ex hoc per eorum prædicationem fidelium multiplicatio. vnde ſubditur,

m *Philippus autem deſcē. in ci.* Et concluditur poſtea.

v *Factum eſt ergo g.m.* de uerbi receptione & miraculorū optione.

x *Vir au.qui.no.Simon.* De conuerſione iſtius dicunt cōiter doctores, quod fuit ficta. Vnde poſtea obtulit pecuniam pro poteſtate dandi ſpiritumſanctum in ſigno uiſibili ſibi concedenda. propter quod ab ipſo denominatur uitium Simoniæ. per hoc etiam ſignificatū fuit ꝙ in eccleſia ſemper ſunt aliqui mali admixti bōis. Eſt.n.

 ✲ ſicut ſage

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

A a *Mag.* Ra. Magi de ſingulis philoſophantur, de natura mundi, curſu ſiderum & motibus.
b *Seducens* Seorſum & a veritate ducēs, uel in exceſſum ſiue ſtuporem & admirationem conuertens per præſtigias ſuas.
c *Dem.* Dementare eſt rationalem mentē ab hoīb. abſentare.
d *Phi.* Ra Dñt qdā iſtū Philippū fuiſſe apoſtolū, & unū de duodecim, ſed nō vī verū ſecūdū ſeriem huius libri.
e *Ieſu Chri.* Ra. Cuius erant ignari, uel ut prædictum eſt, in nomine Ieſu trinitatē ꝑdicauit, q tantum unam perſonā de trinitate pfecte credit, credulitate aliarum duarum carere nō poteſt.
f *Tunc Simon*, Be. Credidit uerbis Philippi. & uirtute deuict⁹ vere credidit, vel quod magis credibile, ſimulauit ſe credere, quoadusque baptiſma ſuſciperet, ut qui adeo auidus laudis erat, vt Chriſtus credi vellet, artē addiſceret, qua miracula facere poſſet. Qđ ēt legūtur feciſſe ſucceſſores eius, q malignis inſtructi artibus eccleſiam fraudulenter ingreſſi baptiſma furantur.
g *Miſerunt ad e. Pe. & Io.* Petrus Iohannem ſociat ſibi, quia uirginitas eccleſiæ grata eſt & placet.
h *In noīe Ie.* Nō eſt ſic legēdū, in noīe Ieſu tm̄, ut aliæ perſonæ excludantur.
i *Ieſu.* Quia aū ī pſem credebāt & ſpm̄ ſctm̄, ſicut alii Iudæi. Vel plena fides vnius pſonæ fidē trinitatis confirmat.
k *Imponebant ma.* Ra. Philippus q Samarię euangelizabat, vnus de ſeptem fuit. Si enim apl's eſſet manus imponere poſſet vt ſpiritū acciperēt, qđ ſolis epīs licet. Nā pſbyter ſiue preſente ſiue abſente epiſcopo cū baptizat, criſmate inungit, qđ ab epo conſecratū eſt: non tamen frontem oleo ſignat, quod ſolus epiſcopus facit cum tradit ſpiritum paracletum baptizatis.
F l *Poteſtatem.* Ra. Nō baptizādi tm̄ in aqua & ꝑdicādi ſiue uirtutes faciēdi q̄ hēbat Philippus, ſed ut cuicūq; impoſuero manus &c. Be. Ad pecuniā nō poterāt apli poteſtatē illam dare, qb⁹ dictū eſt Gratis accepiſtis, gratis date.
m *Pecunia.* Nō noſtra, q nō cupimus, ſed tua, q̄ ſpiritui comparas vt illū pro eo uendas, & illam ſpiritu emas. Ideo ſpiritū emere uolebat, vt aliis uendēs eum plus accipere poſſet. *Pecu.* Ra. Ex hoc exemplum capitur, ut perditorū eleemoſyna non recipiatur. Be. Apoſtoli nolentes pecuniam dicunt. ſit tecum i. tuam retine & hoc in perditionem, ut pro pecunia iniuſte congregata, pœnam æternam luas.
n *In perditionem.* Be. Iuſti cum ſententiam maledictionis proferunt, nō ad hanc ex uoto ultionis ſed ex iuſticia erumpunt. Iudicium enim Dei intus aſpicientes, quo maledicto mala debeant foris feriri, cognoſcūt, & in maledicto ñ peccāt, in quo a iudicio Dei nō diſcordāt. Cū n. & maledicētis innocētia pmanet, & reū maledictio abſorbet, ex vtraq; pte colligit: qa a ſummo iudice ſnia profertur unde Simō a Petro maledictus æternaliter periit.
*minat. uidetur tamen magis declinare ad hoc, q fuerit quãdo de Arabia redijt in Damaſcũ, & hoc rõnabiliter. primo quia dicitur hic: Cum autẽ implerẽt di. mul & c. ex quo uidetur, ꝙ nõ fuit cito poſt baptiſmũ eius ſed poſtea per magnũ tp̃s. ſ. in reditu de Arabia ſcdo, qa poſt iſtã perſecutionẽ immediate ſubditur eius aduentus in Ieruſalẽ, cũ dicitur: Cũ aũt ve. in Ie. & c. Iſte uero aduẽtus fuit poſt reditũ eius de Arabia in Damaſcum, ut dictũ eſt. His dictis exponatur litera ſic.* Cum au. impl. di. mul *qui fluxerunt a baptiſmo Sauli uſq; ad eius reditum de Arabia in Damaſcum.* C

c Concilium fe. *tractando de morte eius, eo ꝙ per eum fides Chriſti multũ cõualeſcebat.*

e Cuſtodiebant. *ne ab aliis perciperetur.*

f Per murum di. *& ipſe tãquam miles ſtrenuus conſenſit, ut ab obſidione liberatus pro fide catholica utilius & efficacius certaret. & impleto ſuo curſu martyrium Romæ conſtanter ſuſtinuit ſub Nerone.*

g Cum autem ueniſſet in Ie. *immediate poſt dictam euaſionem.*

h Tentabat ſe iun. d. *i. credẽtibus in Xp̃m. quia tũc adhuc non nõiabantur Chriſtiani.* † 2. Corin. 11. g

i Et omnes timebant eum. *refugiẽdo eius ſocietatẽ & familiaritatẽ. et ſubditur cauſa.*

k Nõ cr. qđ eſſet d. *ſ. Chriſti uerus. Nã poſt baptiſmũ eius in Damaſco abierat longe in Arabiã, ut prædictũ eſt & ſic ignorabãt facta eius. & per cõſequẽs q eſſet Chriſti diſcipulus uerus, ſaltem de hoc multi dubitabant.* * Saulus

l Barnabas au. *aliis conſtantior. & quia forte plus aliis audiuerat de conuerſione Sauli.*

m Apprehenſum il. *familiaritatem & ſocietatem contrahendo cum illo. unde & infra. xiij. ſimul uocantur ad apoſtolatum.*

n Duxit ad ap. *ſcilicet Petrum et Iacobum fratrem domini, ad Gal. 1.*

o Et narrauit illis quomodo in uia vi. do. *ſcilicet eundo de Ieruſalem in Damaſcum ad capiendum credentes in Chriſtum.* † liberè

p Et q. in Da. *ſ. primo & ſcđo. ut p̃dictũ eſt.*

q Et erat cum ill. *id eſt habitans cum illis. xv diebus: & tunc manſit apud Petrum.* D

r Loquebatur quoq; Gent. *i. Gentilibus, quorum plures ueniebant in Ieruſalem adorare, quibus prædicabat Chriſtum.*

ſ Et diſ. *Iſti erant Iudæi in Græcia tamẽ nati per diſperſionem Iudæorum factam tempore regis Antiochi. uidetur tamẽ glo. dicere, ꝙ hæc diſputatio cũ Græcis non fuit in Ieruſalẽ ſed in uia eũdo verſus Syriã & Ciliciã. ſed textus magis oſtẽdit, ꝙ in Ieruſalẽ. ideo de dicta glo. quę eſt magiſtralis, parũ eſt curandũ.*

t Quærebant occi. eum. *quia non poterant reſiſtere uerbis eius.*

u Quod cũ co. fr. *i. in Chriſtum credentes.*

x Deduxerunt eum Cæ. *quæ eſt ciuitas ſita ſuper mare mediterraneum.*

y Et dimi. Thar. *per nauigium enim iuit in Tharſum, quæ eſt ciuitas Ciliciæ.*

z Eccleſia. *hoc additur ad reddendũ cauſam quare fratres potuerunt ſic deducere Saulum de Ieruſalẽ vſq; ad Cæſarẽã, & ad oſtendendũ pacẽ eccleſiæ redditã in Iudæa poſt perſecutionem occaſione ſancti Stephani motam.*

a Et ædific. *per multiplicationem fidelium, quæ quidem multiplicatio non erat tantum numero, ſed etiam merito. ideo ſubditur:* am. in ti. do.

b Factum eſt au. *Superius deſcripta eſt prædicatio euangelii p Petrum* ¶ *in Ieruſalem,*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Affirmãs qm̃ hic eſt Ch. *i. ꝙ Ieſus Nazarenus eſt uere Xp̃s in lege & pphetis pmiſſus: qđ declarabat per ſcripturas vet. Teſt. quas primo didicerat a Gamaliele, & poſtea multo perfectius a Deo illuſtrante.*

b Cum au. im. *Hic cõſequẽter ponitur orta cõtra eũ pſecutio, cum dicitur,* Cum au. im. di. mul. *Notãdũ aũt ad intellectũ ſequẽtiũ, ꝙ iſte Saulus nõ ſtatim poſt baptiſmũ ſuũ iuit de Damaſco in Ieruſalẽ, ſicut ipſe dicit, ſed prius abiit in Arabiã, qua luſtrata pdicando reuerſus eſt Damaſcũ, deinde poſt annos tres aſcẽdit in Ieruſalẽ uidere Petrũ, & mãſit apud eũ diebus quindecim. Vtrũ aũt pſecutio mota cõtra Saulũ in Damaſco, de qua ſit hic mẽtio, fuerit facta quando primo fuit in Damaſco poſt eius baptiſmũ, uel quãdo ibidẽ redijt Arabia perluſtrata, Glo. non determinat.* Gal. 1.

## MORALITER.

✻ d *Notæ au. fa.* Ex eius fuga docentur prædicatores eccleſiæ fugere perſecutionem quando eſt perſonalis, ſicut fuit in propoſito, ut ſic ualeant proficere in alio loco. Et ſic Chriſtus dicit. Cum uos perſequentur in iſta ciuitate, fugite in aliam. Matt. 10.d

g *Cum autem ue. & c. & omnes ti.* quia refugiebant eum recipere propter mala, quæ prius fecerat, quouſq; fuerunt aſſecurati per Barnabam de ſua conuerſione uera, Et in hoc docemur homines infamatos fugere donec conſtet de ſua emendatione.

ſ *Et diſ. & c. quæ. oc. eum.* propter quod abiit in Tharſum, quia perſecutio perſonalis erat ſicut & præcedens.

b *Factum eſt & c. pert. uni.* in hoc dedit exemplum diſcurrendi prelatis & predicatoribus per loca fideliũ ad confirmandũ eos in bonis, & ſanãdum eos ab infirmitatibus peccatorum. Vnde ſubditur,

✻ *Inuenit*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Nomine Aeneam.* Rab. Aeneas ſignat genus humanum languens amore terrenorum, ſed Apoſtolorum opere & ore ſanatum. quia .n. mundus quatuor plagis diſtinguitur, & curſus ſeculi quatuor tēporibus variatur, qui pręſentia amplectitur quaſi octo annis grabato ſternit. Grabatū eſt ſegnities in qua quieſcit animus æger, qui infirmatur voluptate carnis & delectatione ſeculi.

b *Surge.* Quē de paralyſi curauerat, ſurgere & ſternere ſibi p̄cepit, inſinuās, ut q̄ fidē in corde pceperat, nō ſolū torporē diſcutiat, ſed ēt opa paret in q̄bus q̄eſcat.

c *Lyddæ & Saronæ.* duæ ciuitates fuerunt conuerſæ ad Deum. ideo enim fiebant virtutes in eis.

d *Nomine Tha.* Ra. Thabita de Hebræo in latinum Dorcas transfertur, uel damula, ut in exemplaribus inuenitur.

Allego. e *Dorcas:* Alle. i. damula vel caprea: ſignificat animā ſtudio virtutis ſublimē ſed hominum opinione contemptibilē. Interpretationē .n. nominis Lucas ponens, myſterium ineſſe ſignificat. hæc animalia morantia in montibus acute uident: unde ab acumine uiſus dorcades Gręce uocantur. Sic meritis operum excelſi ſuperius intendunt, & ſibi circunſpecte inuigilant, ſimpliciter uiuunt, diſcreto gradu operis quaſi fiſſa ungula incedūt, uerbum Dei aſſidua meditatione rumināt.

In act. apo. c. 9. f *Factum eſt au.* Bed. Sancti cum per fragilitatē naturę delinquunt, quaſi in diebus bonorum ſubita infirmitate occumbunt. Sed cum mox lachrymis inſiſtunt, ſpem recuperandæ uirtutis aſcendunt, ſanctorum auxilia inuocant, & bona intermiſſa recogitant, faciunt quod ſequit: † ad F *Quam cum la* quæ de Petri vocatione & eleemoſynarum Dorcadis oſtenſione narrantur. Be. Si ſancti ignorantia uel infirmitate mortem animæ incurrunt, pro rectæ intētionis integritate ſuſcitari merentur, ſicut Petro cōtingit, cui recte qđ de Dorcade ſcriptum eſt, aptari poteſt. †graueris

g *In cœna.* Rab. In loco ſuperiori ponit̄, vel propter altitudinem meriti, vel propter ſublimitatem miraculi, quod faciendum erat de ea.

Vbi ſup. h *Viduæ.* Be. Sunt piæ cogitationes animæ pęnitentis, quæ priſtinum uigorem quaſi uiri regimē ad tempus obmiſerāt: hæ pro anima delinquente ſupplicitet exorant. Opus miſericordiæ illius oſtendunt, ut pateat, quòd merito fleant, & ideo Petrus eis compatitur.

Mat. 5. d i *Eiectis.* Ra. Iuxta exemplum Chriſti filiam Archiſynagogi principis reſuſcitantis hoc factum eſt, ad uitandam elationem, vel ne indigni ſignum uiderent. †cum eſſet cum ipſis.

Vbi ſup. k *Aperuit.* Be. Rectus ordo reſurgētium, prius oculos mentis aperit, poſtea agnita voce Petri reſedit, lumen ſuæ circunſpectionis amiſſum recepit, ut ad doctrinā eorum, qui adiuuant uiuant. *Aperuit ocu. re. er.* Iſti ſunt tres gradus reſuſcitationis.

l *Dans autem.* Contacta manu Petri Thabita reſurgit, quia anima languens peccatis nullo melius ordine quam ſanctorum exemplis conualeſcit.

deueniret ad ſanctos, q̄ habitabant Lyddæ. Inuenit autem ibi hominem quendā nomine Ae-
¶Non nouem, ut uirtus ſit glorioſior.
neam ab annis octo iacentem in grabato, qui erat paralyticus. Et
¶Frater. ¶Aeneas interpretatur frater b ¶Non ego. domini ſui, non ſuam quærit gloriam.
ait Petrus: Aeneā, ſanet te dominus Ieſus Chriſtus. † Surge &
¶Impletur illud, Iſa. ſicut ſeruus claudus.
¶Tu. ¶Non alius tibi ſternat. b ¶Sine mora. c ¶Quia pars operis ponitur pro omni opere.
ſterne tibi. Et cōtinuo ſurrexit. Et uiderunt illū omnes, qui habitabant Lyddæ & Saronæ,
¶Cum prius eſſent auerſi.
qui cōuerſi ſunt ad dominum. In Ioppe autem fuit quædā di-
¶Chriſtiana.
ſcipula nomine Thabita: quę interpretata dicitur † Dorcas: hæc
¶Nihil imperfecti habens.
erat plenā operibus bonis & ele-
¶Non accipiens perſonas.
emoſynis quas faciebat. Factū
¶Quibus Petrus uenit Lyddam.
eſt autem in diebus illis, ut infir-
¶Non ſubita mors fuit. b ¶In quibuſdem codicibus inuenitur. Cum lauiſſent unguentis.
mata moreretur. Quam cum lauiſſent, poſuerunt eam in cęnaculo. Cum autem prope eſſet Lydda † ab Ioppe, diſcipuli audientes quia Petrus eſſet in ea,
¶Numerus teſtium quem dominus mittebat. b ¶Sexum prudentiorem.
miſerunt ad eum duos uiros, ro-
¶Cauſam non indicant, ne uenire recuſet propter humilitatem.
gantes, ne† pigriteris venire vſ-
¶Impiger & humilis nulla excuſatione eſt uſus.
que ad nos: Exurgens autem Petrus venit cum illis. Et cū aduenisset, duxerunt illum in cęnaculum, et circunſteterunt illum o-
¶Sancte pro ſancta ſanctum precantur. b ¶Miſeriæ ſuæ miſericordem, & flent coram eo, qui erat miſericors. b ¶Non ſuis uocibus pro defuncta, ſed ipſius operibus precantur, quia eleemoſyna non ſolum a ſecunda, ſed etiam a prima morte liberat.
mnēs uiduæ flentes, & oſtendētes ei tunicas & ueſtes, quas faciebat † illis Dorcas. Eiectis autē
¶Orat ut ſeruus, Ieſus autem implet ut Deus.
omnibus foras, Pētrus ponens genua orauit, & cōuerſus ad corpus dixit: Thabita ſurgē. † At
¶In nomine Ieſu, non in meo.
¶Facta oratione.
illa oculos aperuit, & uiſo Petro
¶Ex uiſione Petri reſedit. a ¶Auxilium.
reſedit. Dans autem illi manum
¶Boni operis exemplum.
erexit eam. Et cum vocaſſet ſan-
¶Quibus præbuerat beneficia.
ctos & uiduas, † aſſignauit eam uiuam. Notum autem factum
¶Hæc erat præcipua cauſa uirtutum.
eſt per uniuerſam Ioppen: & crediderūt multi in domino. Factū eſt autem, ut dies multos mo-

*ſis locis Iudææ habitantes. ad quorum confirmationem in fide diſcurrebat Petrus tanquam bonus paſtor:* G

a Deueniret ad ſanctos. *id eſt in Chriſtum credentes, qui ſunt ſanctificati per baptiſmum.*

b Qui ha. Lyddæ. *eſt nomen ciuitatis.*

c Inuenit autem. *Exprimitur autem nomen eius ad maiorem hiſtoriæ certificationem.*

d Ab an. oc. *& ſic ex infirmitatis diuturnitate & eius incurabilitate ſequens curatio ſubita mirabilior declaratur, cum ſubditur:*

e Surge & ſter. ti. *q. d. de cætero non indigebis leuante te de lecto, nec parante tibi lectum, ſed iſta poteris per te facere.* †Sup. 3. a

f Et conti. ſur. *uirtute Chriſti, quæ eſt infinita.*

g Et vi. eum. *ſubito, perfecte curatum, quem cognouerant infirmitate longa & incurabili per naturam detentum.*

h Qui conuerſi. *Petro declarante eis uirtutem & diuinitatem Ieſu Chriſti.*

i In Iop. *Hic ponitur ſecundum miraculum de ſuſcitatione mortuæ, cum dicitur:* In Iop. au. fu. quæ. diſ. *credens in Chriſtum, ut prædictum eſt.*

k Nomine Thabi. *ſic uocabatur in Hebræo.*

l Quæ int. di. Dor. *& hoc in Græco ſermone, in quo ſcripſit Lucas hunc librū, & utrūq; nomē in Latino hēt eandē interpretationē. ſ. capra, vel damula. Cætera patent vſque ibi in litera.* † Capua

m Ne pi. ve. vſq; ad nos. *Sperabant .n. eam reſuſcitari per orationē Petri, quod & factū fuit.*

n Duxerunt il. in cę. *ubi erat funus poſitum.*

o Et circunſteterunt illum om. ui. fle. *ut mouerent Petrū ad pietatem, & ad deprecandum dominum pro ſuſcitatione defunctæ.*

p Et oſtenden. ei tunicas. *Dicunt aliqui q̄ ipſa multum laborauerat in conſuendis ueſtibus pauperum. Sed quoniam conſuere uidetur eſſe modicum, & tamen ſupra dicitur, q̄ erat plena operibus bonis & eleemoſynis, ideo melius exponitur.* Qua. facie. *i. fieri faciebat de ſuis ſumptibus quantum ad pannum & ſuturam.* H

q Eiectis autem omni. fo. *ut in opere miraculoſo elationem uitaret, & ut Deum ſecretius et efficacius exoraret.*

r Petrus ponens genua. *in terra.*

ſ Orauit. *deuote Deum quouſque intellexit ſe exauditum.*

t Et con. ad cor. *exanime di. in Chriſti uirtute.*

u Thabita ſurge. *a ſomno mortis.*

x At il. &c. reſedit. *exercens duo opera uitæ, ſcilicet uidendo & ſeipſam mouendo.*

y Dans autem illi manum erexit eam. *et ſic apparuit perfecte uiua.*

z Et cred. multi in domi. *uidentes uirtutem Chriſti in hoc facto. Cætera patent.*

MORALITER.

✻ c *Inuenit au. ibi ho. quen.* Aeneas pauper & miſer interpretatur, ideo per ipſum peccator diuturnus ſignificatur, qui pauper eſt: quia bonis gratiis ſpoliatus & miſer, quia gehennæ miſeriæ deputatus. Per hoc aūt, q̄ ad vocē Petri ſurrexit ſanus uirtute Chriſti, ſignificatur ſanatio peccatoris per bonā monitionem prædicatoris vel confeſſoris, operante principaliter gratia Saluatoris.

g *Et uiderunt &c. qui con.* per quod ſignificatur, q̄ ex euidenti conuerſione bona peccatoris noti emendantur plures alii.

i *In Ioppe autem fuit.* Moraliter per mortem corporalem iſtius, quæ erat intenta bonis, ſignificatur mors ſpiritualis cuiuslibet perſonæ prius bonis operibus intentæ, ſed p̄ fragilitatem humanam & diaboli ſuggeſtionē in peccatum lapſæ, quę tamen propter priſtinam uitam bonam & fidelium orationem refugit ad priſtinam bonitatem, ſicut iſta fuit a morte corporis ſuſcitata.

In ca. ix. ubi dicitur in Poſtil. Ego .n. oſtendam illi, per effectum, quanta oporteat &c.

ADDITIO.

Hoc quod dr̄: Ego .n. oſtendam illi quāta oporteat eum p̄ noīe meo pati, uidetur impletum quando raptus fuit in paradiſum, ut habetur .ij Cor. xij. In hac .n. uiſione intelligitur præmia beatorum uidiſſe, quæ excedunt totam

NIC. DE LYRA.

¶ *in Ieruſalem, & incidenter prædicatio Stephani et Philippi: & ſimiliter conuerſio Pauli, hic conſequenter reuertitur Lucas ad principale propoſitum. ſ. ad deſcribendum euangelij publicationem per Petrum. & hoc extra Ieruſalem, Iudæis tamen. Et diuiditur in duas ſecundū duo miracula per Petrū facta, ad quæ credidit multitudo magna. ſecundum ponitur ibi: In Ioppe. Circa primum dicitur:* Factum eſt au. vt Pe. ut dum tranſi. uni. *ſ. in Chriſtum credentes in diuerſis* Diuiſio



A totam humanam facultatem. nam quod oculus non uidit, nec auris audiuit, &c. & ſic oſtenſum fuit ſibi, q̄ non ſunt cōdignę paſſiones

¶Pulchra uel pulchritudo. b ¶In domo obediētis moraſ.
raretur in Ioppe apud Simonem
¶Coriarium a curia, uel, coriarium a coriis.
quendam coriarium.

paſſiones huius ſeculi ad futuram gloriam &c. Ex quo oſtenditur manifeſte quanta oporteat pati pro amore Chriſti. G

GLOS. ORDI. CAP. X.

a V*ir au.* Ra. Merito perfectionis & opera uirili, ſecundum illud: Vir erat in terra Hus nomine Iob.

b *Corne.* Be. Non uirtutibus ad fidem, ſed fide p̄tingebat ad uirtutes. Gregor. ait, Cornelius cuius eleemoſynæ ante baptiſmū angelo teſtāte laudantur, nō operibus ad fidem, ſed fide venit ad opera. Si .n. aū baptiſmum Deo non credebat, qūo orabat aut qūo hūc Deus exaudiret, ſi profectum boni ab ipſo nō peteret? Sciebat igitur Deū creatorē oīū, ſed ignorabat filiū incarnatū. fidē habuit, cuius eleemoſynæ & orationes Deo placuerūt, bono opere promeruit, ut Deū cognoſceret, & myſteriū īcarnationis credēs ad baptiſmū veniret. p̄ fidē ergo venit ad opera, in fide uerò ſolidat̄ p̄ opera.

c *Religioſus, & ti. &c.* Ra. Et hęc omnia bono naturę & Iudęorum familiaritate, ac ſpiritali inſpiratione collata creduntur. quia Iudæi quamuis diſperſi in ſynagoga p̄ oē ſabbatū legis māda ta legebāt, tū hoc plus deputat̄ diuinæ inſpirationi q̄ bono naturali, ut ecclia Gentiū primitiua in ſimilitudinē Mariæ uirginis de ſpiritu ſine virili ſemine. i. doctrina magr̄i cōcepiſſe credat̄.

d *Is vidit.* Ra. Nō in nocte, nō in ſomnis, q̄a Gētiles groſſo ſenſu ſp̄uales & myſticas uiſiones uidere nō cōſueuerant. In hoc etiam declaratur myſterium diuinum Gentibus ſine figura et ænigmate manifeſtandum eſſe.

e *In no. ho.* Be. Bene oraculū baptiſmi B petēdi nona hora accepit, q̄a in morte illius baptizandus erat, q̄ ſpm̄ tradidit nona hora. Ra. Myſtice. Gētiles in fine ſeculi credētes nonæ horæ op̄arii ſūt, hæc ēt hora dedicat̄ orōni, ſicut prius in Petri et Ioānis exēplo oſtēſum fuit.

f *Angelum Dei.* Ra. Nō ſathanę. In hoc excuſantur apoſtoli Gētibus p̄dicātes & eas baptizantes. qūo .n. zelaretur ab homine, qđ manifeſtabat̄ ab angelo?

g *Introeuntem ad ſe.* Rab. ad ſe forſitam uocantem eum. & datur excuſandi occaſio Petro Iudæis contra eū diſcepātibus & dicentibus: Cur introiſtis ad uiros præputium habentes &c.

h *Corneli.* Familiaritas oſtenditur, qua nomen Gentilis hominis notitiæ angelorum eſt inſertum.

i *At ille intuēs.* Bona opera & eleemoſynę angelicum temperauerunt fulgorem, ut poſſet ſuſtinere.

k *Orationes tuæ & ele.* Bed. Cum eleemoſynis precibuſq; ſuſceptis mox doctor ſalutis accerſiri iubet̄, manifeſte innuitur, q̄ eleemoſynis & p̄cibus plenā notitiā ſuę ſalutis q̄rebat a Deo.

l *Et nūc mit.* Ra. Hic incipit retributio, vt q̄ miſericors es, miſeratur tui Deus. quia: Beati miſericordes, q̄m̄ miſericordiā &c.

m *In Iop.* Be. Non ipſe Cornelius ad Petrum mittitur, quia baptizāda erat tota familia eius. *Iop.* Ra. Ciuitas eſt terræ promiſſionis mari Tyrrheno proxima, & in ipſius orientali litore ſita, in quam Ionas deſcendens intrauit nauem, ut fugeret.

n *Hoſpitatur &c.* Be. Hoſpitat̄ Petrus in domo Simonis. i. obedientis, qui eſt coriarius, quia doctor eccleſiæ ibi libēter habitat, vbi ſunt obedientes, qui caſtigant corpus & ſeruituti ſubiiciunt, tranſgreſſi fluctus ſeculi libertate mentis. conſtantia .n. fidei fluxam gloriam mundi, & terrores contemnunt.

o *Et cum diſ.* Rab. Non ait, cum euigilaſſet Cornelius, cui nec per ſomnium nec in extaſi, ſed manifeſte angelus uiſus eſt.

p *Du. do. &c.* Be. Tres miſit Corneli⁹ ad Petrū, q̄a credēs Gētilitas apoſtolicæ

CAP. X.

VIr autem quidam
¶A Cæſare ſic uocata in honorem cuius ædificata eſt.
erat in Cæſarea nomine Corneli⁹, Cē-
¶Princeps perfecti numeri centum habens ſub ſe. b ¶Militum Romanorum. c ¶Miſſa a Roma quæ eſt in Italia.
turio cohortis, quæ dicitur Italica,
¶Supra gradum timoris. b ¶Infra gradum religionis.
religioſus, & timēns Deum cum o-
¶Domus ſuæ. ¶Hic apparet gratia, quia religioſa & timorata erat omnis familia.
mni familiā ſua, faciens eleemoſy-
¶Sine diſcretione perſonarum. b ¶Iuxta apoſtolum dicentem. Sine intermiſ. orate.
nas multas plebi, & deprecans Deum ſemper. Is vidit in uiſu manifeſte quaſi in nona hora diei, angelum Dei introeuntem ad ſe, & dicentem ſibi: Corneli. At ille intuens eum
¶Quia homo inferior angelo. ¶Non tamen in faciem cecidit. b ¶Ad quid ueniſti?
timōre correptus dixit: Quis es domine? Dixit autem illi. † Orationes
¶De ualle Gentilitatis cuius obliuiſcitur Deus.
tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt
¶Vt retribuat in cęlo tibi. ¶Quia omnibus beneficia præbueris.
in memoriam in cōſpectu Dei. † Et
¶Ne differas iuſſa implere. b ¶Sexum principalem.
nunc mitte uiros in Ioppen, & ac-
¶Hactenus ignotum tibi.
cerſi Simonem quendā, qui cogno-
¶Ad diſtinctionem coriarii in cuius domo hoſpitabatur.
minatur Petrus: hic hoſpitatur apud
¶Ad cuius differentiam Petri cognomen poſitum eſt.
Simonem quendam coriariū, cuius
¶Tyrrhenum.
eſt domus iuxta mare: hic dicet tibi quid te oporteat facere. Et cum diſceſſiſſet angelus, qui loqueba-
¶Non diſtulit obedire. b ¶Ampliorem numerum mittit teſtium, & teſtes idoneos.
tur illi, uocauit duos † domeſti-

*primo deſcribitur hæc prædicatio. ſecundo ſubditur Petri perſecutio, ca. xii. Prima in duas, in partem principalem & incidentalem, cap. ſeq. ibi. Et illi quidem. Prima adhuc in duas, quia primo per prædicationem Petri deſcribitur conuerſio Cornelij & plurium aliorum. ſecūdo ex hoc oritur diſceptatio Iudæorum, c. ſeq. Prima adhuc in tres, quia primo ponitur apparitio angeli. ſecūdo bona vocatio Petri, ibi, Et cum diſceſſiſſet. tertio conuerſio Cornelij, ibi: Aperiens autem. Circa primum ſciendum, quod apparitiones angelicæ fiunt illis, qui hoc merentur ex bonitate uitæ, & ideo primo ponitur Cornelij uirtus, cum dicitur:* Vir autem quidam. *ſic dictus a corporis uirtute & mentis.*

b Erat in Cæſa. *quæ erat ciuitas fortis ex ſitu. nam erat ſupra mare mediterraneum. & etiam ex fortitudine murorum, propter quod in ea habitabant milites Romani pro terræ cuſtodia, quæ Romanis erat ſubiecta.*

c Centurio. *i. habens centum milites ſub ſe.*

d Cohortis quæ di. Italica. *Erant .n. illi milites de Italia, cuius caput eſt Roma: & ſic uidebantur eſſe de principalibus militibus ad terræ cuſtodiam deputatis.*

e Religioſus. *Vnū Deū colendo ſicut et multi alij Gentiles legem Moyſi non habentes.*

f Et timens Deum. *Offenſas eius cauendo.*

g Cum omni do. ſua. *Quam ſic erudierat.*

h Faciens eleemoſynas multas plebi. *id eſt pauperibus Iudæis.*

i Et dep. Deum ſemper. *i. omnibus temporibus ad hoc aptis, ut eum dirigeret in uiam ſalutis. Ex hoc loco dicunt doctores communiter, q̄ ſi aliquis paganus conuertat ſe ad deprecādum primam cauſam, cuius per ſeipſum pōt habere notitiā aliquā, rogando ut dirigat eū ad ſalutē ſuā, & caueat a peccatis, Deus reuelabit ſibi de fide catholica quantū neceſſarium eſt ad ſalutē, uel mittet ſibi doctorem.* H †Tob. 12. c. 26. di. c. de inde. in fi. 2. q. 7. c. nō omnes. De cō. diſ. 4. non dubito.

k Is ui. *Hic ſecundo ponit angeli apparitio, cum dicitur:* Is uidit in vi. *corporali. ſ. quia angelus apparuit ſibi in corpore aſſumpto, vt patet ex hoc quod dicitur hic:*

l Angelum Dei intro. ad ſe, & dicen. *uoce ſenſibili.*

m Corne. *in hoc excitat eius attentionem.*

n At ille intuens eum timo. cor. *propter fulgorem inſolitū, p̄cedētem de uultu angeli.*

o Dixit, Quis es domine? *uidebatur .n. maior homine.*

p Dixit autem illi. *Non reſpondit autem ei quis eſſet, ſed quid Cornelio utile foret. unde uidetur fuiſſe angelus cuſtodię Cornelij deputatus.*

q Orationes tuæ & eleemo. tuæ &c. *ſunt coram Deo acceptæ: propter quod prouidit tibi de ſalutis tuæ doctore. Ideo ſubditur:* Et nunc mitte &c. *& patet litera.* †familiares

r Et cum diſ. *Hic conſequenter deſcribitur uocatio Petri. & ſecundo eius receptio in domo Cornelij, ibi: Altera autem die. Prima autem diuiditur in duas, quia primo ponitur miſſio nunciorum. ſecundo diuina reuelatio, ibi: Poſtea autem. Circa primum dicitur.* Et cum diſceſſiſ. ange. *diſparendo ab eo. Nam ſicut in poteſtate angeli eſt formare corpus ut appareat, ita & diſſoluere ut non appareat. uel ſubito transferre ipſum ad alium locum unde uideri non poſſit.* Diuiſio

ſ Vocauit duos domeſticos &c. *De duobus domeſticis non exprimitur hic, quòd eſſent timentes dominum, quia ſupra in principio iſtius capituli*

NIC. DE LYRA. CAP. X.

VIr autem quidam. *Poſtquam S. Lucas deſcripſit publicationē euāgelij per Petrum inter Iudęos: hic conſequēter idē facit de p̄dicatione Petri īter Gētiles. Et diuiditur in duas partes. quia primo*

MORALITER.

✻ a *Vir autem quidam erat in Cæſa. nomi. Co.* Qui ſicut dr̄ in textu, uiuebat deuote erga Deum, & pie ac iuſte erga proximum. tamen myſterium incarnationis ignorabat, in quo eſt ſalus omnium. propter quod Deus, qui uult omnes ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, prouidit ſibi de doctore bono. ſ. B. Petro. Et ex hoc dr̄ communiter a doctoribus, q̄ ſi quis deuote ſe habeat ad Deum & iuſte & pie erga proximum, ignoret tamē aliquid de neceſſariis ad ſalutem, Deus reuelabit ſibi per ſe, vel per doctorem. & propter hoc dixit Petrus infra eo. ca. In veritate comperi, q̄ non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi.

✻ Parantibus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

tas apoſtolicæ fidei, Europam, Aſiam, Aphricãq; ſubegit, partim ſtudiis militaribus, hoc eſt inſtantia p̄dicandi, partim domeſticis negociis occupando. Notandũ aũt, ꝙ unus miles & duo domeſtici mittunt, quãto.n. fortiores tanto pauciores in eccl'ie mẽbris. Inuenies plures, q audire q̃ q ſciãt uerbũ dicere. ſola Dei dilectione cõſtringat. Bed. Quia per quatour partes mundi myſterium trinitatis a duodecim apoſtolis erat prædicandum, ideo quatuor lineæ tertia uice de cęlo ſunt emiſſæ. Vel iuxta Ambroſium, tertio repetita figura operationem trinitatis expreſſit & ideo in miniſteriis interrogatio trina defertur, & cõfirmatio trina celebratur, nec aliquis niſi trina cõfeſſione purgatur. Ideo & Petrus tertio interrogatus de dilectione Dei trina, correxit reſponſione, quod ter negando peccauit.

Ibidem — a *Militem.* Rab. Non dicit domeſticos metuentes dominum, quia dixerat eũ religioſum fuiſſe timẽtem dominum cum omni domo ſua.

In actis Apoſt. ca. 5 — b *Appropinquãtibus.* Be. Alia litera: Apparentibus illis. ſ. qui a Cornelio miſſi ſunt. i. tantum propinquantibus, ut uideri poſsẽt a domo Simonis coriarii.

c *In* ... Rab. Alia litera. In cęnaculũ ẽt vĩ: quia Gẽtilis populus eſt quaſi ſuperior domus: ſynagoga uero eſt intra, quia mundo immerſa. *In ſu.* Be. ſignificans eccleſiam relicta cupiditate terrenorum conuerſationem in cœlis habituram. Sexta hora Petrus inter preces eſurit ſalutem utiq; mundi, quẽ Ieſus ſexta ætate ſeculi quærere & ſaluare uenit, quod indicauit, cum eadem hora ſuper puteum Samariæ ſedit. (*domus; Ioh. 4. a)

d *Cum eſ.* Ra. Salutem Gentium compatiendo eſurit, quæ nunc in uiſione oſtenditur, quæ ideo ſexta hora eſt uiſa, quia a ſexta ætate ſeculi eſt facta.

Vbi ſup. — e *Cœlum aper.* Bed. Apertio celi reuelatio eſt ſacramentorum cęleſtium proximo futura Gentibus. Deſignatur in hoc cęlos Gentibus eſſe apertos, & introitum eſſe pandendum.

Ibidem — f *Vas quod.* Be. Eccleſia incorruptibili ueritate & fide prædita. Lintheum autem tinea non conſumit: quę ueſtes alias corrumpit. ideo fidelis excludit de corde corruptionem malæ cogitationis, ſic incorruptibiliter firmatus fide, ut praua cogitatione, quaſi a tinea nõ rodaſ in mente. Aliter: Tinea hęreticus veſtẽ dñi corrũpere uolẽs, ſed nõ ualens. quod in illa tunica dñi eſt ſignificatũ. qñã milites nõ diuiſerunt. Quatuor initia, quibus lintheum dependebat, quatuor ſunt plagæ orbis, quibus extenditur eccleſia. Vel quatuor initia euangeliſtæ quatuor ſunt, per quos eccleſia celeſti dono imbuta ſublimatur. (*ligatum)

g *Lintheum.* Pro eccleſia, pro candore ſanctitatis, & mortificatione carnis.

h *De cœlo in ter.* Ra. Inde monemur, vt ubi caput noſtrum eſt & radix, cuius rami ſumus, illuc penetret ancora ſpei noſtræ.

cos ſuos, & militem † metuentem
*Ex centum militibus ſubditis ſibi.*
dominum ex his, qui illi † parebant.
*Quæ ſibi angelus dixerat.*
Quibus cum narraſſet omnia, miſit
*Poſt uiſionem Cornelii.*
illos in Ioppen. Poſtera autem die
*Ioppe.*
iter illis facientibus & ciuitati appro
*Superiora myſteria uiſurus quaſi obuiam aſcendit uiſioni.*
pinquantibus, aſcendit Petrus in ſu
*Datur exemplum orandi illa hora.*
periora*, vt oraret circa horã ſextã,
*Ieiunij & orationis ſimul dantur exempla. a Hiſtorice, uel Gentibus prædicare.*
& cum eſuriret voluit guſtare. Pa-
*a Miniſtris prandium parantibus. b De ſurſum de cęlo, uel a Deo. c Humanam naturam.*
rãntibus autem illis cecidit ſuper eũ
*a Eleuatio a terrenis. b Eſuriens corpore ſpiritu ſatiatur, ſalute Gentium quas conuertere iubetur. c Non reſeratione elementi, ſed diuina reuelatione & ſpiritali.*
mentis exceſſus, & uidit cęlum aper
*Corpus Chriſti.*
tum, & deſcendens uas quoddam
*a Quia ſine ſemine conceptum candorem caſtitatis cuſtodit. Quia mortuum. b Quia reſurrexit. Propter deitatis conſortium.*
uelut lintheum magnum quatuor
*Euangeliis quæ de Chriſto ſunt ſcripta. i. quatuor angulis. a Quia de cęlo deſcendit. b Quia eccleſia gratia ſuperuenientis ſpiritus conſeruatur & augetur.*
initiis * ſubmitti de cœlo in terram,
*a Animalium genera. Tria Gentium genera quæ in unitatem redacta ſiunt eccleſia.*
in quo erant omnia quadrupedia &
*a Hærentes terrenis. Virulenti & doloſi. b Superbi.*
ſerpentia terræ, & volatilia cœli. Et
*a Ad euangelizandum. Ite baptizate om. &c.*
facta eſt vox ad eum: Surge Petre,
*a In Gentibus, quod fuerant, & fac quod es. Recipe in unitatem corporis eccleſiæ, cuius Petrus princeps.*
occide & manduca. Ait autẽ Petrus
*a Significat faſtidium contra Gentes futurum. b Deſignat metum eundi in Gentes propter ſcandalum Iudæorum, uel propter immundiciam & credulitatem Gentium.*
Abſit domine, quia nunquã mãducaui omne cõmune & immũdum.
*a Apud Gentes. b Apud Iudæos.*

## NIC. DE LYRA.

¶ capituli erat expreſſum, ꝙ Cornelius erat timens Deum cum omni domo ſua, ſed in iſto milite exprimitur, qui non erat de domo ſua, ſed de iſtius ſtipendijs in propria domo viuebat.

a Ex his, qui illi par. *erat enim de illis centum militibus, qui erant ei ſubiecti.*

b Quibus cũ nar. oĩa. *ab angelo ſibi dicta.*

c Miſit il. in Ioppen. *ad quærendum Petrũ.*

d Poſtera au. *Hic conſequenter ponitur reuelatio facta Petro. & diuiditur in duas partes: quia primo ponitur uiſio Petri. ſecundo uiſionis expoſitio ibi: Et dum intra ſe. Circa primum dicitur:* Poſtera au. die. *id eſt immediate ſequenti, quia nuncii Cornelij receſſerunt in die uiſionis ſibi factæ, & ſecunda die venerunt in Ioppen.* (Diuiſio)

e Aſcendit Petrus in ſu. *vt ibi ſecretius & deuotius oraret ante comeſtionẽ, ſicut etiam de Beato Franciſco legitur.*

f Et cum eſuriret voluit guſta. *oratione tamen præmiſſa, ut dictum eſt.*

g Parantibus autem illis &c. exceſ. *id eſt raptus a ſenſibus exterioribus.*

h Et uidit. *uiſione imaginaria.*

i Cęlum ap. *ſicut fieri ſolet in coruſcatione.*

k Et deſcen. uas quoddam ve. lin. ma. *dicit uelut, quia totũ erat imaginaria uiſione.*

l Quatuor initiis. *id eſt angulis.*

m Submitti de cœ. in ter. *per cordas in angulis ligatas.*

n In quo er. omnia qua. &c. *i. animalia immunda ſecundum legem Moyſi, per quæ intelligebantur Gentiles, quos Iudæi abominabãtur ut immundos, nec etiam cum eis conuerſabantur. Per quadrupedia tamen in ſpeciali intelligebantur auari. Per ſerpentia inuidi & ueneno pleni. Per uolatilia ſuperbi, quæ uitia in Gentilibus abundabant.*

o Et facta eſt vox ad eum. *de cœlo.*

p Surge Pe. occi. *interficiendo in eis uitia.*

q Et man. *incorporando eos eccleſiæ per fidem & ſacramenta. Quia tamen Petrus hoc tunc non intellexit, ideo reſpondit.*

r Abſit &c. immun. *i. cibum in lege prohibitum, quod apud Iudæos dicebatur immundum & etiam commune, eo ꝙ a Gentilibus communiter comedebatur ſicut carnes porcinæ & huiuſmodi.*

¶ Et vox

Vbi ſup. — i *Omnia qua.* Be. Omnes Gentes crediture & in unitatem corporis Chr̄i aſſumẽdæ, ut oẽs efficiãtur mẽbra eius. *Omnia qua. & ſer.* Be. Animalia illa Gẽtes ſunt in erroribus immundę, ſed trina ſubmiſſione. i. myſterio trinitatis in baptiſmo mũdatæ, q̃ relicta hoĩs imagine beſtiarũ & ſerpẽtiũ figuras ſumpſerũt. Be. De oĩbus malis dr̃: Hõ cũ in honore eſſet, nẽ ĩtellexit, cõparatus eſt iu. in. Virũ aũt i. corruptũ hoĩem Salomõ oſtẽdit dicẽs: Deũ time, & mandata eius obſerua, hoc eſt oĩs homo. (Ibidem; Pſ. 48. d; Vbi ſup.; Eccl. 12. d)

k *Occide.* Munda mortifica, & macta, ut hoſtiam Deo facias, vt eruti de uetuſtate in nouitatem tranſeant.

Vbi ſup. — l *Manduca.* Be. Qui manducat cibum foris poſitum, in ſuũ traijcit corpus. Præcepit ergo Gentes per incredulitatem foris poſitas, ſocietati eccleſiæ, quam Petrus ſignificat, inſeri.

m *Manducaui omne com. &c.* Iudæi cibos communes uocant, q̃bus omnes homines utuntur. Et iſta animalia immunda, quæ ungulam non findunt, nec ruminant, nec ſquamoſa in piſcibus ſunt. Immundi uero cibi dñr beſtiarum uel reptilium carnes nulli hoĩum comeſtibiles. Vngulam non diuidit, qui literam a ſpiritu, uel trinitatis perſonas non diſtinguit. Non ruminat, qui verbum Dei, quod audit, in memoria non retractat, nec opere ſeruat. Be. Congrue Petro oſtenſa ſunt hæc, cũ Cornelius Gentilis ad eum miſit, ne dubitaret incircunciſo tradere fidem, erat.n. de animalibus in uaſe oſtenſis. unde & ſpiritu ſancto ad faciendum confirmatur. Be. Gentiles Petrus immũdos putabat, ſed prouiſio Dei iam inter mundos computat. Cõe ꝓ immũdo poniſ, q̃a q variis ſeruit illecebris, mũdus nõ eſt, ſm illud: Nemo põt duobus dominis ſeruire, Deo & mãmonæ. qui mundus eſſe deſiderat, mentem nõ diuidat, ſed in ſola (Vbi ſup.; Ibid.; Mat. 6. c)

## MORALITER.

✱ g *Parantibus.* ſequitur:

k *Et deſ. vas &c.* Per illud uas literaliter ſignificatur eccleſia, & per aĩalia immũda in uaſe exiſtẽtia Gẽtiles ſignantur, q pp idololatriã & alia uitia immũdi dicebãtur, & tñ pænitẽtes recipiẽdi erãt in eccleſia, ſicut Deus oſtẽdit B. Petro in uiſione iſta, prout plenius dixi in expoſitione literali. Myſtice uero per iſtud uas religionis ſtatus põt deſignari. Per quatuor initia, per q̃ uas de cœlo ſubmittebatur, quatuor religionũ patroni inſtinctu ſpiritusſancti. ſ. B. Aug. Benedictus, Dominicus, & B. Franciſcus. Per immunda animalia ſignificãtur illi, qui pœnitẽtes de cõtractis immũdiciis, ad religionẽ tranſeunt de ſtatu ſeculari. Per Petrũ uero, qui ceremonias legis nimis tenẽs abominabatur comedere, ſignificantur religioſi nimis ceremoniales, qui horrent tales recipere, & ſibi per profeſſionẽ incorporare, cũ tñ aliqñ magis proficiant in religione q̃ aliqui alii, q uidebantur in ſeculo deuoti. vnde dr̃ in collationibus patrũ collatione Paſuncii abbatis, ꝙ abbas Moyſes, qui metu mortis neceſſitate compulſus fugit ad monaſterium, multo plus profecit ibidẽ quàm alii multi, qui nulla neceſſitate, ſed ſola deuotione fuerant ingreſſi ideo dicitur Petro, ideſt præſidenti monaſterio. (Myſtice)

p *Surge.* ad peccatorum contritorum receptionem.

q *Occide.* eos quantũ ad inſolentiã ſecularem, & *mandu.* eos incorporando per obſeruantiam regularem. Et ſic de ipſis poteſt dici.

✱ Quod



a *Statim rece. eſt.* Bed. Poſt trinam emiſſionem lintheum cęlo recipitur, quia poſt ſeculi conuerſationem, qua fide & baptiſmo mundata eccleſia peregrinatur, ad cęleſtem habitationem feliciter ſuſcipietur. (In actis Apoſt. ca. 10; c. 5; Ibid.)

b *Vas in cœlum.* Bed. Corpus Chriſti in aſcenſione uel eccleſia in extremis aſcenſura eſt, qñ congregabuntur electi a quatuor vẽtis.

Ibid. — c *Deſcendens.* Be. Deſcendere de tecto, & ad predicandum ire iubetur, vt eccleſia dominĩ non ſolum alta ſubeundo ſpeculetur, ſed etiam in infimis, & quaſi adhuc exterius poſitis, ſi tamẽ oſtium Simonis. i. obedientiæ pulſantibus, ad actiuam redeundo velut ex lecto ſurgendo p̄dicet. Domus Simonis iuxta mare eſſe dicit. i. fluctus ſeculi & furores, ubi improbi homines quaſi piſces ſe deuorant. Sanctorum uero conuerſatio eſt in cęlis. (*curſum; Phil. 3. d)

d *Ecce ego &c.* Oſtendit ſe ſcire aduentum illorum, humilitatis etiam dans exemplum, dimittẽs circumitum verborum.

e *Quæ cauſa eſt &c:* Spiritus adeſſe milites dixit, & qua cauſa venerant tacuit, quia ad conſeruandam humilitatem aliquando prophetiæ ſpiritus ex parte animum tangit, & ex parte non tangit.

f *Reſponſum.* Eleemoſynis & orationibus eius per angelum reſpondit dominus

g *In domum.* Per hoc ſuadent, quia angelus iuſſit introire in domum eius, quanuis Gentilis.

h *Introducens ig. &c.* hic incipit communio apoſtolorũ cum Gentibus, quia deſcenderat ad eos, qui audierat ab angelo præceptum vt intraret in domum Gentilis. ideo Gentiles hoſpitio recepit. (*qui miſſi erãt a Cornelio ad ipſum)

i *Cõuocatis cognatis &c.* Duplex cauſa conuocationis. proximitas cognationis, & amicitia.

Vbi ſup. — k *Obuius ve.* Be. doctori obuiã uenit auditor, qui mundo corde & intenta aure cum deſiderio verbum fidei ſuſcepit. Nam qui ad credendum p̄trahitur, quaſi a doctore iacens erigitur. Si quis maculas ſuas erubeſcens procidendo in faciem humilitatis & pudoris indicia profert, iure a ſuo præceptore meretur erigi.

Vbi ſup. — l *Et loquens cum illo, intro. &c.* Be. Cõmunionem æqualitatis meruit ſanctitas actionis, ſicut in Ananiæ & Saphyræ culpa zelus ultionis ius aperuit poteſtatis. (†Petrus; Sup. 5. a)

☞ Oſtendit

*Facta eſt de Gentibus dicendo: Occide & manduca. b Prius in uete. ſecundo in no. Teſta. præcipitur ſalus prædicari in Gentibus.*
Et uox iterum ſecundo ad eum: Quod
*a Per crucem Chriſti purificantur ſalui de Gentibus.*
Deus purificauit, tu ne commune dixe-
*a Id eſt uas oſtenſum, pro commendanda ueritate uiſionis, uel pro fide trinitatis, in qua Gentes baptizandæ ſunt.*
ris. Hoc autem factum eſt † per ter, &
† ſtatim receptum eſt uas in cœlum. Et dum intra ſe hæſitaret Petrus, quidnam eſſet uiſio quam uidiſſet, ecce uiri, qui
*Quaſi ad reſerationem occulti myſterii.*
miſſi erant a Cornelio, inquirentes do-
*Coriarii.*
mum Simonis aſtiterunt ad ianuam. Et
*Quendam.*
cum vocaſſent, interrogabant, ſi Simon qui cognominabatur Petrus, illic haberet hoſpitium. Petro autem cogitante
*a Sanctus interius loquens, uel angelus, qui Cornelio uiſus fuerat. In mente, non ore carnis. b In figura horum trium tibi fuerat oſtenſa uiſio. Numerus teſtium & principalis ſexus.*
de uiſione, dixit ſpiritus ei: Ecce uiri tres
*a Explanat quod dictum eſt: Surge, occide, & manduca.*
quærunt te. Surge itaque, & deſcende,
*a Ad hoc reſpicit, quod dictum erat, abſit domine. b Propterea dictum erat; Quod Deus purificauit &c.*
& vade cum eis, nihil dubitans, quia
*a Quia ſpiritus dixerat, deſcende, non expectat nuncium ad ſe ab illis mittendum.*
ego miſi illos. Deſcendens autem Petrus ad uiros* dixit: Ecce ego ſum, quem quæ
*a Non quod ignoret interrogat, ſed ut confiteantur, & iactantiæ uitandæ relinquit exemplum.*
ritis. Quæ cauſa eſt propter quam veniſtis? Qui dixerunt: Cornelius Centurio uir iuſtus & timẽs Deum, & teſtimo
*a Veſtra, quia & tu Iudæus es. hoc additum eſt ad perſuadendum.*
nium habens ab uniuerſa gẽte Iudæo-
*a Non a ſpiritu immundo.*
rum, reſponſum accepit ab angelo ſancto, accerſiri te in domum ſuam, & au-
*a Obedire iubenti. b In his uerbis apparet, quia uiſionem narrauerat eis Cornelius.*
dire verba abs te. Introducens igitur
*a Nocte illa manſerunt.*
eos recepit hoſpitio. Sequenti autem die † ſurgens profectus eſt cum illis, &
*a Quia ſpiritus in Cornelium & ſuos ante baptiſmum deſcendit.*
quidam ex fratribus ab Ioppe comitati
*a Nocte illa manſerunt in uia.*
ſunt eum. † Altera autem die introiuit
*a Deſiderium & diligentiam eius oſtendit.*
Cæſaream. Cornelius uero expectabat
*a Neceſſarii dicuntur inſeparabiles amici, qui nec in neceſſitate diſcedunt.*
illos conuocatis cognatis ſuis & neceſſarijs amicis. Et factum eſt, cum introiſſet
*a Promptus obedire.*
Petrus, obuius uenit ei Cornelius, &
*a Geſtu corporis demonſtrat deuotionem quam intus habebat. b Iuxta conſuetudinem orandi. c Vt Deum, quod fuit imperitia, non nequitia, non enim angelus eum Deum docuit, ſed doctorem demonſtrauit, vt de Saulo dictum eſt.*
procidens ad pedes eius adorauit eum. Petrus uero eleuauit eum dicens: Sur-
*a Virtu. b Verus & non Deus.*
ge, & ego ipſe homo ſum. Et loquens
*Domum. b Cognatos & amicos quos conuocauerat.*
cum illo, introiuit, & inuenit multos, q
*a Interrogatio eſt uel affirmatio.*
conuenerant, dixitq; ad illos: Vos ſcitis, quomodo abominatũ ſit uiro Iudæo coniungi aut accedere ad alienigenam.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et uox iterum ſecundo ad eum. *ad repellendum eius reſponſionem.*

b Quod Deus purificauit, tu ne commune. *id eſt immundum.*

c Dixeris. *Chriſtus enim paſſus eſt non ſolum pro ſalute Iudęorum, ſed etiam pro ſalute Gentilium. propter quod non ſunt reputandi immundi. Similiter per ſuam paſſionem euacuauit legis ceremonialia, ſicut ſupra declaratum eſt in principio epiſtolæ ad Hebræos: & in pluribus alijs locis, ad quæ pertinet probibitio ciborum. et ſic eos purificauit licitos faciendo. & hoc etiam dicit Rab. Moy. in glo. magna ſuper Gene. Omnis beſtia, quæ immunda reputatur in hoc ſeculo, Deus ſanctus & benedictus faciet eam mundam in futuro ſeculo, ſicut primitus fuit, filijs Noe, Geneſis nono a. Omne quod moritur, aut uiuit, erit nobis in cibum &c. Præſens autem ſeculum uocat uſque ad aduentum Meſſiæ, futurum autem a tempore Meſſiæ & ultra. Et eodem modo accipit Ra. Sal. & alij doctores Hebræi loquentes de præſenti ſeculo & futuro.*

d Hoc autem factum eſt per ter. *Ad maiorem expreſſionem.*

e Et ſtatim receptum eſt uas in cœlum. *Ad ſignificandum, quòd Gentiles per fidem Chriſti habent ingreſſum ad cęleſtia, ſicut & Iudæi.*

f Et dum intra ſe hæſitaret &cæ. *Hic conſequẽter aperitur intellectus dictæ uiſionis, quia nondum Petrus intelligebat, propter quod dicitur:* Et dum intra ſe hæſitaret Petrus &c. *Et patet litera uſque ibi:*

g Petro autem cogitante de uiſione. *quid ſignificaret.* (†tertio ter)

h Dixit ſpiritus ei. *reuelando intellectum.*

i Ecce uiri tres quærunt te. *Qui ſunt Gentiles.*

k Surge itaque. *de oratione.*

l Et deſcende. *Ad eos. Orauerat enim in ſuperioribus domus, ut dictum eſt.*

m Et uade cum eis, nihil dubitans, *de communicando cum ipſis. Et tunc intellexit Petrus uerbum Dei dicentis: Quod Deus purificauit & cæte. intelligendum eſſe de Gentilibus principaliter, & de cibis lege prohibitis conſequenter. Cætera patent ex ſupradictis uſque ibi:*

n Introducens igitur eos recepit hoſpitio. *communicans eis ex domini verbo.* (-tres)

o Sequenti autem die ſurgens. *abſque dilatione.*

p Profectus eſt cum illis. *obediens diuinis mandatis.*

q Et quidam ex fratribus, *id eſt credentibus de Iudaiſmo.*

r Ab Ioppe comitati ſunt eum. *Quod autem ſubditur in aliquibus libris, Vt Petro teſtes ſint, nõ eſt de textu, nec habetur in libris correctis, ſed primo fuit quædam glo. interlinearis, poſtea textui inſerta per ignorantiam ſcriptorum, ſicut & in multis alijs locis ueteris ac noui Teſtamenti.*

ſ Altera autem die. *Hic conſequenter deſcribitur receptio Petri in domo Cornelij, cum dicitur:* Altera autem die. *ideſt in craſtino receſſus Petri ex Ioppe.*

t Cornelius uero expectabat illos. *cum magno deſiderio audiendi uerbum.*

u Conuocatis cognatis ſuis. *ut omnes eſſent participes gratiæ Dei.*

y Obuius ei uenit Cornelius. *ut reciperet eum reuerentius.*

z Et procidens ad pedes eius ad. eum. *Adoratione duliæ. ſciebat eum non eſſe Deum, ſed eius nuncium.*

a Surge, & ego ipſe ho. ſum. *non ſicut ille, qui apparuit tibi. propter quod non decet tantam reuerentiam mihi fieri. Cætera patent uſque ibi:*

b Vos ſcitis quo. abom. ſit uiro Iudęo con. aut accedere ad alienigenam. *Hoc enim ſciebat per experientiam, quia Gentiles erant & inter Iudæos habitabant.*

¶ Sed mihi

## MORALITER.

✱ b *Quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris &c.*

o *Sequenti autem die ſur. profe. eſt cum illis &c.* Per hoc oſtenditur, ꝙ prædicator euangelicus ſine dilatione debet ire ad laborandum pro animarum ſalute.

x *Et fa. eſt cum intro. Petrus, obuius ue. ei Cor. &c.* Oſtendens quòd reuerẽtia doctori debetur, maxime cum pro animarum ſalute mittitur.

✱ Aperiens

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a Oſtendit. Ra. Vbi dixit, Vade cum illis nihil dubitans. vel ibi, Quæ Deus purificauit, tu ne com. dixeris.

In actis A po. 10.a.3. b A nudius quar. die &c. Bed In græcis & in quibuſdam codicibus ita ſcriptum eſt: A quarta die uſq; in hanc horam ieiunãs & adorans a ſexta uſq; ad nonã: Et ecce vir &c. Decebat illũ exaudiri, qui inſtantiam deprecãdi tribus horis cõtinuis a ſexta properabat vel protrahebat ad nonã, quo tpe dñs (qui rogabatur) pro ſalute mũdi orauit extenſis in cruce manibus. Ra. Prima die uidit angelũ, & miſit nuncios. ſecunda nuncii peruenerunt Ioppẽ. tertia profectus eſt cum eis. quarta uenerunt Cæſaream.

c In con. Dei. Ra. In græco: In cõſpectu Dei aſſumus. quod recte dicitur ab eo qui Deo prõptus erat obtemperare, credens eum vbiq; præſentem eſſe.

Vbi ſup. d Non eſt per. ac. &c. Be. Patet Deũ nõ eſſe perſonarum acceptorem, quia filium unigenitum, qui omnium conditor & dominus eſt, miſit facere pacem humano gñi, in cuius noïe teſtãtibus ꝓphetis remiſſionẽ peccatorum, non Iudæi tñ ſed oẽs credẽtes acciperent.

Ibidem e Vos ſci. &c. Be. Omnia, quæ in ſymbolo dicuntur, breuiter complectitur, ꝙ Ieſus ſit Chriſtus, ꝙ omnium dñs ad reconciliationem mundi miſſus, Ioãnis voce præconizatus, ſpiritu ſancto perunctus, Deo inhabitante per miracula declaratus, crucifixus, mortuus, ſuſcitatus, ſuis manifeſtatus, iudex omnium venturus, eccleſiam per totam orbem dilataturus fide. Ra. Sic legendum: Scitis Ieſum ut prædicauit Iohãnes: Ieſum a Nazaret, quomodo unxit eum &c. Vel: hoc prędicauit Iohãnes, ꝙ vnxit eum, ſed non terreno more, ſed ſpiritu & uirtute ſignorũ. Be. Alia editio: Sicut vnxit eum Deus: prædicauit ergo Iohannes Ieſum ſicut unxit eum Deus ſpiritu ſancto, dicens: Ipſe baptizabit in ſpiritu ſancto. Et iterum: vidit ſpiritum deſcendentem ſuper eum ſicut columba &c.

Vbi ſup. f Vnxit eum &c. Be. Non oleo uiſibili ſed dono gratiæ, quod ſignificat oleũ uiſibile, quo inunguntur baptizati. Nec tunc inunctus fuit ſpiritu ſancto, quando columba deſcendit ſuper eum: tũc .n. eccleſiam præfigurauit, in qua baptizati ſpiritum ſanctum accipiunt. Sed myſtica & inuiſibili unctione perunctus eſt, quando verbum caro factum eſt. i. humana natura uerbo Dei in utero virginis copulata, facta eſt cum eo una perſona, & ideo confitemur eum natũ de ſpiritu & virgine Maria. Melius eſt .n. ſic intelligere, quam diuinitatem filii cum homine, quem aſſumpſit, cohabitantẽ ſignificare, ne Chriſti perſonam geminemus, cadentes in doctrinam Neſtorii.

Qui per

(Margin: * qui ubi aduenerit, loquetur tibi. Vbi ſup. F. † teſte Deo adſumus. tj.q.7. tali coniugio.)

a ¶In viſu. b ¶Sine dubitatione. c ¶Hominem. ¶Intellexit Petrus de omnibus Gentibus dictum eſſe.

a Sed mihi oſtendit Deus, neminem b

a ¶Quia nullus homo diſcernendus eſt.

communem, aut immundum dice- c

a ¶Quia nullus homo diſcernendus eſt, cum apud Deum non ſit perſonarum acceptio.

re hominem: propter quod † ſine du d

¶Non interrogat pro ignorantia, ſed propter confeſſionem totum.

bitatione veni accerſitus. Interrogo e

ergo, quã ob cauſam accerſiſtis me? f

b Et Cornelius ait: A nudius quarta g

a ¶Ieiunium & oratio digna opera ſunt unione angeli.

die uſq; ad hanc horam * orans eram

hora nona in domo mea: Et ecce

a ¶In forma uiri ſemper angeli pene uidentur, propter excellentiam ſexus. b ¶Stare angeli eſt, non cadere. c ¶Quia nunciabat proſpera.

uir ſtetit ante me in ueſte † candida

¶Inſtantia tanti ieiunij & orationis promeruit obtinere, quod quærebat.

& ait: Corneli exaudita eſt oratio

tua, & eleemoſynæ tuę † commemo

c ratæ ſunt in conſpectu Dei. Mitte er

¶Qui loquetur neceſſaria tibi.

go in Ioppen, & accerſi Simonem,

qui cognominatur Petrus: hic hoſpi

tatur in domo Simonis coriarij iu

a ¶Quaſi obediens.

xta mare. * Confeſtim igitur miſi ad

a ¶Sicut & ego ad te mittendo. ¶Non male ut Iudæi putabant. b ¶Dum bene feciſti ueniendo.

te, & tu bene feciſti ueniendo. Nunc h

a ¶Ego & amici & cognati mei, quos ante aduentum tuum collegi.

ergo omnes nos † in conſpectu tuo

a ¶Obedire. b ¶Nihil addemus. ¶Nihil dimittemus.

aſſumus, audire omnia quæcunque i

a ¶Doctus a Petro, non putat eum Deum, ſed Dei apoſtolum.

præcepta tibi ſunt a domino. Aperi- k

a ¶Gentibus. b ¶Qui patienter audierat, quaſi clauſo ore.

ens autem Petrus os ſuum dixit: † In l

a ¶Non ſolum in uiſione, ſed manifeſtis ſignis Cornelio narrante, quæ ei angelus reuelauit. b ¶Non diſcernit inter Gentiles & Iudæos.

d veritate comperi, quoniam non eſt m

perſonarum acceptor Deus, † ſed in n

a ¶Tam Iudæa quàm Gentili. b ¶Vt tu times.

omni gente, quæ timet eum & ope- o

a ¶Eleemoſynas, orationes, ieiunia, quæ tu operatus es. b ¶Sicut & te accepit. c ¶Euangelii. ¶Filium incarnari fecit, qui eſt uerbum patris.

ratur iuſticiam, acceptus eſt illi. Ver- p

a ¶Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt do Iſrael. b ¶Deus per verbum ſuum Ieſum Chriſtum. c ¶Reconcilians.

bũ miſit Deus filijs Iſrael, annũciãs q

a ¶Non per alium nuncium. b ¶Quia. ¶Ieſus qui uerbum patris, & uerbum caro factum eſt.

pacem per Ieſum Chriſtum: hic eſt u

a ¶Non unius gentis. ¶Vel quod.

c omnium dominus. Vos ſcitis, quod x

a ¶Non alibi prædicauerat Ieſus.

factum eſt per uniuerſam Iudæam

a ¶Prædicatio euangelii b ¶De hoc Matthæus ait: Exin de cœpit Ieſus prædicare.

uerbum. Incipiens enim a Galilæa z

a ¶Quo baptizatus eſt Ieſus.

poſt baptiſmũ, quod prædicauit Io b

hãnes, Ieſum a Nazareth quomodo c

† unxit eũ Deus ſpiritu ſancto & uirtute e

init in Ioppen. & die quarta intrauit Cæſaream. Cætera patent ex ſupra dictis vſque ibi:

h Nũc er. oẽs in con. tuo. aſſu. parati cũ magno deſiderio et deuotione.

i Audire omnia quæcunq; præcepta tibi. pro noſtra ſalute.

k Aperiens au. Hic conſequenter deſcribitur ipſius Cornelii & eorum, qui cũ eo erãt, cõuerſio, & ſcdo eorũ baptizatio, ibi: Adhuc loquẽte. Cõuerſio aũt eorũ facta eſt per prædicationem Petri. ideo dicitur: Aperiẽs au. Petrus os ſuũ di. incipiẽs p modũ breuis ꝓmij a iuſtitia & bonitate diuina.

l In verita. con. id eſt experimento probaui.

m Quoniã nõ eſt per. ac. Deus. i. diſcernẽs inter Gẽtiles & Iudæos quantum ad ſalutem æternam: quia vult omnes ſaluos fieri, & ad cognitionem veritatis uenire. ideo ſubditur:

n Sed in omni gente, quæ timet Deum. declinando a malo.

o Et operatur iuſtitiam. faciendo bonum.

p Acceptus eſt illi. Sed contra hoc uidetur quod dicitur ab omnibus doctoribus, nullum unquã fuiſſe ſaluatum, niſi per fidem mediatoris, nec per conſequens gratiam habuiſſe, ꝗ facit Deo acceptũ, quã nõ habebãt Gentiles. Dicẽdũ, ꝙ fides mediatoris ſemper fuit neceſſaria ad ſalutem, non tamen vniformiter omni tpe & omnibus populis, poſt publicationẽ .n. euangelij oẽs tenẽtur habere fidẽ explicitã de mediatore, quantum ad articulos incarnationis, natiuitatis & hmõi, quæ cõiter in eccleſia omnibus proponuntur credẽda. Ante declarationem uero natiuitatis Chriſti maiores Iudæorũ, quibus data eſt lex & prophetæ, de iſtis facientes mentionem tenebantur habere fidem de mediatore, minus tamen explicitam q̃ in no. Te. in quo veritas eſt magis elucidata. Minores uero Iudæorum adhuc minus explicite. Et ſufficiebat eis ad ſalutẽ credere Meſſiam futurum, ſicut lex & prophetæ nunciabant. in quodam tamen generali licet ſignificatione legis & prophetarũ, nõ intellexerunt in ſpẽali. Ante uero legẽ & prophetas .ſ. tpe legis naturæ, ſufficiebat oĩbus credere unũ Deũ remuneratorem bonorũ per modũ ab eo cognitum. ideo dicitur. Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Et in hoc implicite continetur fides mediatoris, per quem fit remuneratio bonorum & punitio malorum, ſecundum quod dicitur Iohan. v. d. Pater omne iudicium dedit filio. Et quia Gentilibus nõ fuit data lex, nec prophetiæ, ideo talis fides ſufficit eis uſq; ad publicationem euangelij. talem autem habuit Cornelius & eius domus licet, ut ſatis patet ex textu.

q Verbum. Præmiſſo per modũ præmij de iuſtitia & bonitate diuina, hic conſequenter Petrus accedit ad propoſitum annunciando Chriſtum. d. Verbum. ſcilicet euangelicum.

r Miſit Deus filijs Iſrael. primo.

ſ Ann. pa. internã gratiæ & ſupernã gloriæ.

t Per Ie. qui in perſona propria filijs Iſrael prædicauit. et ne credatur homo purus, ſubditur:

u Hic eſt o. do. & p conſequẽs uerus Deus.

x Vos ſci. quia inter Iudæos habitatis.

y Quod factum eſt ver. per &c. i. res uerbo ſignificata. Et quæ ſit illa ſubditur poſt. Ieſum a Naza. ſcilicet ueniſſe ad prædicandum ſalutem.

z Incipiens enim a Galil. ibi enim incœpit prædicare, ut patet Lu. iiii.

a Poſt baptiſ. ſcilicet Iohannis: quia ante non legitur publice prædicaſſe.

b Quod prædic. Iohannes. i. quod myſterium Chriſti futuri Iohannes prædicauit, ut patet ex decurſu euangelij.

c Quomodo unxit eum &c. ſcilicet Ieſum in humana natura.

d Spiritu ſancto, id eſt plenitudine gratiæ.

e Et uir. in operatione miraculorum, in quibus humanitas Xpi erat inſtrumẽtũ cõiũctũ.

Qui per-

(Margin: † ſine cõtradictiõe, incunctanter. 1. Tim. 2. † ſcientes ieiunus. Fides habet. † ſplẽdida. † in tra haben. H. Heb. 11.b. † Ro. 2. d. Eph. 6. b. Col. 3. d. † 11. q. 3. Dudum recenti. † hinc & de mi. ad deced.)

## NIC. DE LYRA.

a Sed mihi oſtendit Deus ſcilicet in viſione prædicta & eius expoſitione.

b Neminem. cuiuſcunque nationis.

c Communem, aut immundum dic. ho. id eſt, quòd licet alicui homini dicere de quocunque alio, quòd ſit immundus.

d Propter quod ſine dubitatione. alicuius tranſgreſſionis.

e Veni accerſitus. a uobis Gentilibus.

f Interrogo ergo, quam ob cauſam &c. licet autem audiſſet cauſam in generali a nuncijs Cornelij, tamen adhuc magis uolebat audire in ſpeciali.

g A nu. quar. die uſq; ad hanc ho. Eadem .n. die qua Cornelius circa horam nonam vidit viſionem, miſit nũcios, ut dicit Glo. & ſecũda die venerũt in Ioppẽ, quæ diſtat Cæſarea p. xxxviii. miliaria, vt habetur in deſcriptione terræ ſanctæ. Tertia uero die Petrus init

MORALITER.

* k Aperiens au. Pet. os ſuũ &c. Per hoc oſtẽdẽs ꝙ doctor catholicus ha-

* licus ha-



a Qui pe. &c. Be In græco addit, p xl. dies. nõ ꝙ quotidie cũ illo mãducarẽt & biberẽt: nã eẽt cõtrarium Iohãni, ꝗ octo dies interponit, qbus eis uiſus nõ eſt, vt tertio manifeſtarẽt, & totidẽ diebus ieiunauit añ mortẽ cibo indigẽs, quot manducauit poſt reſurrectionẽ iã cibo nõ indigẽs. Ieiunauit añ mortẽ, vt nos abſtineremus a deſiderijs huius ſeculi. Mãducauit, docẽs in hoc ꝙ nobiſcũ eſt vſq; ad cõſumationẽ ſecli. Ieiuniũ ẽ in certamine qa q in agone ẽ, ab oĩb⁹ ſe abſtinet. Cib⁹ eſt in ſpe pacis, ꝗ pfecta erit cũ mortale hoc iduerit immortalitatẽ. nos ãt cũ viã Dñi carpimus, a uanitate ſecli ieiunamus, & futura repromiſſione reficimur. Ra. per xl. dies, non aſſidue, ſed quibuſdam uicibus in illo quadragenario dierum numero factis.

b Et bi. Be. hic exponit Petrus, qd in euangelio tacetur, poſt reſurrectionem ſe bibiſſe cum Chriſto, niſi illic credamus indicatum, vbi ait: Donec illud bibam vo. in reg pa. mei.

c Ceci Be. Repẽte deſcẽdit. Vt de mõte Iudæorũ cecidit in vallẽ Gẽtiũ, ſm illud: Valles abundabunt frumento.

d Spi Be. Spũs donũ Dei eſt, in ꝗtum eis dat, qui per eũ diligũt Deũ, apud ſe aũt Deus eſt, ẽt ſi nulli detur, pri & filio coętern⁹. nec qa illi dãt ſicut donũ Dei, vt ſeipſũ det ſicut Deus. Spiritus .n. vbi uult ſpirat Be. Ne baptiſma dubitet tradere Gẽtibus, ſpũſcti teſtimonio cõfirmat. Et hoc factũ eſt ne reprehẽdat Petr⁹: & vt obſtupeſcerẽt comites eius teſtes futuri contra Iudæos. & ideo aũ baptiſmũ, nec per inuocationẽ Petri deſcendit ſpiritus. & nouo ordine præcurrentis ſpiritus in teſtimonium fidei Gentium, nunq̃ vero in Iudæis euenire reperitur:

e Nun. a. q. De⁹, qd maius ẽ, pri⁹ dedit, & ordinẽ ꝑpoſterauit, nũqd qd min⁹ ẽ põt ꝓhibere? Vos veniſtis ad hoc vt teſtes ſitis, ergo iudicate: Nun. aquam.

f In n. Cũ ſit regula eccłiæ, baptiſmũ tradi in nomine Trinitatis: Lucas tñ teſtat̃ i noie Ieſu Xpi illũ dari. Quod Ambroſius ſoluens, dicit per unitatẽ noĩs myſteriũ plenũ fieri, qa q Chriſtũ dicit, & pñem, a quo filius & ſpiritum ſanctũ ẽt deſignat: qui ẽ pñem dicit, & filiũ & ſpm pariter oñdit: & qui ſpm noiat, pñem, a quo procedit ſpũs, & filiũ, cuius ẽt ſpũs eſt, nũcupat. Vñ vt rationi copulẽt autoritas, ẽt in ſpiritu baptizat ſm illud: Vos aũt bapti. in ſpũſancto. & Apłs: In uno ſpiritu baptizati ſumus Be. Præcipue cõgruit nos in nomine Chriſti baptizari ſecũdũ illud: Quicunq; baptizati ſum⁹ in Chriſto Ieſu, in mor. ip. bap ſum⁹.

Quadrupedia

a ¶Non habens, ubi caput ſuum reclinaret. b ¶Impigre & humiliter. ¶Mores inſtruendo.

† qui per tranſijt benefaciendo & ſa- b

a ¶Corporales languores. b ¶Corporali uexatione, quam ſæpe permittitur ſathanas inferre. ¶Qui a maligno ſpiritu uexabantur.

nãdo omnes oppreſſos a diabolo,

a ¶Per eum Deus. ¶Deitas cum uero homine.

quoniã Deus erat cum illo. † Et nos d

a ¶Vt ipſe ait, & eritis mihi teſtes &c. ¶Nos teſtes ſumus in regione & uel omnium quæ fecit in regione.

teſtes ſumus omnium, quę fecit in re

a ¶Et hoc potet quod merito reprobãtur Iudæi Gentilibus electis.

gione Iudæorum & Ieruſalem, quem

a ¶Vt maledictum & reum hominem.

occiderunt ſuſpendentes in ligno.

¶Pater uel diuinitas. a ¶Viſitauit nos poſt biduum.

† Hunc Deus ſuſcitauit tertia die, & e

a ¶Poſt reſurrectionem.

† dedit eum manifeſtum fieri, non f

a ¶Quos elegerat Deus & in multis præfigurauerat.

omni populo, ſed teſtibus † præor

a ¶Piſcem, pane & fauum mellis, quæ uera ſigna ſunt corporis.

dinatis a Deo, nobis, qui manduca- g

b uimus & bibimus cum illo poſtquã

reſurrexit a mortuis. Et præcepit h

a ¶Quod figurauerunt ciborum reliquiæ. b ¶Non Iudæis tantum, ſed etiam Gentibus.

nobis prædicare populo & teſtifica-

ri, quia ipſe eſt, qui conſtitutus eſt a i

a ¶Patre, qui omne iudicium dedit filio. b ¶Iuſtorum, uel qui uiui in aduentu Chriſti inuenientur. c ¶Peccatorum, uel qui ante mortui dormierunt.

Deo iudex uiuorum & mortuorum. k

a ¶Non nos ſoli teſtes ſumus.

Huic omnes prophetæ teſtimonium l

perhibent, remiſſionem peccato-

a ¶Qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit.

rum accipere per nomen eius om-

a ¶Tam Iudæi quam Gentes. b ¶Fide cum operibus. c ¶Necdum finitis uerbis.

nes, qui credunt in eum. Adhuc lo-

a ¶In eum cadit ſpiritus ſuper quem humilem requieſcit.

c quente Petro uerba hæc, cecidit ſpiri

a ¶Cornelium cum ſuis.

tuſſanctus ſuper omnes † qui audie-

a ¶Neſcientes gratiam pertinere ad Gentes.

bant uerbum. Et obſtupuerunt ex

circunciſione fideles, qui uenerant

a ¶Gentes. b ¶Dona.

cum Petro, quia & in † nationes † gra

a ¶Secundum Iohel: Effundam de ſpiritu meo &c.

tia ſpiritusſancti effuſa eſt. Audiebãt

a ¶Signum eſt in linguis quod ſpiritus deſcenderit. b ¶Quia non inania loquentes linguis, ſed magnalia Dei.

enim illos loquentes linguis & ma-

¶Stupori ſuorum.

gnificantes Deum. Tunc reſpondit o

Petrus: Nunquid aquã quis prohibe p

re poteſt, ut nõ baptizẽtur, hi qui ſpi-

ritum ſanctum acceperunt, ſicut & nos?

a ¶Iocis ſuis, uel a ſeipſo.

q † Et iuſſit eos baptizari in nomine Ie

ſu Chriſti. Tunc rogauerunt eum, ut

maneret apud eos aliquot diebus.

e Et d. e ma ſi. per multa argumẽta ſuã reſurrectionẽ declarauit, ꝗ poſita ſunt ſup. 1. ca.

f Non om. po. ſed te ſecũdũ .n. qd dr Diony. li. cæleſtis hierar. hæc eſt lex diuinitus inſtituta, vt ea, quæ trãſcẽdũt cognitionẽ naturalẽ, primo ſuperioribus reuelentur, & per ſuperiores alijs manifeſtentur, ſicut patet in ſpiritib angelicis in ordine hierarchię. Nã ſuperiores immediate a Deo illuminantur, medij uero a ſuperioribus & inferiores a medijs. Reſurrectio autem Chriſti eſt de trãſcendentibus: & ideo primo manifeſtata eſt apoſtolis, & cum ipſis manẽtibus: per quos tanq̃ per teſtes idoneos alijs manifeſtata eſt. de quam idoneitate ſubditur:

g Nobis qui ma. & bi. cum il. poſt. re. a mor. Ad declarandum veritatem ſuæ reſurrectionis, vt dictum eſt ſupra. 1. ca.

h Et præ. no. &c. vt habetur ſupra. 1. ca. Et eritis mihi teſtes &c.

i Quia ipſe eſt qui con. eſt a deo. patre.

k Iudex uiuo. & mor. i. iuſtorum, qui uiuunt vita gratiæ & iniquorum, qui mortui ſunt morte culpę. propter quod dicit Ioh. v. d. Pater omnem iudicium dedit filio.

l Huic om. p. te. pe. q. d. nos ſoli no ſumus eius teſtes, ſed & oẽs ꝓphetæ antiq diuinitus inſpirati. Vnde dicit Ra. Sa. Hebræus ſup Zacha. ꝙ vniuerſi prophetę non ſunt locuti, niſi ad dies Meſſiæ. ſ. de principali intentione.

m Adhuc lo. Hic conſequenter ponitur Cornely & cũ eo exiſtentiũ baptizatio, & primo p̃ receptionẽ ſpiritusſãcti in ſigno ſenſibili, quæ dicitur quædã baptizatio, ca. ſe. & ſupra. 1. ca. de qua ſubditur: Ceci. ſpi. &c.

n Et ob. ex cir. fi. admirãtes ꝗ tãta gratia daretur Gẽtilib⁹ ſicut & Iudæis nutritis in lege et ꝓphetis. Cõſequẽter ponitur baptizatio in aqua ſub inuocatione noĩs Xpi, cũ di.

o Tunc reſpon Pe. illis, qui cum eo venerant admirantibus.

p Nun aq. q. pro. po. &c. q. d. non: ex quo ſpiritusſanctus non diſtinxit inter nos & ipſos Gentiles ſicut uidetis.

q Et iuſ. eos bap in no. Ie. Chri. in hac .n. forma dabatur baptiſmus in primitiua eccleſia rationibus dictis. ij. ca. ſupra.

r Tunc roga. eum. vt plenius inſtruerentur in fide & ſolidarentur.

(Margin: † ſup. 1. a. † delectis. C. D. † quotquot. † donum.)

MORALITER.

* Ieſus habẽs in pmptu beniuolos auditores, attẽtos & dociles, quales erãt iſti ſtatim, pcedere debet ad actũ docẽdi. & bonus effectus ſubditur cum poſtea dr. Adhuc lo. Pe. uer. hæc ce. ſpi. ſan. o. q. au. Et p hoc oñdit, ꝙ illi q deuote & attẽte audiũt verbũ Dei, recipiũt grãm ſpũſancti, licet non recipiant in ſigno viſibili.

In cap. x. vbi dicitur in Poſtil. In veritate compe. i. i. experimento probaui.

ADDITIO.

Hoc qd dr: In veritate cõperi: nõ vł referẽdũ ad experimẽtũ ſẽſibile ſeu corpale, qa ſcire ꝙ Deus nõ eſt acceptator pſonarũ, nõ cadit ſub ſenſu. Referẽdũ eſt igit ad veritatẽ rõnis ſm quã cõperitur, ꝙ Deus, qui ſumme bonus & ſumme iuſtus eſt, nõ dẽt eẽ pſonarũ acceptor. Si ãt dicatur, ex hoc, ꝙ Gẽtiles, q in primitiua eccleſia baptizabantur, ꝓphetabãt, & hebãt dona linguarum ſicut & Iudæi baptizati: ꝓ hoc experimento ꝓbat, ꝙ Deus nõ diſcernit inter Iudæos & Gẽtiles q tũ ad ſalutẽ ęternã. Dicẽdũ ꝙ ꝓphetare & liguis variis loq ſũt grę gratis datę tñ, et nõ gratũ faciẽtes. & ideo ꝓ talia nõ ꝓbat ꝓpoſitũ.

## NIC. DE LYRA.

a Qui pe. be. quantũ ad informationẽ morũ, & ſanationẽ lãguidorũ.

b Et ſa. omn. op. a dia. mente & corpore.

c Quo. De. er. cũ il. per plenitudinem gratię, & per unionem perſonalem in ſuppoſito uerbi.

d Et nos te. ſu. per uiſum & auditum.

Et d.

## NIC. DE LYRA. CAP. XI.

Audierunt autem apoſtoli. Poſtquam deſcripta eſt Cornelij conuerſio, hic conſequenter ponitur ex hoc orta diſputatio. Circa quam primo queſtio proponitur. & ſecundo ſoluitur, ibi: Incipiens. Circa primum dicitur. Audierunt autem apoſtoli. vndecim ſimiliter.

## CAP. XI.

Audierũt aũt apoſtoli & a

a ¶Præter apoſtolos.

fratres qui erant in Iu- b

a ¶Propter eunuchum & Cornelium.

dæa, quoniã & Gentes d

receperunt uerbũ Dei. Cũ aũt aſcen-

b Et fratres. id eſt alij fideles cum eis exiſtentes.

c Qui in Iu. Cæſarea enim, ad quam inerat Petrus, erat in terra Philiſtinorum.

d Quo. & Ge. re. uer. Dei. ſ. Cornelius & amici ſui.

e Cum au. aſ. Pe. Ie. hoc dicitur, quia Ieruſalem erat in altiori ſitu quam Cæſarea, quæ eſt ſuper mare mediterraneum ſita.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Quadru.ter.&c.* Rab. Miror quoſdam hoc interpretari ſuper eſcis quibuſdam lege prohibitis, cum nec ſerpentes, nec reptilia edi poſſint. nec Petrus ſic intellexit: ſed omnes homines ad euangelium æqualiter uocari, & nullum ſecundum naturam eſſe pollutum. Non enim quia beſtias comederit, ſed quia Gentibus communicauerit increpatus myſterium huius uiſionis expoſuit.

b *Et ſex fratres.* Beda: Quia ſex diebus factus eſt mundus, per ſex fratres opera perfecta mõſtrantur, quæ doctorem comitantur, quando auditoribus inter uerba exhortationis demonſtratur exemplum perfectionis.

c *Ergo & Gentib. &c.* hoc eſt quod in Iob legitur: Ab aquilone aurum uenit, & ad Deum formidoloſa laudatio quia prius frigido Gentium in pectore ſplẽdor fidei exortus eſt, & pro eadem inopinata fide Iudæa Deum tremendo glorificat.

d *Et il. qui &c.* Reuertitur ad id, quod dixerat: igitur qui diſperſi erant, pertranſibant euangelizantes verbum Dei. Interſerta eſt enim narratio de Philippo, Petro, Iohanne, Paulo.

e *Erant autem qui.* Rab. Non de illis, qui fuerant diſperſi ab Ieruſalem, ſed de Cypro & Cyrene fuerant. Aut excepta Antiochia, in ceteris, i. in Cypro & Cyrene ad Græcos ſũt locuti.

Diſſet Petrus Ieroſolymã, diſceptabãt aduerſus il-lũ, qui erãt ex circũciſione dicentes: Quare in-troiſti ad uiros preputiũ habentes, & mãducaſti cũ illis? Incipiens autẽ Petrus exponebat illis or-dinẽ dicẽs: † Ego erã in ciuitate Ioppe orãs, & uidi † in exceſſu mẽtis meę uiſionẽ, deſcendens uas quoddã uelut lintheũ magnũ quatuor ini-tijs ſubmitti de cælo, & uenit uſq; ad me. In qd intuẽs conſiderabã, & uidi quadrupedia terrę & beſtias, & reptilia & uolatilia cęli. Audiui aũt & uocẽ dicentẽ mihi: † Surge Petre: occide & man-duca. Dixi autem: Nequaquam Domine, quia * commune aut immundũ nũquã introiuit in os meũ. Reſpondit autem uox ſecũdò dẽ cælo: Quę Deus mundãuit, tu ne cõe dixeris. Hoc au-tem factũ eſt per ter, & recepta ſunt omnia ſur-ſum in cælũ. Et ecce uiri tres cõfeſtim aſtiterunt in domo in qua erã, miſſi a Cæſarea ad me. Di-xit aũt ſpiritus mihi, vt irẽ cũ illis nihil hæſi-tãs. Venerũt aũt mecũ & ſex fratres iſti, & ingreſ-ſi ſumus in domũ uiri. Narrauit aũt nobis quo-modo uidiſſet angelũ in domo ſua ſtãtẽ & di-centem ſibi: Mitte in Ioppen & accerſi Simonẽ qui cognominatſ Petrus: qui loqueſ tibi uerba in qbus ſaluus eris, tu & uniuerſa dom⁹ tua. Cũ aũt cœpiſſẽ loqui, cecidit ſpiritus ſanctus ſuper eos, ſicut & in nos in initio. Recordatus ſũ autẽ uerbi Domini, ſicut dicebat: † Iohannes qdẽ baptizauit aqua, uos aũt baptizabimini ſpiritu ſancto. Si ergo eandẽ gratiã dedit illis Deus ſicut & nobis † qui credidimus in Dñm Ieſum Chriſtũ, egõ quis erã, qui poſſem † prohibere Dominũ? His auditis tacuerũt, & glorificauerũt Deũ dicẽ-tes: Ergo & Gẽtibus pœnitentiã Deus dedit ad uitã. Et illi qdẽ, qui diſperſi fuerãt a tribulatio-ne, q̃ facta fuerat † ſub Stephano, perãbulauerũt uſq; ad Phęnicẽ & Cyprũ & Antiochiã, nemi-ni loqnẽtes uerbũ, niſi ſolis Iudæis. Erãt aũt qui-

bus in nomine Ieſu Chriſti: non eſt de textu, nec habetur in libris correctis, ſed fuit quædam interlinearis gl. per ſcriptores textui inſerta.

m His audi. *rationabilibus & veris.*

n Tacuerunt. *ab increpatione Petri eius factum approbantes.*

o Et glori. Deum. *gratias agendo de hoc, quòd gratiam ſuam extẽderat ad Gentiles. ideo ſequitur:*

p Ergo & Genti. pœniten. *id eſt tempus & locum pœnitentię.*

q Ad ui. *ſcilicet æternam conſequendam.*

r Et illi. *Hæc eſt pars incidentalis, & diuiditur in duas, ſecundum duplex incidens. ſecundum ibi: In his autem diebus. Primum autem incidens eſt de publicatione euangelij per fideles, qui receſſerunt de Ieruſalem propter perſecutionem eccleſiæ in morte Stephani motam ut habetur ſupra in prin. viij. ca. & hoc eſt quod dicitur: Et il. quidem qui diſ. a tri. id eſt propter tribulationem.*

ſ Quæ fa. f. ſub Ste. *id eſt in morte eius.*

t Per ambu. uſq; ad Phœ. *quæ prouincia eſt Syriæ.*

u Et Cyprum. *inſula eſt maris ſatis nota.*

x Et Anti. *ciuitas ab Antiocho magno denominata.*

y Nemini loq. verb. *euangelicum.*

z Niſi ſo. Iu. *poſtea etiam locuti ſunt Gentibus: audientes quòd Petrus prædicauerat Cornelio & alijs Gentilibus. ideo ſubditur:*

a Erant au. q. i. *ex diſperſis de Ieruſalem.*

## NIC. DE LYR.

a Diſceptabant ad illum &c. *id eſt conuerſi de Iudaiſmo.*

b Quare intro. &c. *q. d. non eſt licitum communicare cum incircumciſis.*

c Incipiens autem. *Hic conſequenter ſoluitur quæſtio, & hoc per reuelationem factam Petro: quia fuit ſibi oſtenſum nem inem reputari debere immundum: & per uerbum ſpiritusſancti dicentis, quòd iret cum Gentibus & communicaret eum eis ſine dubitatione. Et patet litera ex dictis ca. præcedentis, quia repetitio eſt illius, quod dictum eſt ibi vſque ibi.*

d Sicut & nos in initio. *i. in die pentecoſtes.*

e Recordatus ſum &c. *Ex quo patet, quòd talis datio ſpiritusſancti in ſigno ſenſibili: dicitur quædam baptizatio. & in fine concludit Petrus:*

f Si ergo eadem gra. *id eſt ſigno ſenſibili.*

g Dedit il. *incircumciſis.*

h Sicut & no. *circumciſis.*

i Qui credidimus in Dominum Ieſum Chriſtum. *quaſi dicat. Circunciſio aut preputium nihil facit ad hoc, ſed fides Ieſu Chriſti.*

k Ego quis eram. *qui ſum. pulueris & cinis.*

l Qui poſſem prohibere Dominum, *ſcilicet dare gratiam ſuam ſecundum ſuum beneplacitum. Quod autem in aliquibus ſubditur: Ne daret ſpiritumſanctum credentibus in*

## MORALITER.

a Diſceptabant autem &c. *Ex hoc habetur argumentum, quòd quãdo ſuperior facit aliquid inſolitum, licet ſit bonum, tamen oſtendere debet illud eſſe rationabiliter factum ad pacem aliorum: & illi debent acquieſcere audita ſuper hoc ratione, ſicut fecerunt iſti audita narratione Petri. vnde ſubditur poſtea:*

o His auditis tacuerunt, & glorificauerunt Deum dicentes: Ergo & c. Et illi quidem diſperſi fuerant a tribulatione quæ facta fuerat ſub Stephano. &c. hic adhuc oſtenditur bonum, quod Deus elicuit ex diſperſione diſcipulorum propter tribulationem occaſione beati Stephani motam: nam ex hoc publicata fuit fides ad aliam gentem, & per hoc ſignificatum fuit, quòd maior eccleſiæ fructus foret tempore perſecutionis tyrannorum, quàm tempore pacis ſub dominio principum catholicorum. Vnde beatus Bernardus exponit illud Eſa. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima, vt ſit uerbum eccleſiæ propter inſolentias inſurgentes tempore pacis amaricatæ. tempore uero perſecutionis tyrannorum valde creuit eccleſia numero & merito fidelium, ſicut de filiis Iſrael dicitur, q͂ quanto opprimebant eos Aegyptii, tanto magis multiplicabantur & creſcebant.



locuti. Aliter Græci illi, qbus locuti ſunt: Iudei fuerant genere, ſed inter Græcos cõuerſati ſunt in diſperſione.

a *Mul.n.c.* Be Iã poſt reuelationẽ ſynodonis, in qua ſctã aĩalia ſupna ſpe qẽ ſcerẽt, cepit ecclia creſcere, cũ p exteras puincias, inſulas & ciuitates non ſolum Iudeis, ſed etiam Gentibus euangelium prædicatur.

b *Et mi. Bar.* R a. Barnabas uirilis in bonitate. Bar nabas ſepe in hoc libro laudatur, neob indignitatẽ meriti apoſtolatu caruiſſe credat, qui poſtea ab aplis Gentiũ apoſtolus eſt ordinatus.

c *Et hor. om. in pro. cor.* Nihil mutauit vel addidit, ſed pſeuerantiam docuit, quia uera & plena fides erat in eis.

d *Tharſum.* dictum eſt. n. ſupra, q̃ fratres deduxerunt eum nocte Cęſaream & dimiſerunt Tharſum.

e *Vt quær. Sa.* Ecce bonitas Barnabæ, qui non ſolus præſumit docere plebẽ, ſed apoſtolatus quærit conſortẽ.

f *Vt c. &c.* Ra. Oẽs ſecte nomẽ trahebãt de ſuo autore: iõ fundata fide & firmitatẽ obtinẽte, primum in Antiochia, vbi p̃ ceteris locis fides florebat: ſumptũ eſt a Xpo nomẽ Chriſtianũ.

g *Diſci. Chri.* Be. Videntur diſcipuli in hoc nõ ſeruaſſe mãdatũ Dei dicẽtis: Nolite ſoliciti eẽ de craſtino. Sed cõſtat nõ hoc eũ improbare, ſi qs huma no more iſta pcuret, ſed non pro eis Deo militet, vt in ope ſuo nõ regnũ Dei, ſed tpalia intueat. Ad hãc ergo regulã hoc pceptũ redigitur, vt in horũ prouiſione regnũ Dei attẽdamus: ſed in militia Dei iſta nõ cogitemus.

h *Prophe.* Ra. De qbus dictum eſt: Et pphetabunt filij veſtri. Laus eſt Antiochię q̃ multi pfecti conueniebãt.

i *Aga.* Be. Nũcius tribulationis interptat, q̃ ſm nomẽ ſuũ & hic famẽ generalẽ, & infra Paulo vincula pphetat.

k *In Iu.* Be. Sciebãt in Iudea & maxime Ieroſolymis famẽ acrius ſeuiturã vbi erãt pauperes ſctõrũ, q rebus ſuis domibus & agris venditis pcia aplis detulerãt, pecuniẽq; acq̃rẽdę vlterius nõ multũ vacabãt: Nõ nulli et p fide a Iudæis ablata ſubſtãtia mulctabantur, de qbus Apoſtolus, Et rapinã bonorũ veſtrorũ cũ gaudio ſuſcepiſtis.

dam ex eis uiri Cyprij & Cyrenęi, qui cum introiſſent Antiochiam, loquebantur ad Græcos, annuncian-tes Dominum Ieſum: Et erat manus Domini cum eis. Multuſque nu-merus credentium conuerſus eſt ad Dominum. Peruenit autem ſermo ad aures eccleſiæ, quæ erat Ieroſoly-mis ſuper iſtis, & miſerunt Barna-bam vſq; ad Antiochiam. Qui cum perueniſſet, & uidiſſet gratiam Do-mini, gauiſus eſt, & hortabatur om-nes in propoſito cordis permanere in Domino: quia erat uir bonus & plenus ſpiritu ſancto & fide: & appo-ſita eſt multa turba Domino. Pro-fectus eſt autem Tharſum*, ut quę-reret Saulum. Quẽ cum inueniſſet, perduxit Antiochiam, & annum to-tum cõuerſati ſunt in eccleſia. Et docuerunt turbam multam, ita ut cognominarentur primum Antio-chiæ diſcipuli Chriſtiani. † In his au-tem diebus ſuperuenerunt ab Iero-ſolymis prophetæ Antiochiam, & ſurgens unus ex eis nomine Agabus ſignificabat per ſpiritum famem magnam futuram in vniuerſo orbe terrarum, quæ facta eſt ſub Claudio. Diſcipuli autem prout quiſq; habe-bat, propoſuerunt in † miniſterium mittere habitantibus in Iudæa fra-tribus: quod & fecerũt mittẽtes ad ſe-niores per manus Barnabæ & Sauli.

h Et mi. Bar. &c. *ad informandum plenius credentes & confirmandum.*

i Qui c. &c. *g. d. in multiplicatione fidelij.*

k Ga. e. *valde p p hõorẽ Dei & ſalutẽ pximi.*

l Et hor. &c. *quia qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit, Mat. x. c.*

m Qui erat uir bo. *per uirtutes acquiſitas.*

n Plenus ſpiri. & fi. *per infuſas.*

o Et oppo. &c. *per prædicationẽ Barnabæ ad illam multitudinẽ, quæ prius crediderat.*

p Profe. eſt au. Thar. *vbi ſalutus fuerat, vt dictũ eſt ſupra præce. ca. videbat. n. ſe non ſufficere ad tantam multitudinem erudiendam & regendam ſine Sauli ſocietate.*

q Et do. tur. mul. *q̃ creuit in aduẽtu Sauli.*

r Ita ut cog. pri. An. diſ. Chri. *ante. n. credẽtes in Chriſtum vocabantur tantum diſcipuli: ſed tunc ceperunt nominari Chriſtiani a Chriſto: ſicut Platonici a Platone.*

s In his au. die. *Hic ponitur ſecũdum incidẽs ad pnũciationẽ futuræ famis cũ dicitur: In his au. die. ſu. pro. ab Ie. Anti. tunc. n. in eccleſia erant multi habentes ſpiritum prophetiæ, ſecundum quod prædixerat Iohel propheta: & allegatum eſt ſupra. ij. ca.*

t Et ſur. unus. *vt in tanta multitudine melius audiretur.*

u Signi. p ſp. *i. denũciauit in ſpũ pphetico.*

x Famem ma. &c. *quæ facta eſt, & ſic apparuit veritas prophetiæ.*

y Sub Clau. *i. tẽpore Claudij imperatoris.*

z Diſci. au. *i. Chriſtiani q erant Antiochię.*

a Prout qui. ha. *ſcd m ſuam facultatẽ, non voluntatẽ, qa libẽter plus feciſſẽt ſi potuiſſẽt.*

b Pro. in mi. m. ha. in Iu. fra. *i. in Ieruſalẽ. illi. n. tanq̃ magis religioſi renũciãtes ppriẽtati vẽdiderãt poſſeſſiones vt inde prouidẽretur cõitati, vt habetur ſupra. iiij. ca. Fuerãt n. bonis mobilibus ſpoliati in pſecutione, q̃ mota fuit in morte Stephani, propter quod indigebant ab alijs credentibus auxiliari, maxime tempore famis: quod & fecerunt, ſuum bonum propoſitum adimplendo.*

c Mit. ad ſe. *cũ ã multitudinis habentes.*

d Per ma. Bar. & Sau. *qui erant ad hoc fideles & apti nuncij.*

## NIC. DE LYRA.

a Viri Cy. & Cy. *de Cypro & Cyrene nati. Et dicunt hic aliqui doctores & ſatis probabiliter, q̃ iſti fuerant Gentiles, conuerſi tamen primo ad Iudaiſmum, deinde ad Chriſtum, & de iſtis ſubditur.*

b Qui cum int. An. *per aliquod ſpacium temporis ibi manendo.*

c Loqueban. ad Græ. *id eſt ad Gentiles.*

d Annũ. do. Ie. *vt ſicut Iudæi natione agebant ad conuerſionem Iudæorum, ſic iſti ex gentibus nati ad conuerſiones Gentium.*

e Et e. m. d. *i. virtus Dei in operib. miraculoſis.*

f Cum eis. *ad confirmationem ſue doctrinę. cuius ſubditur effectus, cum dicitur: Multu. &c.*

g Peru. au. &c. *eo q̃ apoſtoli erãt ibi, qbus ſignificabatur pfectus fidei.*

## MORALITER.

g Perue. au. ſer. &c. Ex hoc oſtenditur q̃ eccleſia Romana, q̃ ãlie ſupior eſt, qñ dilatationem fidei audit in aliqua regione remotiori, dẽt illuc mittere uiros idoneos rõne vitæ & ſcientiæ: ne pcuratione dæmonis aliqua zizania miſceatur: & illud, q̃d eſt ibi de bono, multiplicius augeat ſicut iſti miſerũt Barnabã de quo dr̃ hic: Qui erat uir. & ple ſpi. & c.

p Profe. eſt au. Thar. vt q Sau. vt p eius ſocietate fieret in eccleſia Antiochẽi maior pfectus fidelium, q̃ ſecutus eſt tãtus vt ibi fideles primo noiarentur Chriſtiani. p hoc aũt arguuntur illi q in quacũq; cõicatione volunt magiſterium hre ſoli.

s In his au. die. &c. p hoc aũt q̃ fideles q̃ erant Antiochię diſpoſuerũt mittere de facultatibus illis, qui erant in Ieruſalẽ, q̃ vẽdiderãt poſſeſſiones ut uiuerent magis religioſe, ut hr̃ ſupra. iiij. c. puidẽres eis cõtra famẽ, q̃ prophetice dicebãtur futura: docetur illi Chriſtiani, qui habẽt proprias facultates, ut ex illis adiuuent illos, qui propter Chriſtum omnia reliquerunt maxime tempore neceſſitatis.

## GLOS. ORDIN. CAP. XII.

Odem autem tempore. Beda. Non famis tempore, quam quarto Claudii anno factam hiſtoriæ referunt: cum Herodes tertio eiuſdem anno ſit defunctus, ſed illo tẽpore, quo oblationes deferebantur Ieroſolymam. Bed. Non eſt putandum Herodem, qui tetrarcha erat, poſtea regem factum, hoc capitulo deſignatum. Refert Ioſephus: Gaium imperio ſuſcepto

## CAP. XII.

Odem autem tem-pore miſit Herodes

## NIC. DE LY. CAP. XII.

Odẽ. a. t. *Poſtq̃ ſuperius deſcripta eſt Petri pdicatio, hic interpoſitis icidẽtib⁹ dictis deſcribitur cõtra eũ orta pſecutio. Et diuiditur ĩ duas partes: qa primo ponitur pſecutio Petri ſcd o punitio aduerſarij, ibi: Deſcẽdẽſq;. Prima in duas*

## MORALITER.

a Eo. au. tẽ. mi. He. rex ma. & c. Doctores aliq exponentes moraliter incarcerationem Patri dicunt q̃ per ipſam ſignificatur longa



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ſcepto, continuo Iudæorum principatum Herodi filio Ariſtoboli (quem tñ ille Agrippam noĩat) quarto anno i. vltimo imperij ſui anno eidem & ſedem pariter cõtuliſſe. Ipſum vero Herodem, qui Iohannem occiderat, uel in paſſione Chriſti interfuerat, grauiter cruciatum, exilio perpetuo damnaſſe. Porro hunc Herodẽ ſiue Agrippã tertio Claudij anno, ſui uero regni .vii. ab angelo percuſſum regnum Agrippę filio reliquiſſe. Ariſtobolus (quem dixi) a patre perfido .i. Herode ſub quo natus eſt Chriſtus, cum fratre Alexãdro fuerat interfectus.

In actis ap. c. 12.

*a Occidit au. Ia.* Be. De hoc Iacobo Clemens Alexandrinus hiſtoriã refert: Et is (inquit) qui obtulerat eum iudici ad martirium, Iacobum .ſ. & ipſe cõfeſſus eſt ſe eſſe Chriſtianum. & cũ duceret in uia, rogauit Iacobum dari ſibi remiſſionem. At ille parumper deliberans: pax tibi inquit, & oſculatus eſt eum & ita ambo capite ſimul puniti ſunt.

† quòd gratum eſſet.

Quaternio

*b Quat. q.* Quaternio dr̃ princeps quatuor militum, ſicut .n. cẽturio centũ, ita quaternio quatuor ſub ſe milites hẽt.

*c Produce.* Ra. Amplior .n. gratia eſſet ſi ipſi eum occiderent Iudei, qa princeps erat, nõ ipſe Herodes, ſicut & Iacobũ.

*d Mili. uin. &c.* Ra. Quatuor difficultates cumulant cuſtodiam, milites catenæ. carcer, cuſtodes.

*e Lumen.* Signum præſentię angeli dei: cuius præſentia ſoli Petro lumen præbebat, nec alijs refulgebat.

Vbi ſup.

*f Percuſſoq;.* Bed. Percuſſio lateris cõmemoratio eſt paſſionis Chriſti, de cuius latere ſalus noſtra profluxit, & nobis ẽt præſſura catenarum retentis, tale ſolatiũ Petrus reddit. di. Chriſto igitur in carne paſſo & vos eadem cogitatione armamini. *Percuſſoq;.* Ra. Tactum corporalem corpore ex aere ſumpto potuit habere angelus.

1. Pe. 4. a

Vbi ſup.

*g Pręcinge.* Bed. Prophetas & apoſtolos cingulis vſos fuiſſe legimus. ſed Petrus pp̃ rigorem carceris, ligamẽta ad horam laxauerat, vt tunica circa pedes dimiſſa, frigus noctis vt cumq; temperaret: Exemplum plebens infirmis, vt cum moleſtia corporis uel iniuria tẽtãtur humana, liceat aliquid laxare de propoſiti rigore. & quia dictũ eſt: Sint lumbi ueſtri pręcincti, & calciati pedes in præparatione euangelij pacis, ſpiritualium virtutum verbiq; predicandi reſumere iubemur inſignia.

Luc. 12. e
Ephe. 6. c
† ſubliga ſandalia tua.
Vbi ſup.

*h Vene. ad p. fer.* Bed. Anguſta imo ferrea erat porta, quæ ducit ad Ieruſalem celeſtem: ſed apoſtolorum veſtigijs nobis eſt facta meabilis, qui ſanguine proprio oſtiũ ferreũ vicerũt. Ferrea .n. oſtia Petro cedunt cuſtodi aulæ cęleſtis, qui ecclæ retinẽs cacumen infernũ ſupat.

*Ad ſe*

a ¶Ad terendos & ligandos quoſdam de eccleſia. b ¶Tormentis. c ¶Quaſi inferiores de eccleſia.

rex manus, ut affligeret quoſdam

a ¶Non ſolum aliquos affixit: ſed etiam occidit.

de eccleſia. Occidit aũt Iacobũ fra

a ¶Zebedæi.

trem Iohannis gladio. Videns autẽ

a ¶Afflictioni quorundam, & occiſioni Iacobi.

† quia placeret Iudęis, appoſuit ut

a ¶Quia plus placeret, vbi princeps occideretur. ¶Ideo non eſt occiſus, ſed apprehenſus, vt & de Chriſto dixerunt: Non licet in Paſcha occidere quenquam.

apprehenderet & Pẽtrum. Erãt aũt

dies azymorum. Quem cũ appre-

a ¶Quandiu non licet occidi licitum putant in anguſtia cruciari. b ¶Non ſufficiebat ſolus carceris cuſtod a.

hẽdiſſet, miſit in cãrcerem, trãdenſque quatuor quaternionibus militum ad cuſtodiẽdum, uolens poſt Paſcha producere eum populo. Et Petrus quidẽ ſeruabatur in carce-

a ¶Exemplum orandi pro periclitantibus, & maxime pro eccleſiæ paſtoribus. ¶Sic enim orandum eſt ſecundum illud: Multum valet deprecatio iuſti aſſidua.

re, orãtio autẽ fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad deum pro eo. Cum autem producturus eũ eſſet

a ¶Qua opportuna erat ſolutio.

Herodes, in ipſa nocte erat Petrus

a ¶Non habens ſpem euadendi illa hora.

dormiẽs inter duos milites uinctꝰ catenis duabus: † & cuſtodes an-

a ¶Quatuor hęc cuſtodiã exaggerãt mili. cate. cu. carcer.

te oſtium cuſtodiebant cãrcerem.

¶Nota, domini: &, aſtitit.

Et ecce angelus Domini aſtitit, &

a ¶Ex præſentia angeli. ¶Tactu corporali.

lumen rẽfulſit in habitaculo, percuſſoq; latere Petri excitauit eũ dicens: Surge velociter. Et cẽciderũt

a ¶Prima ſoluitur anguſtia.

catenæ de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum: Præcingere,

a ¶Exemplum datur non ambulandi ſine calciamentis, angelo iubente, & apoſtolo complente. b ¶Caliga genus eſt calciamenti.

& † cãlcea te caligãs tuas. Et fecit ſic. & dixit illi: Circunda tibi ue-

¶Timor non impediat.

ſtimentum tuum, & ſequere me. Et exiens ſequebatur eũ, & neſcie-

a ¶Non putabat fieri, ſed oſtendi imaginarie.

bat, quia uẽrum eſſet, quod fiebat per angelũ. Exiſtimabat autẽ ſe ui-

a ¶Duos milites. ¶Primum quaternionem cum ſuis.

ſum uidere. Tranſeuntes autẽ primam & ſecundã cuſtodiã, uenerũt

a ¶Cuſtodes carceris. ¶Secundum quaternionẽ cum ſuis.

a Erant au. dies azy. *ſ. quando apprehendit Petrum. & additur hoc ad ſignificandum cauſam quare ſtatim non occidit Petrum ſicut fecerat de Iacobo: volebat enim expectare tranſitum ſolennitatis paſchalis, in qua Iudæi ſeptem diebus veſcuntur panibus azymis.*

b Quem cum ap. *Poſita occaſione perſecutionis Petri, hic conſequenter deſcribitur ipſa perſecutio. Et diuiditur in tres partes. quia primo ponitur eius incarceratio iniurioſa. ſecundo eius liberatio miraculoſa, ibi: Cum autem. tertio cum ſuis aſſociatio gratioſa, ibi: Conſideranſq;. Circa primum dicitur:* Quem cum ap. mi. in c. *ue poſſet effugere.*

c Tradenſq; quat. quater. mi. *Dicitur autem quaternio, qui habet quatuor milites ſub ſe: & ſic quater quatuor ſunt ſedecim, qui eum cuſtodiebant.*

d Volens poſt P. pro. e. p. *i. exponere morti ad uoluntatem populi.*

e Ora. au. fi. *Chriſtus ſuum vicarium ad huc ſeruaret in uita.*

f Cum au. *hic conſequenter deſcribitur liberatio Petri miraculoſa. cum dicitur:* Cum au. pro *ſ. de carcere vt occideretur.*

g In ipſa n. *immediate præcedente.*

h Erat Petrus dormiens inter d. mi. &c. *ita cuſtoditus, quòd non patebat vlla euaſio via humana. Sed quia deficiente humano ſubſidio ſolet adeſſe diuinum, ideo ſubditur:*

i Et ecce angelus domini aſtitit. *ad Petri liberationem.*

k Et lu. reful. in ha. *ad eius conſolationem.*

l Percuſſoque la. pe. *vt excitaret eum a ſomno.*

m Et ce. ca. *diuina virtute, vel angelica, cui natura corporalis obedit ad motum localem: propter quod potuit illas catenas ſtatim diſſoluere.*

n Præcin. *vt ſis aptus ab ambulandum. reſoluerat enim Petrus cingulum ſuum, vt ueſtis poſſet cooperire pedes contra frigiditatem carceris: hoc enim ſibi erat licitum, & maxime contra imminens periculum.*

† Sup. Inf. 16.

o. Et cal. te ca. tu. *Eſt autem caliga genus calciamenti non habens corium ſuper pedẽ, vt dicit gl. In grȩco, in quo ſcripſit ſanctus Lucas, habetur ſandalia: propter quod aliqui dicunt, quòd uera litera eſt: calcia te caligas, gallice gallochem.*

p Exiſtima. ſe ui. ui. *fortitudo enim carceris & diligens cuſtodia fecerunt ſibi imaginationem de euadendi impotentia: propter quod rem geſtam ſomnium æſtimabat.*

q Tran. au. pri. & ſe. c. *ſcilicet militum, qui erant oppreſſi ſomno, vel quia uigilantes erant acriſia percuſſi. ſicut dicitur de militibus qui capere uolebant Elizeum.*

4. Reg. 6.

r Vene. ad por. fer. &c. *Illa erat exterior porta carceris.*

¶ Quæ ducit

## NICOL. DE LYRA.

¶ *duas: qa primo ponitur pſecutionis occaſio. ſcđo ipſa perſecutio, ibi: Quem cũ &c. Ad intellectum primi ſciendum, q̃ tres Herodes fuerunt in Iudęa, de quibus ſcriptura facit mentionem. Primus fuit inſtitutus rex Iudeæ a Romanis, cuius pater fuit Idumæus. iſte uocatus fuit Herodes Aſcalonita, & tempore ipſius natus fuit Chriſtus, propter quẽ iſte occidit innocentes. ſecundus fuit vocatus Herodes Antipas filius Herodis Aſcalonitæ non tamen primogenitus. & iſte nunquam fuit rex, ſed tetrarcha Galileæ: & iſte decollauit Iohannem Baptiſtam. tandem accuſatus apud imperatorem Romanum, miſſus fuit in eſſiliũ apud Lugdun. tertius uocatus fuit Herodes Agrippa filius Ariſtoboli Herodis Aſcalonitæ & frater Herodis Antipæ: & licet iſte in principio fuerit pauper, tamen poſtea fauentibus ſibi duobus imperatoribus Romanis .ſ. Gaio & Claudio fuit eleuatus ad regnum. & iſte de Roma ueniens in Iudæam honorifice valde receptus fuit a Iudæis, propter quod in fauorem eorum occidit Iacobum fratrem Iohannis & incarcerauit Petrum. vnde uerſus: Aſcalonita necat pueros, Antipa Iohannem: Agrippa Iacobum, claudens in carcere Petrum. & ſecundum hoc patet ſententia huius partis vſq; ibi:*

Herodes tres.
Mat. 2.
Luc. 3.

Erant au.

## MORALITER.

✻ detentio peccatoris hominis in peccato. Sed q̃ per hominem ſanctiſſimum ſignificetur peccator, mihi videtur extraneẽ dictum, cum ſenſus myſticus fundari debeat ſuper literalem. Propter quod aliter expono .ſ. q̃ per Herodem ſignificatur quilibet tyrannus perſecutor fideliũ. Et poſt unius occiſionem alium incarcerat, expectans tempus occiſioni ipſius opportunum. Per incarcerationem autem eius poteſt intelligi quęlibet afflictio iuſti. Per cuſtodes uero ſatellites tyranni in malorum executione miniſtrantes ſibi. Per duas vero catenas, quibus iniuſte ligatur & tenetur: tyranni potentia & eius nequitia ſignificantur, quæ ſimul exiſtentes prolongant iuſtorum afflictiones. Nam potentia ſine nequitia non nocet bonis: nequitia verò ſine potentia non multum poteſt nocere eis. Per angelũ verò liberantem a carcere, intelligi poteſt quilibet agens pro bonorum liberatione. nam in hoc eſt dei miniſter. Per hoc autem q̃ Petrus æſtimabat ſe viſum videre, cum per angelum educeretur, ſignificatur, q̃ omnis liberatio a pœna corporali non eſt niſi ſomnium, vel res modica reſpectu liberationis a pœna purgatorij. Per hoc autem, q̃ Petrus liberatus ad alium locum tranſiit vbi poterat facere fructũ animarũ, ſignificatur, q̃ prædicator euangelij in pſonali perſecutione debet alibi, vbi proficere valeat, ſe trãsferre.

✻ Statuto autem



*a Ad ſe reuerſus.* A culmine contemplationis ad hoc reuerſus eſt, quod in intellectu communi prius fuit.

*b Proceſſit puella &c.* Et Dominum de tumulo egreſſum prima omniũ mulier diſcipulis nunciauit vt vbi abundauit delictum, ſupera. & gratia.

Rom. 5. d

*c Angelus eius eſt.* Iero. magna dignitas animarum, vt vnaquæque ab ortu natiuitatis habeat angelum in cuſtodiam ſibi deputatum. Ticonius: Videtur angelus hominis eſſe homo interior, qui Deum ſemper fide contemplatur. Bed. Quòd vnuſquiſque habeat angelum ſcriptura teſtatur: vnde Dominus: Angeli inquit eorum ſemper vident faciem patris. Et Iacob: Angelus, qui eruit me de cunctis malis. Et hic diſcipuli angelum Petri uenire credebant.

*d Tacerent.* Donec narraret virtutem: Vel tacere iubet, ne clamore gaudentium aduentus eius in ciuitate cognoſcatur.

*e Deſcendenſque.* Rab. Vt Petri ſolutio nulli noceret, non permittitur Herodes vindicare in cuſtodes.

*f In Cæſaream.* Bed. quamuis iuxta ſitum locorum Cæſaream Philippi dicere videatur, ideo quòd hæc ſicut Tyrus & Sidon ciuitatis ſit Phœnicis, tamen Ioſephus dicit hæc in Cęſarea Palęſtinę geſta. quæ olim turris Stratonis dicta eſt in confinio Phœnicis & Palęſtinę in litore maris magni ſita.

*g Alerentur.* Bed. Neceſſariam habebant amicitiam vicini regis, ideo q̃ regio eorum valde anguſta eſſet Galileæ & Damaſci finibus preſſa.

*Confeſtim &c.*

a ¶Quæ putatur fuiſſe in atrio carceris. b ¶Patet extra ciuitatem fuiſſe carcerem, vel in exteriore parte ciuitatis.

ad põrtam ferream, quæ ducit ad ciui-

a ¶A ſeipſa.

tatem, quę ultrò aperta eſt eis. Et exeuntes proceſſerunt uicũ unũ, & cõntinuo

a ¶Vt ſciret verum eſſe quod fiebat, & non viſionem.

diſceſſit angelus ab eo. Et Petrus ad ſe

¶Oſtendit, quia hoc prius neſciuit.

reuerſus dixit: Nũc ſcio uere, quia miſit Dominus angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudęorum. Cõſideranſque uenit ad domum Mariæ matris Iohannis, qui cognominatus eſt Marcus,

¶Vbi eſſet.

a ¶Cauſa orationis pro Petro vel ex euentu.

ubi erant multi cõngregati & orantes. Pulſante autẽ eo ad oſtium ianuę, proceſſit † puella ad uidendum, nomine

a ¶Videns uel fortis, uel viſio fortitudinis, uel uiſionis fortitudo.

Rhõde. Et ut cognouit uocem Petri,

¶Ex impatientia .ſ. nunciandi aduentum Petri.

prę gaudio nõ aperuit ianuam, ſed introcurrens nunciauit ſtare Petrum ante † ianuam. At illi dixerũt ad eam: † In

a ¶Quia ſciebant Petrum incarceratum eſſe. ¶Rem.

ſãnis. Illa autem affirmabat ſic ſe habere. Illi autem dicebant: angelus eius eſt. Petrus aũt perſeuerabat pulſans. Cum autem aperuiſſent oſtium, uiderũt eũ,

a ¶Quia certum habebant quòd ab omnibus non dimitteretur.

& obſtũpuerunt. Annuens autem eis

¶Silentium indicendo.

manu, ut tacerent, narrauit quomodo

a ¶Non homines, non ſua calliditas vel fortitudo.

Dõminus eduxiſſet eum de carcere. Di-

a ¶Virtutem donatam precibus eorum. b ¶Iuſto .ſ. filio Alphei alter Iacobus decollatus erat. c ¶Orantibus pro me.

xitque: Nunciãte Iãcobo & fratribus

a ¶Eadem nocte in alium locum timore Herodis & Iudæorum.

hæc. Et egreſſus ãbijt in alium locum.

a ¶Craſtina poſt eductionem Petri de carcere.

Facta autem diẽ erat non parua turba-

a ¶Et cuſtodes. b ¶Apparet, quod clauſum reliquit Petrus carcerem: quo aperto non eſſet ambiguum eum euaſiſſe.

tio inter militẽs, quĩd nam factum eſſet

¶In carcere.

de Petro. Herodes autem cũ requiſiſſet

a ¶Inquiſiuit vtrum cuſtodes noſſent quid de eo factum eſſet.

eum & non inueniſſet, † inquĩſitione facta de cuſtodibus, iuſſit eos duci. Deſcẽ-

a ¶Ad ſe vt in eos vindicaret.

denſque a Iudæa in Cæſaream, ibi com-

a ¶Ideo finibus eorum proximauit. ¶Tyrus & Sidon ciuitates ſunt prouinciæ Phęnicis.

moratus eſt. Erãt autem * † iratus Tyrijs & Sidonijs. At illi unãnimes ue-

a ¶Tyrij & Sidonij.

¶Et perſuaſerunt.

nerunt ad eum. Et perſuaſo Blaſto, qui

a ¶Quaſi theſaurorum cuſtos.

erat ſuper cubicũlum regis, poſtulabant

a ¶Amicus enim eorum erat & patronus, & forte prȩſes.

pacem, eo quòd alẽrentur regiones eo-

a ¶Præfinito ad condictum.

rum ab illo. Stãtuto autem die Herodes ueſtitũs ueſte regia ſedit prõ tribu-

a ¶Deſcribitur gloria ut poſtea maior ſit miſeria. b ¶In uel ſuper.

a ¶Vbi locus erat iudicij. b ¶Blandiendo & ambulando.

nãli, & conciõnabatur ad eos. Populus

a ¶Adulatio & prauitas fidei oſtenditur.

autem acclamabat, Dẽi uoces & non

## NIC. DE LYRA.

¶ a Quæ ducit ad ciuitatem. *Ex quo videtur, quod ille carcer erat extra ciuitatem, ſicut fit in pluribus locis.*

b Quæ vltro aperta eſt eis. *uirtute diuina, uel angelica modo prædicto de catenis.*

c Et exeuntes proceſſerunt uicum unum. *Ad maiorem Petri aſſecurationem.*

d Et continuo diſceſſit angelus ab eo. *ſubito diſparendo ſicut dictũ eſt ſupra .x. c.*

e Et Petrus ad ſe reuerſus &c. *& tunc percepit quòd non erat ſomnium, ſed res geſta.*

f Conſideranſque. *Hic ponitur conſequẽter reſtitutio Petri ad fideles, cum dicitur:* Conſideranſque *.ſ. ubi eſſet, & quo diuertere poſſet, ne a cuſtodibus inueniretur: non timore paſſionis ductus, ſed quia per uiſitationem angeli circa prolongationem vitæ ſuæ ſciebat voluntatem Dei eſſe.*

g Venit ad domum Mariæ. *quæ non ſolum erat fidelis, ſed etiam hoſpita fidelium.*

h Pulſante autem eo ad oſtium ia. *quæ clauſa erat de nocte, & pro infidelium perſecutione.*

i Præ gaudio *.ſ. liberationis Petri & eius aduentus.*

k Sed introcur. *ut bonos rumores velociter nunciaret.*

l Inſanis. *propter fortitudinem enim carceris & cuſtodiam diligentem credebant euaſionem Petri impoſſibilem eſſe.*

m Angelus eius eſt. *Ex hoc loco, & ex hoc quod dicitur Matth. xviij. b. Angeli eorum ſemper vident faciem patris, dicunt concorditer ſancti & doctores, quòd ſinguli homines habent ſingulos angelos ad ſui cuſtodiam deputatos, & aliquando apparent in ſpecie illorum. ſicut angelus in ſpecie beati Ambroſii Mediolani exiſtentis apparuit Turonis in ſepultura B. Martini & beatus Franciſcus in remotis agens apparuit in capitulo Arelatenſi.*

n Et obſtupuerunt. *præ admiratione videntes Petrum liberatum, & ignorantes liberationis modum. propter quod Petrus cœpit narrare ipſum, cum dicitur.* Annuens autem &c.

o Nunciate Iacobo & fra. hæc. *vt reddant gratias Deo, qui exaudiuit petitionẽ eorum pro me factam, ut dictum eſt ſupra. Oratio autem fiebat &c.*

p Facta autem die. *in qua ordinatum erat occidi Petrum.*

q Erat non parua turbatio inter milites. *quia timebant negligentiæ eorum imputari, & per conſequens puniri, ſicut & factum eſt. Vnde ſubditur.*

r Herodes autem cum requiſiſ. eum. *ſcilicet Petrum.*

s Et non inue. *& portæ carceris inuentæ fuiſſent apertæ, ſicut expreſſe dicitur de porta ferrea.*

t Iuſſit eos du. *ſcilicet in carcerem tanquàm ſuſpectos de liberatione Petri ut poſt ea punirentur. ſed Herodes fuit impeditus celeri morte præuentus, ut habetur parte ſequenti.*

u Deſcendenſque. *Hic conſequenter deſcribitur Herodis punitio: Et primo ponitur eius pœna. Secundo ponuntur duo corrollaria, ibi: Verbum Domini. Circa primum dicitur:* Deſcendenſque a Iudæa. *ideſt a Ieruſalem, quæ eſt in altiori ſitu Iudeæ.*

Diuiſio ſint. 26. f

x In Cęſaream. *Non Philippi, ut dicit Gloſ. quæ eſt in prouincia Phœnicis, ſed in Cæſaream Palæſtinæ, quæ antiquitus dicebatur turris Stratonis: & eſt in confinio Palæſtinæ, & Phœnicis. Et cauſa ſubditur, cum dicitur:*

y Erat autem iratus Tyriis & Sidoniis. *Qui erant de prouincia Phœnicis: propter quod terminus eorum appropinquauit ut eos debellaret & puniret.*

z At illi unanimes uenerunt ad eum. *Ad placandum per oblationem emendę. & ut hoc melius facerent, rogauerunt eius cubicularium, qui erat eius ſecretarius, ut eſſet huius negocij mediator pro eis. Et ſubditur cauſa cum dicitur.*

a Eo quòd alerentur regiones eorum ab illo. *ideſt ab Herode. Non enim terra eorum poterat habere uictualia ſufficienter de terra Herodis accepta vel per eam tranſportata.*

b Statuto autem die. *Ab Herode, ut Tyrij & Sidonij eius audirent ſententiam.*

c Herodes ueſtitus ueſte regia. *Ideſt in ſignijs regalibus decoratus, ad ſuam magnificentiam oſtendendam.*

† examinatis cuſtodibus

d Sedit pro tribunali. *magnifice.*

e Et concionabatur ad eos *Loquens valde egregie.*

f Populus autem acclama. *Adulando Herodi.*

* Herodes
† infenſus

g Dei uoces, & non hominis. *Dicebant enim, quòd talis eloquentia non erat hominis puri, ſed deitatem habentis.*

¶ Confeſtim

## MORALITER.

✻ *a Statuto autem die Herodes ueſtitus ueſte regia ſedit pro tribunali.* Per hoc autem, quòd acceptans diuinos honores adulatorie ſibi impenſos per angelum, fuit percuſſus, & miſerabiliter mortuus, doceri debent prælati & principes, ut non acceptent, ſed magis impediant inconuenientes ſibi honores.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Confeſtim &c.* Ioſephus: Dum impietatem illicitæ adulationis non exhorreret, reſpiciens paulo poſt, imminentem & inſiſtentem capiti ſuo uidit angelum, eumq; ſenſit cõtinuo exitij ſui miniſtrum, quem prius nouerat prouiſorem bonorum: inde continuis ſeptem diebus uentris dolore cruciatus, uitam uiolenter abrupit.

Lib. antiq. 19. c. 7.

† gloriam

NIC. DE LYRA.

a Confeſtim au. percuſſit eum angelus do. *uehementi dolore uentris, ut dicit Ioſephus.*

b Eo quod non dediſſet ho. deo. *Conſiderando propriam fragilitatem, ſed magis con gaudens de hoc, quòd populus attribuebat ſibi diuinum honorem.*

c Et conſumptus a uer. expi. *Computreſcentibus enim inteſtinis generabantur ibi uermes eum interius corrodentes.*

d Verbum autem. *Hic ponuntur duo corollaria. Primum eſt de multiplicatione fidei mortuo Herode ipſius perſecutore. & patet ex dictis. Secundum eſt de reditu Sauli & Barnabæ in Antiochiam.*

e Exple. miniſte. *pro quo uenerant Ieruſalem, ut habetur in fine capituli præcedentis.*

G

Lib. ant q. 19. c. 7.

† Paulus

hominis. Confeſtim autem percuſſit eum angelus domini, eo quòd

a ¶Perſequendo apoſtolos & nomen Dei reſpuendo.

non dediſſet † honorem Deo, & con

¶Paulatim, non ſubito. a ¶Falſo domino mortuo Dei uerbum creſcit.

ſumptus à vermibus expirauit. Verbum autẽ domini creſcebat & mul

a ¶In fidelibus. b ¶In his qui quotidie augebantur.

a ¶Redit ad id quod dixerat: Mittentes ad ſeniores per manus Barnabæ & Sauli.

tiplicabatur. Barnabas autem & † Saulus reuerſi ſunt ab Ieroſolymis expleto miniſterio, aſſumpto Iohanne, qui cognominatur Marcus.

GLOS. ORD. CAP. XIII.

a *Erant au. &c. prophe. & doctores &c.* Idem erant prophetæ & doctores. Vel, alij eorum prophetæ, alii doctores fuerunt.

b *Niger.* Ra. A colore, ſi latinum eſt. Vel aſcendens interpretatur, ſi Hebræum.

c *Segregate mihi Bar. & Sau.* Be. Vñ Saulus iuxta ordinem hiſtoriæ. xiij. anno poſt paſſionem apoſtolatum cum Barnaba, & Pauli uocabulum accepiſſe quartodecimo aũt anno iuxta condictum Iacobi Cepheq; & Iohannis ad magiſterium Gentium profectum eſſe. Et hiſtoria eccleſiaſtica conſentit; dicens apoſtolis fuiſſe præceptum; ut xij. annis in Iudæa prædicarent.

Gal. 2. b

d *Miſſi à ſpirituſſancto.* Rab. ab hoĩb. dimiſſi mox a ſpirituſſancto mittuntur ad Seleuciã. Dux itineris eorum fuit, qui eos ſeparauit à cæteris.

† Simon

e *Abierunt Seleuciam.* Ra. In quibuſdã exemplarib. inuenitur: Abierunt Seleuciam, quæ eſt Salamina, duo ſunt autem nomina unius ciuitatis.

F

f *In ſynagogis Iudæorum.* Beda. Propter ignaros locorum ſemel annotandum credidi, ubicunque ſynagogam Iudæorum uideris, ſcito in ciuitate geſta quæ dicuntur.

In actis ap. c. 13. num. 1.

† Sacrificantibus

¶ Barieſu

NIC. DE LY. CAP. XIII.

Erant au. *Superius deſcripta publicatione euangelij facta per prædicationem Petri, cum aliquib. tamen incidentib. hic conſequenter deſcribitur eadem publicatio per prædicationem Pauli. Et diuiditur in duas partes: quia primo deſcribitur eius ad apoſtolatum uocatio. Secundò huius officij executio ibi: Et ipſi quidem. Circa primum dicitur.*

† accerſiui

Diuiſio

a ¶Hoc dicunt ex traditione Gentilium, inter quos dij in diuerſis formis ſæpe apparuiſſe referuntur. ¶Stultus error Gentilium, qui omne, quod ſupra ſe vident Deos eſſe putant.
centes: Dij † ſimiles facti hominibus z
deſcenderunt ad nos. Et vocabant a
a ¶Qui prior eſſe videbatur. b ¶Deorum patrem & hominum regem. c ¶Qui erat dux verbi.
Barnabam, Iouem: † Paulum uero, b
a ¶Sermo vel eloquentia interpretatur.
f Mercurium: quoniam ipſe erat dux
uerbi. Sacerdos quoque Iouis, qui c
¶Lyſtris. a ¶Ad immolandum. b ¶Ad ornandum caput Dei. aut aliquo religionis modo nobis ignoto obtulit.
g erat ante ciuitatẽ, tauros & coronas d e
ante ianuas afferens cũ populis uole f
a ¶Barnabæ quaſi Ioui. b ¶ſ. quod vellent ſacrificare c ¶Non morantur: nec patienter ferunt iniuriam, Dei honorem ſibi deferri.
bat ſacrificare. Quod ubi audierunt g
apoſtoli Barnabas & Paulus, con-
a ¶Signum magni doloris. b ¶Commoti animo.
h ſciſſis tunicis ſuis exilierũt in turbas:

*ad perſonam, & infirmitatis incurabilitatem.* C
k Hic audiuit Paulum. *& credidit.*
l Qui *ſcilicet Paulus.*
m Intuitus eum. *viſu corporali & mentali. Ideo ſubditur:*
n Et uidens quia fidem habe. *Fides enim oculis corporalibus videri non poteſt.*
o Vt ſaluus fi. *mente & corpore.*
p Dixit magna uo. *ut magis attenderetur miraculum ad honorem diuinum.*
q Surge ſu.pe.tu.re. *coram oĩbus aſtantib.*
r Et exili. *i. agiliter ſurrexit.*
s Et ambu. *ad declarationem ſubitæ perfectæ curationis.*
t Turbæ au. *Hic conſequenter ponitur erroris remotio, quia primo deſcribitur. Et ſecundo remouetur, ibi: Quod ubi. Circa primum dicitur:* Turbæ autem *idolatriæ deditæ.*
u Cum uidiſſent, quod fecerat Paulus. *Credentes hoc eum feciſſe propria uirtute.*
x Leuauerunt uocem ſuam Licao. *i. proprio idiomate.*
y Dicen. Dij ſimi.fa.ho.de.&c. *Credebãt .n. eos de cælo deſcendiſſe in humana effigie.*
a Et uocabant Bar. Io. *eo quòd uidebatur ſenior ætate.*
b Pau.uero Mer.quo.ipſe.e.d. uer. *i. proponens ædificationis uerbum, ut patet in textu. Mercurius enim dicitur fuiſſe eloquentiſſimus, & propter hanc excellentiam diceba tur a Gentilibus Deus eloquentiæ, & quòd eam daret hominibus.*
Mercurius dicebatur Deus eloquentiæ.
† re intellecta
c Sacerdos quoque Iouis. *ideſt eius cultui deputatus.*
d Tauros *ad immolandum.*
† finitimã
e Et coronas. *ad templum ornandum, ſicut dicitur. 1. Machab. co. iiii. g. Ornauerunt faciem templi coronis aureis.*
† ſup. 3. a
f Cum populis uolebat ſacrifica. *Barnabæ & Paulo.*
g Quod ubi. *Hic conſequenter dictus error remouetur per apoſtolos, facto & uerbo ipſum deteſtantes. Ideo dicitur.* D
h Cõſciſſis tuni. *In ſignis doloris, eo quòd homines volebant eis impendere honorem diuinum, quem exhibere & recipere erat nefarium. Ideo ſubditur.*

¶ Et dicentes

MORALITER.

✻ a *Multo igitur tempore demorati &c.* Videntes q ibi proficiebant in cõuerſione infidelium per doctrinã ſignis & uirtutibus confirmatam, ut patet literam intuenti. Et per hoc docentur prædicatores euangelij, ut quamdiu proficere poſſunt in vno loco vel dioceſi, ſi tum inſurgat perſecutio perſonalis, per quam ſua præſentia eſſet in periculum ſuum & profectus impedimentum, debent alibi ſe transferre, vbi ualeant fructificare.
i *Et quidam uir Lyſtris infirmus pedi. &c.* Per iſtum, qui claudus erat ex vtero matris ſuæ, ſignificatur quilibet deſcendens ab Adam ſeminali virtute, quia naſcitur cum fomite peccati, qui facit eum a rectitudine rationis declinare, Geneſis. vj. a. Senſus & cogitatio humani cordis prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua. Sed per uocem Pauli, ideſt doctoris euangelici vel prædicatoris erigitur, cum ad eius perſuaſionem per boni operis exercitium ad virtutis rectitudinem reducitur. & tunc per pedes ſuos, id eſt affectus rectus ſtabilitur.
z *Dij ſimiles facti hominibus deſcenderunt ad nos.* Per iſtos ſignificantur adulatores, diuinos honores prælatis vel principibus, ſeu quibuſcunque hominibus impendentes.
f *Quod ubi audierunt apoſtoli Barnabas & Paulus, conſciſſis &c.* In ſignũ doloris, eo quòd ſibi vellent homines exhibere id quod eſt propriũ diuini honoris. Et per

✻ hoc

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E bant. Herodes, qui non dedit honorem Deo, ſed acquieuit immoderato fauori populi, ab angelo percuſſus eſt.

† ijſde quibus uos obnoxij mali ſumus

*a Implens cibo &c.* Rab. de carnalib. loquitur, quia lætitia de cibis & uino, quod lætificat cor hominis.

*b Superu.&c.* Bed. In Græco ſic incipit hæc narratio: Demorantibus eis & docentibus, ſuperuenerunt quidam &c.

*c Traxerunt.* Rab. ad lapidandum ſicut cadauer. de hoc ipſe ad Corint. Semel lapidatus ſum &c.

*d Surgens &c. profectus eſt cum Bar. in Der.* Bed. Prius anticipando dixerat fugerat ad ciuitates Licaoniæ, Lyſtras & Derben: & poſtea per partes narrauit primo quod factum eſt in Lyſtris, modo quod in Derben.

*nobis

*e Vt permanerent.* Ra. Contra multas tribulationes: quia multitudo tribulationum fidei poſcit perſeuerantiam.

*f Quoniam per mul.tri.* Ra. Labor premittitur, de hinc regni introitus prædicatur, quia ſpes præmij ſolatium eſt laboris. Ra. Quamuis tribulationum difficilis ſit uia, appetendum eſt tamen regnum cęlorũ, quo itur ad uitam. Hanc exhortationem ſic concludunt, quaſi incertum habentes, utrum ad eos amplius ſint reuerſuri. Et hoc eſt: *Cum conſtituiſſent.* i. ordinaſſent pro ſe, qui erãt migraturi. Illo autem tempore eiuſdem nominis erant epiſcopi & presbyteri.

† 1. Corin. 11. c

*Seditione*

## NIC. DE LYRA.

E ❡ a Et dicentes: Viri quid hæc fa *i. facere uultis: quod eſt blaſphematorium diuinæ maieſtatis.*

b Et nos mor. ſu. *& non dij.*

*denuo

c Annunciam. uo. ab his ua. con. *ſupple recedere. quæ dicuntur uana, quia nulla ueritas aut utilitas eſt in idololatria, ſed magis damnabilitas maxima.*

d Conuerti ad Deum ui. *i. qui eſt ipſa uita per eſſentiam. Et dicitur hoc ad diſtinctionem eorum, qui ſunt mortui & erronee putantur dij, ut Iupiter, Mercurius & huiuſmodi.*

†1. q. 3. c. ſaluator in prin. † ſuffragijs delegiſſet.

e Qui fe. cæ. & ter. &c. *creando de nihilo ſua potentia infinita.*

f Qui in præte. g. *uſque ad publicationem euangelij.*

g Dimiſit omnes Gen. *i. Gentiles.*

h Ingredi uias ſuas. *i. agere ſecundum libertatem arbitrij: quia non dedit eis legem reſtringentem & prophetas ſicut dedit Iudæis.*

i Et quidem non ſine teſti. ſe. reli. *ſ. oſtendere ſe eſſe uerum Deum omnium gentium ſed oſtendit hoc teſtificans per multiplicem effectum. Ideo ſubditur.*

k Benefa. de cælo. &c *Vnde & philoſophi naturali ratione ex effectibus multipliciter probauerunt vnitatem Dei ut patet. xij. Metaph. & in pluribus alijs locis.*

l Vix ſeda. tur. *propter pronitatem earum ad idololatriam.*

m Superuenerunt. *Hic conſequenter ponitur contra Paulum perſecutio, cum dicitur:* Superuene. au. quidam ab An. *quæ eſt in regione Perſide, vel Pſidiæ ſecundum aliam literam.*

n Et Iconio. *vbi prædicauerat Paulus ut patet in huius capituli principio.*

o Et perſuaſis tur. *Quæ de facili ad malum mouentur.*

p Lapidantes Pau. trax. ex. ci. *tanquam uile cadauer indignum ſepultura, ſed ab auibus & beſtijs deuorandum.*

q Circundantibus au. eum diſ. *ne perciperetur adhuc uiuus a Iudæis.*

---

a clamantes & dicentes: Viri quid hæc fa-

b citis? & nos † mortales ſumus ſimiles

a Mortalibus. ❡Non dij.

c uobis homines, annunciãtes uobis ab

a ❡Ioue, Mercurio, & cæteris dijs. b ❡Quia auerſi eſtis. c ❡Non mortalem ut nos & dij ueſtri.

d e his uanis conuerti ad Deum uiuũ, † q

a ❡Nomine cæli, terræ, maris omnes creaturas comprehendit.

fecit cęlum & terrã, mare & omnia quę

f in eis ſunt, q in pręteritis generationi-

a ❡Liberi arbitrij. b ❡Non uiam propter errorum diuerſitatem.

g h bus dimiſit omnes gentes ingredi uiãs

a ❡Non Dei. b ❡Sed creaturis & beneficia ſe Deum teſtatus eſt.

i ſuãs. Et quidem non ſine teſtimonio ſe

a ❡Non ex toto reliquit, ſed benefaciens &c.

K metipſum reliquit benefaciens de cęlo

a * dãs pluuias & tempora fructifera, im

a ❡Ventri & voluptati carnis ſatisfaciens.

plens cibo & lætitia corda † eorum. Et

❡Ad oſtenſionem infirmitatis ſuæ.

l hæc dicentes uix ſedauerunt turbas, ne

b m ſibi immolarent. Superuenerunt autẽ

n quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi:

❡In occiſionem Pauli.

o p † & perſuaſis turbis, lapidanteſq; Pau-

a ❡Vt abominabilem.

c lum traxerunt extra ciuitatem, æſtimã-

a ❡Ne uideretur a Iudæis & ſic eum defendere uolebant.

q tes mortuum eſſe. Circũdantibus au-

d r tem eum diſcipulis, ſurgens intrauit ci-

s uitatem: & poſtera die profectus eſt

t cum Barnaba in Derben. Cumq; euan

❡Verbum Dei.

gelizaſſent ciuitati illi, & docuiſſẽt mul

a ❡Quia non omnes recipiebant. b ❡Per eadem veſtigia per quæ venerant.

u tõs, reuerſi ſunt Lyſtram & Iconium

a ❡Non fidem deſtruentes, ſed confirmantes fundatam.

x y & Antiochiam, *cõfirmantes animas

a ❡Exorantes pro eis dominum: vel ipſos diſcipulos exhortantes vt permanerent.

e diſcipulorum, exhortanteſq;, ut perma

f z nerent in fide: † & quoniam per multas

tribulationes oportet nos intrare in re-

a gnum Dei. Et cum † conſtituiſſent illis

b per ſingulas eccleſias preſbyteros, &

a ❡Cum diſcipulis ieiunantibus. vnde & manifeſtum eſt & ipſos ieiunaſſe.

c oraſſent cum ieiunationibus, commen

a ❡Oratione, vt fortiores eſſent. ❡Diſcipuli.

dauerũt eos Domino in quem credide

a ❡Regionem in qua erat alia Antiochia.

runt. Tranſeunteſq; Pſidiam venerunt

a ❡Regionem in qua erat ciuitas Pergen.

d in Pamphyliam: & loquentes Domini

e uerbũ in Pergen, deſcenderunt in Atha

a ❡Ciuitatem vt plures dicunt. b ❡Illam priorem ex qua exierant, ſegregati a ſpiritu in opus euangelij.

f liam, & inde nauigauerunt Antiochiã:

a ❡A fratribus. b ❡Spiritu ſancto dicẽti: Separate mihi Paulũ &c.

g h unde erant traditi gratiæ Dei in opus

❡Antiochiam.

i quod compleuerũt. Cum autem ueniſ

a ❡Aſſignauerunt fructum ſui laboris.

K ſent & congregaſſent eccleſiam, retule-

a ❡In doctrina & ſignis. b ❡Cooperatus eſt obedientię illorum.

l runt quãta feciſſet Deus cum illis, quia

a ❡Chriſtum vel fidem, quæ eſt omnium.

m aperuiſſet Gentibus oſtium fidei. Mo-

rati ſunt autem tempus non modi-

a ❡In Antiochia.

cum cum diſcipulis.

---

G r Surgens intra. ci. *ſ. Lyſtram a Deo curatus. quod patet ex eo, quod ſubditur.*

s Et poſtera die &c. *Non enim uirtute naturæ poſt dictam lapidationem poſſet ita tranſire in aliam ciuitatem.*

t Cumque euang. *Hic conſequenter deſcribitur apoſtolorum regreſſus ad confirmandum illos, qui crediderant in Chriſtũ. Et patet litera vſque ibi.*

†Pſal. 113 a. inf. 17.

x Et Antio. *quæ eſt in regione Pſidiæ.*

y Confirmantes animas diſ. *in moribus & fide, dicentes.*

z Et quoniam per multas tri. &c. *q. d. non debent vos retrahere perſecutiones et mala temporalia, ſine quibus non habentur bona cæleſtia & æterna, quæ temporalibus bonis ſunt incomparabiliter meliora.*

a Et cum conſti. il. per ſin. ec. præſ. *& nomine præsbyterorum hic intelliguntur etiam alij eccleſiæ miniſtri, ut epiſcopi, diaconi, & huiuſmodi.*

†noſtra

b Et oraſſent cum ie. *quia per ieiunium caro refrenatur, & per orationem mens in Deum eleuatur.*

c Commendauerunt eos do. *ſine cuius cuſtodia ſpeciali non poſſent perſeuerare in bono. Pſal. cxxvi. a. Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem &c.*

d Et loquentes do. uerbum in Per. *quę eſt ciuitas in regione Pamphyliæ.*

e Deſcenderunt Atha. *ſecundum aliquos eſt nomen ciuitatis, ſecundum alios uero regionis.*

f Et inde naui Antio. *quæ eſt in Syria et ab Antiocho magno nominata.*

g Vnde erant tra. gratiæ Dei. *ut dictum eſt ſupra in principio præce. ca.*

h In opus. *prædicationis euangelij.*

H i Quod compleuerunt. *id eſt fideliter ſunt executi.*

k Retulerunt quanta feciſſet Deus cum illis. *in doctrina & miraculis.*

l Et quia aperuiſſet Gentibus oſtium fidei. *vocans per gratiam ſuam, ſine qua non ſufficeret doctrina & miracula. Nam audientium eandem prædicationem, & videntium idem miraculum, unus credit, alter non. Ideo dicit Saluator: Nemo poteſt uenire ad me, niſi pater, qui miſit me traxerit eum. Et Ioh. xv. a. dicit apoſtolis: Sine me nihil poteſtis facere.*

Ioan. 6. a

m Morati ſunt autem ad tempus non modicum cum diſcipulis. *Confirmando eos in fide, vita & doctrina pariter.*

## MORALITER.

❋ hoc docentur principes & prælati & quicunque in dignitatibus conſtituti, ut non permittant ſibi honores exceſſiuos exhiberi, ne puniantur a Deo, ſicut fuit Herodes, prout habetur ſup. xij. ca.

*m Superuenerunt autem qui. ab Antiochia &c.* Sequitur.

*s Et poſtera die profectus eſt cum Barnaba in Derben.* fugiendo propter perſecutionem perſonalem, ut alibi perficerent per ſuam prædicationem, in hoc dantes exemplum in caſibus conſimilibus alijs eccleſiæ prædicatoribus.

*v Reuerſi ſunt Lyſtam & Iconium & Antiochiam confirmantes animas &c.* Per hoc dantes formam prædicatoribus eccleſiæ, vt ſint ſoliciti non ſolum de peccatorum conuerſione a malis, ſed etiam de eorum confirmatione in bonis. ſicut bonus hortulanus poſt arboris plantationem ſolicitus eſt eam rigare quouſque bene firmauerit radicem.



*a Seditione non.* A Paulo & Barnaba, A contra illos, qui hæc dicebant.

*b Statue.* Ra. ſ. hi, qui deſcenderãt de Iudea, & fratres, quos docebant circuncidi, & etiam ipſi Apoſtoli.

*c Vt aſ.* Be. de hac aſcenſione ſua Paulus ſcribit ad Galathas: Deinde poſt annos. xiiij. aſcẽdi Ieroſolymam cũ Barnaba aſſumpto & Tito: & cõtuli cũ eis euãgeliũ, qd pdico in Gentibus. vbi numerus annorũ, quẽ potuit, recenſendus eſt. Petrus & Paulus poſt paſſionẽ Dñi anno. xxx. i. vltimo Neronis paſſi ſunt martyriũ. Petrus Romę xxv annis in cathedra epali ſedit. Sed. xxv &. xiiij. trigintanouẽ faciũt, ergo & Petrus eodẽ. xiiij. anno poſt paſſionẽ Dñi, quo cũ Ieroſolymis alloqt Paulus. i. quarto Claudij Cęſaris, Romam veniſſe creditur: ſimulque hac expoſitione Paulũ eodem anno, quo Dominus paſſus eſt & reſurrexit, ad fidem veniſſe probatur.

*d Quia o.* Hoc errore decepti Galathæ: circuncifionem, legiſque obſeruantias cum gratia baptiſmi miſcebant.

*e Conueneruntq; apo.* Ra. Hic datur exemplum faciendi conuentus, ad diſcernenda ea, quæ fidei ſunt neceſſaria.

*f Per os me.* Ra. Nõ alterius ex apl'is. q. d. q primus pdicaui Gẽtibus primus ab eis iugũ legis excutiã nã Eunucho nullus apl'orum prædicauit: ſed Philippus diaconus, & gratuito impletus eſt dono.

*g Fide p.* Be. Nõ ergo circuncifione carnis illos mũdari opus eſt, quorũ tãta fides corda purificat, vt etiã an baptiſma ſpũm accipere mereãt. Sed p grãm Xpi credim' ſaluari ſicut & illi. Si ergo illi. i. pres portare iugũ legis nõ valẽtes, p gra

B tiã ſaluãdos ſe crediderunt. tũc hęc grã antiquos iuſtos viuere fecit ex fide. & iõ ſacrã, etſi tpibus diuerſa, ad vnitatẽ tñ eiuſdem fidei cõcorditer concurrebãt.

*h Quid t. D.* Be. Conſtat multipliciter intelligẽdũ qđ dictũ eſt: Nõ tẽtabis Dñm Deũ tuũ. Ille ergo tẽtat, q aliter q̃ ipſe pcipit facere, laborat. Qui pcepta ei' ſine grã ſe poſſe ſeruare cõfidit. Sed Petrus graue iugũ legis a ceruice diſcipl'orũ tollere qrit, vt iponat ſuaue iugũ libertatis.

*i Neq; n. n.* Ra. Vel, nõ potuimus p intolerabili grauitate, ſed per gratiam Dei, & non per circunciſionem nos circunciſi etiam credimus ſaluari.

*Tacuit*

## NIC. DE LYRA. CAP. XV.

Et quid. deſcen. &c. *Deſcripta Pauli & Barnabæ pdicatione, hic conſequenter ponitur determinatio cuiuſdã queſtionis ſubortæ. ſ. de legaliũ obſeruatione, quã quidã credẽtes de Iudaiſmo dicebãt eſſe neceſſariã ad ſalutẽ, et Gẽtilib. cõuerſis. Paulus aũt & Barnabas aſſerebãt cõtrariũ, qa p legẽ nouã Iudæi ſunt abſoluti a debito obſeruãdæ legis, Gẽtiles uero nunq̃ fuerũt ad eã obligati: quia nõ fuit eis data, niſi q̃tum ad moralia, q̃ ſunt de dictamine legis naturæ, q̃ oẽs obligant ſicut plenius declaratur in epiſtolis Pauli ad Ro. & Gal, & in pluribus alijs locis. Primo igitur p determinatione huius dubij ad apoſtolos in Ieruſalẽ recurritur. ſecundo hoc dubium ſoluitur, ibi: Surrexerunt. Circa primum dicitur* Et quidam conuerſi. *de ſecta Phariſæorum,*

b Deſcendentes de Iudęa. *quæ eſt in altiori ſitu quàm ſit Antiochia.*

c Docebant fra. *de Gentilitate conuerſos,*

d Quia niſi cir. *Et per conſequens ſeruetis omnia legalia: quia circũciſio eſt quædam proteſtatio & obligatio vniuerſæ legis ſeruandæ, vt dicitur Gal. v.*

e Facta e. ſe. &c. P. & B. *Quia aſſerebãt cõtrariũ. nã hoc dicere erat euacuare euangelium.*

Statue-

---

## CAP. XV.

❡De Iudæis: Chriſtiani quidem, ſed adhuc Iudaizãtes

a b ET quidam deſcen

a ❡Ad literam, ſecundum ſitum loci vel paruitatem ſenſus.

c dẽtes de Iudęa dõ

a ❡Ad literam. ❡Vera confeſſione. ❡De Gentibus credentes.

d cebant fratres: † quia niſi circunci

damini ſcđm morẽ Moyſi, non

a ❡Non ſufficit ſola ſpiritalis circunciſio & fides Chriſti.

e pòteſtis † ſalui fieri. Facta autem

❡A Iudæis. a ❡Contra Paulum.

a ſeditione * non minima Paulo &

a ❡Contra Barnabam.

b f Barnabæ aduerſus illos, ſtatue-

a ❡Situ loci, vel altitudine ſenſus.

c runt ut aſcenderent Paulus &

❡Ex utriſque diſſentientibus.

Barnabas & quidam alij ex † alijs

a ❡Ætate vel gradu.

ad apoſtolos & præsbyteros in

a ❡Vtrum credendum eſſet de Gentibus.

Ieruſalem ſuper hac queſtiõne. Il

❡Qui ſtatuerunt ut aſcenderent. a ❡In principium itineris. b ❡Antiochię, quam dixit eſſe congregatam.

li ergo deducti ab eccleſia pertranſibant Phœnicem & Samariam, narrantes conuerſationem

a ❡Charitas congaudet veritati.

Gentium, & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus. Cũ autem ueniſſent Ieroſolymam, ſuſcepti ſunt ab eccleſia & ab apoſtolis & ſenioribus, annunciantes quanta Deus feciſſet cum illis.

a ❡Corpore vel incontinentia animi.

g Surrexerunt autem quidam de

a ❡Quia prius Phariſæi, modo in Chriſtum credebãt. b ❡In Chriſtum.

h † hęreſi Phariſęorum, qui credide

d i runt, dicentes: Quia oportet cir-

a ❡Oportet nos o iudices. ❡Gentiles credentes.

cuncidi eõs: pręcipue quoq; ſerua

a ❡Ad videndum vtriuſque partis ſententiam poſt eorum annunciationem.

e re legem Moyſi. Cõueneruntq;

apoſtoli & ſeniores Iudææ † de

a ❡Vtriuſque partis queſtio inter iudices.

uerbo hoc. Cum autem magna

a ❡Surgere frequenter dicitur, & præ omnibus quaſi princeps loquitur

K † conquiſitio fieret, ſurgens Pe-

❡Ex quo Cornelius baptizatus eſt.

l trus dixit: Viri fratres, uos ſcitis,

m n quoniã ab antiquis diebus Deus

f in nobis elegit per os meum audire Gentes uerbum euangelij &

a ❡Veram fidem eorum.

o credere. Et qui nouit cordaDeus,

a Sine eius teſtimonio non auderem.

p q teſtimonium perhibuit, dãs illis

❡Linguis loqui.

ſpiritum ſanctum ſicut & nobis:

a ❡Quia eundem ſpiritum dedit & eadem dona. b ❡Circũciſos.

r s & nihil diſcreuit inter nos & il-

a ❡Incircunciſos. b ❡Non circunciſione. c ❡Per ſpiritum.

g t u lõs, fidẽ purificãns corda eorum.

a ❡Quia teſtimonium perhibuit. b ❡Quaſi teſtimonio non credentes. c ❡Non nos. ❡Qui dedit ſpiritum incircunciſis.

h x Nunc ergõ quid tentatis Deum

a ❡Grauitatem circunciſionis & legis.

imponere iugum ſuper cerui-

a ❡Robur fidei credentium.

i y cẽs diſcipulorum, quod nequę

---

C f Statuerunt &c. *patet litera.*

g Surrexerunt. *Hic cõſequenter ponitur ſolutio dubitatiõis et diuiditur in tres partes, quia primo pro vtraque parte ſit allegatio. ſecundo veritatis determinatio, ibi: Et poſtq̃ ta. tertio veritatis determinatæ publicatio, ibi: Tũc placuit. Circa primũ primo allegatur pro parte affirmatiua cũ dicitur:* Surrex. &c. de hæ. *ſecta.*

Diuiſio

h Phariſæorum. *Erant enim tunc apud Iudæos tres ſectæ. Vna Saducæorum, qui negabãt reſurrectionem & ſpiritum & angelum. Altera Phariſæorum, qui utrumque confitebantur. Tertia uero Eſſenorum, qui confitebãtur reſurrectionem, ſpiritum & angelũ, ſicut Phariſæi, ſed uiuebant religioſius habentes omnia in communi ut dicit Ioſephus.*

Tres Iudæorum ſectæ.

Antiq. lib. 18. c. 2.

i Dicentes quia. *Et patet litera uſque ibi:*

k Sur. P. *ubi allegatur p parte altera, cũ dicitur.*

l Viri fra. uos. *quia factum fuit notorium.*

m Quoniam ab a. *i. ſatis prope tempus miſſionis ſpiritusſancti in die Pentecoſtes in ſigno uiſibili, ut habetur. ij. ca.*

†il

n Deus in nobis. *q. d. non iui ad prædicandũ Cornelio & alijs Gentilibus exiſtentibus cum eo propria uoluntate, ſed ex diuina miſſione, ut patet ſupra. x. c.*

o Et qui no. cor. de. *Homo enim uidet ea, quæ patent, Deus autem intuetur cor.*

1. Re. 16. b

p Teſtimonium perhibuit. *quòd erant iuſtificati, licet eſſent incircunciſi.*

q Dans illis ſpi. *in ſigno ſenſibili. ſcilicet in dono linguarum.*

r Et ni. diſ. inter nos. *circunciſos.*

s Et illos. *incircunciſos.*

t Fide. *Ieſu Chriſti.*

u Purificans corda eo. *Et non ſcđm circunciſionem carnis & obſeruationem legalium. & ex hoc concludit propoſitum di.*

D x Nunc er. quid ten. Deum. *Vt enim dicitur in glo. ille Deum tentat, qui aliter quam ipſe præcepit, facere laborat. Sic faciebant illi, qui dicebant legem euangelicam ſine obſeruatione legalium non ſufficere ad ſalutem.*

y Quod ne. nos ne. pa no. *Hoc dicitur de iudicialibus præceptis & ceremonialibus propter iudicialium ſeueritatem & ceremonialiũ multitudinem. Moralia uero præcepta, quæ ſũt de dictamine legis naturalis, obſeruabilia ſunt & remanẽt in lege noua. Sciendũ tamen q iudicialia & ceremonialia non fuerit ſimpliciter inobſeruabilia. Vnde dicit Hierony. in expoſitione fidei catholicæ. Anathema ſit, qui dicit Deum aliquid impoſſibile præcepiſſe. Sed dicũtur inobſeruabilia, quia de difficili obſeruabilia, ſicut dicitur aliquid intranſibile, quod eſt de difficili tranſibile. v. methaphiſicæ.*

† ut diſpicerent de hoc negotio. † diſceptatio

❡ Sed per

## MORALITER.

*a Et quidam deſ. de Iu. do. fra. quia niſi cir. ſe. mo. Moyſi. non po. ſal. &c.* Per iſtos, qui nimis Iudaizantes circunciſionem & aliorum obſeruantiam volebant imponere, quaſi neceſſariam ſuper conuerſos de Gẽtilitate ad fidem Chriſti, ſignificãtur illi, qui ſuper populum catholicum ſtatuta nimis grauia ponunt, & ſic libertatem Chriſtianæ religionis in ſeruitutem nimis onerofam conuertunt, de quibus dicis Aug. ad inquiſitiones Ianuarij: Ipſam religionem noſtram, quam in pauciſſimis & in manifeſtiſſimis celebrationum ſacramentis Dei miſericordia voluit eſſe liberam, ſeruilibus præmunt oneribus, adeo ut tolerabilior ſit conditio Iudæorum, qui legalibus ſacramentis, & non humanis præſumptionibus ſubiiciuntur. Et ſicut beatus Petrus & apoſtoli appoſuerunt conueniens remedium, ut patet in ſequentibus huius ca. ſic ſummus pontifex cum ſuo collegio remedium adhibere debet non ſolum in ſtatutis prælatorum inferiorum, ſed etiam in ſuis, ſi nimis grauia videantur. Pro cæteris huius capituli ſufficit expoſitio literalis.

Li. epi. epi. 115. c. 19.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Tacuit autem omnis mul.* Notandus ordo loquendi vel loquentium, quia ſingulis loquentibus tacent primum Petro.
b *Reuertar & rex.* Myſtice: reuertar ad Gentes, quas prius dixerat ingredi vias ſuas. cui ſenſui firmando Iacobus teſtimoniũ intulit. Hoc aperte teſtimoniũ cõcordat verbis Simonis.

c *Tabernaculum Da.* Ra. Vmbra legis, quæ traditionibus Phariſæorum corrupta, Domino reuelante, ideſt Dño in carne apparente per gratiam eſt erecta, ut non tantum Iudęi, ſed etiam Gentes nomen eius requirant.
d *Super quas in.* Ra. ſecundum illud: Inuocabant ſacerdotes ſuper Iſrael. Et inuocabitis nomẽ meum ſuper filios Iſrael. Et alibi, Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, &c.
e *Inuocatum eſt.* pro futuro more prophetico.
f *Quod ego iudico.* Rab. Recte iudicandum erat, quod trium teſtimonio firmatur, duorum apoſtolorum & prophetarum.
g *Et ſuffocatis.* Be. Suffocatum eſt morticinum, de quo Ezechiel dicit: Omne morticinum & captum a beſtia de auibus & pecoribus ſacerdotes non comedant. Hoc preceptum conuenit ſeruare illis, qui uncti ſunt oleo ſpirituali, ne comedãt illud, cuius ſanguis non eſt effuſus, quod epiſtola apoſtolorum ſeruandum decreuit. *Et ſuf. & ſan.* Be. i. a fundendo ſanguinem, uel manducando cum ſanguine. Hæc quidem uenientibus de Gentilitate pro rudimentis fidei & inueterata Gentilitatis conſuetudine conceſſa ſunt, ſed ne putarentur eadem & perfectioribus ſufficere, uigilanter adiunxit: Moyſes, &c.
h *Et ſanguine.* Rab. Effuſione humani ſanguinis, & quæ non vult ſibi fieri, alteri ne faciat. Hoc eſt præceptum dilectionis proximi, quod eſt inferius. Alterum eſt ſuperius: Omnia quæcũque vultis ut faciant uobis homines, ita & uos illis facite. Per unum malicia compeſcitur, per aliud benignitas propagatur. Quaſi uerò adhuc rudib. ſuperius non imponitur, ſed ut caſti ſint & abſtineant, &c. Et ſequitur.
i *Moyſes enim a tem.* Be i. Etſi præceptorum accerbitate nõ grauent a nobis, procedente tñ tempore dum frequẽtius ad lectionem legis & prophetarum conuenerint paulatim vitæ inſtituta & ſeruandæ inuicem dilectionis iura ſuſcipient. Primitiuam enim eccleſiam adhuc iudaizantem hic ſabbatis celebraſſe conſtat.
k *Tunc pla. a* Ra. Dicẽte Petro narrantibus Barnaba & Paulo, iudicante Iacobo Ieroſolymorum epiſcopo, merito placuit ſententia.
l *Plac. mi. Ap.* Rab. Miſſi a Chriſto legati ſuos poſſunt mittere legatos.

*Apoſtoli.*

¶Quia non potuimus per legem omnia implere, vel omnia quę erant in lege obſeruare.
nos, neque patres noſtri portare
a ¶Gratuitum donum Dei ſine operibus legis.
potuimus? Sed per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſal-
¶Gentiles credant.
uari, quemadmodum & illi. Tacuit autem omnis multitudo, & audiebant Barnabam & Paulum narrantes quanta Deus feciſſet ſigna & pro-
a ¶Quia preputium uirtutis non impedit.
digia in Gentibus per eos. Et poſtquam tacuerunt, reſpondit Iacobus, dicens: Viri fratres audite me: Simon narrauit, quemadmodum
a ¶Quia infime.
primum Deus uiſitauit ſumere ex
a ¶Vt uocetur populus Dei.
Gentibus populum nomini ſuo: &
a ¶Simoni. b ¶Agentia de ſalute Gentium.
huic concordant uerba prophetarũ
a ¶In prophetis. b ¶Quia iratus & auerſus erat. c ¶Hiſtoriæ, poſt tranſmigrationem.
ſicut ſcriptum eſt: † Poſthæc reuer-
a ¶Reſtaurabo ¶In pphetis. b ¶Ieruſalẽ ciuitatẽ David. ¶Eccleſiã q̃ eſt in manu fortis, q̃ cecidit in valle Gentilitatis.
tar, & reædificabo tabernaculum David, quod decidit, & diruta eius reædificabo, & erigam illud, ut re-
a ¶Illi qui ex Gentibus. b ¶Præter Iſraelẽ, præter Iudęos Chriſto credentes. c ¶Qui beneficit Iſraeli ſe confitentes.
quirant cęteri hominum Dominũ,
¶Id eſt. a ¶A ſacerdotibus in baptiſmo.
& omnes Gentes ſuper quas inuocatum eſt nomen meum, dicit Do-
a ¶Complens quę prophetata erant. b ¶Preſciuit ab æterno quod facturus erat in Gentibus.
minus faciens hæc. Notum a ſeculo eſt Domino opus ſuum. Propter
a ¶Cõcordãs Petro. b ¶Quod Dñs ędificat hõ nõ inquietet.
quod ego iudico non † inquietari eos, qui ex Gentibus conuertuntur
a ¶Iudico. b ¶Hęc ſit eorum circuncifio.
ad Deum, ſed ſcribere ad eos, ut ab-
¶Cultibus.
ſtineant ſe a contaminationibus ſi-
a ¶Vt caſti ſint.
mulacrorum, & fornicatione, &
a ¶Ne infirmiores ſe ſuffocent. ¶Carnibus, ne comedant.
b ¶Ne bibant. c ¶Ideo iudico ſcribere, q̃ ſcriptura Moyſi, qua mandatur circuncifio, per omnia ſabbata legitur. ſic etiam ſerenda eſt ſententia ſcripturę ne ſit dubia.
ſuffocatis & ſanguine. Moyſes enim a temporibus antiquis habet in ſingulis ciuitatibus, qui eum prædicent in ſynagogis, vbi per omne ſab-
a ¶Commendare legatis & fidelibus idoneis teſtibus.
batum legitur. Tunc placuit apo-

† obturbiãdum eſſe illis.

g Viri fratres. *fide, licet non carne.*
h Audite me. *ideſt in quaſtionis determinatione.*
i Simon nar. *& patet ex dictis litera.*
k Et huic. *ſcilicet dicto eius.*
l Concor. uer. pro. *de Gentium vocatione loquẽtiũ. Inducit tamen in ſpãli vnã autoritatẽ ad ppoſitũ, cũ dicitur.*
m Sicut ſcri. eſt. *Amos ix. quæ ſicut ibidẽ dictum fuit, intelligitur ad literam de rędificatione eccleſiæ per vnionem Iudæorum & Gentium in vna fide Chriſti. Et ad intellectum huius autoritatis, quæ allegatur hic ſecundum tranſlationem. Lxx. aliqua breuiter repetenda ſunt, quæ dicta fuerũt Amos. ix. c. Primum q; Chriſtus nominatur David in ſcriptura veteri, Oſee. iij. Poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, & David regem ſuum. vbi trãſlatio Chaldaica apud Hebræos autenticos ſic habet: Poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent cultum Dei ſui, & obedient Meſſiæ filio David regi ſuo. Et ſimiliter Iere. xxx. b. Seruient Domino Deo ſuo, & David regi ſuo, vbi tranſlatio Chaldaica ſic habet: Colent coram Domino ſuo, & obedient Meſſiæ filio David. Secundum eſt, q; una eſt eccleſia, quæ incæpit a primo Abel iuſto, vſq; ad vltimum electum, qui in fine mundi eſt naſciturus, vt dicit beatus Grego. Tertium eſt, q; iſta eccleſia uocatur tabernaculũ Dei, ſiue Chriſti, Iſa. iiij. b. Et tabernaculum in vmbra diei. &c. & Apoca. xxi. a. Ecce tabernaculum Dei cũ hominibus. His præmiſſis exponatur litera cũ dicitur in pſona Dei.*
n Poſt hæc. *ideſt poſt curſum veteris Te.*
o Reuertar. *ad genus humanum naturam humanam aſſumendo.*
p Et reæ. ta. Da. *i. eccleſiam Dei ſiue Chriſti per prædicationem Chriſti & apoſtolorũ.*
q Quod deci. *per multa peccata, & maxime per idololatriam.*
r Et diru. eius reæd. *quia Gentiles erant diuiſi per idololatriam multiplicem, aliquibus colentibus Iouem, & alijs Dianam, & ſic de alijs dijs Gentium. Similiter & Iudæi erant diuiſi, et diuiſi per varios errores: Nã aliqui negabant reſurrectionem, ſpiritũ & angelum, vt dictum eſt ſupra, & aliqui irrita faciebant mandata Dei propter traditiones ſuas, quod eſt ualde erroneum: quæ omnia ſunt amota per prædicationem Chriſti & apoſtolorum.*
s Et erigã illud. *per magna & multa miracula ad exaltationem fidei catholicæ facta.*
t Vt requirant cæ. ho. *ad eſt Gentiles.*
u Dominum. *quod patet per orbem impletum.*
x Notum a ſe. eſt Domino. *id eſt ab æterno eſt ſibi notum.*
y Opus ſuum. *quod diſpoſuit operari in tempore de vocatione Gentium.*
z Propter quod ego iu. non. *i. dicendo, q; oporteat eos circũcidi, & legalia obſeruare.*
a Sed ſcri. ad eos. *propter vnitatem ſocietatis eorum & Iudæorum.*
b Vt abſti. ſe a con. *i. a commeſtione de idolothitis: quia per hoc de facili poſſent Iudæi ſuſpicari, q; Gentiles vellent ad idololatriam reuerti, ſi comederent de illis.*
c Et fornicatione. *quam Gentiles communiter credebant eſſe licitam: propter quod neceſſarium fuit eam prohibere.*
d Et ſuf. & ſan. *Hunc enim cibum conuerſi de Iudaiſmo abhorrebant: & ideo licet eſſet cibus licitus, tamen propter amicabilem ſocietatem ſcriptum fuit Gentilibus, ut abſtinerent a talibus ſicut frequenter contingit q; aliquis abſtinet a cibo, quem ſcit abominabilem ſocio ſuo. Procedente autem tempore ceſſante cauſa ceſſauit effectus, manifeſtata euãgelicæ doctrinæ veritate: quo Saluator dixit, q; nihil quod per os intrat, coinquinat hominem: & q; nihil eſt reijciendum, quod cum gratiarum actione recipitur, ut dicitur, 1. Tim. iiij.*
e Moyſes. *ideſt ſcriptura Moyſi habet.*
f A tem. an. *Illo enim tempore euangelio nondum publicato poterãt Iudæi obſeruare legalia, ſicut frequẽter dictum eſt ſupra in epiſtolis Pauli.*
g Tũc p. *Hic cõſequẽter ponitur veritatis determinatę publicatio cũ d.*
Tunc pla. ap. *Iſta ſic explicantur ad oſtendendum q; hæc determinatio*

## NIC. DE LYRA.

¶ a Sed per gratiam do. no. Ieſu Chriſti cre. ſal. *& non per opera legis.*
b Quemadmodũ & illi. *ſ. patres veteris Teſtamenti. Vnde de Abraham dicitur antequam eſſet circuncifus, credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſticiã. Ex quo patet, q; non fuerat iuſtificatus ex circunciſione, ſed ex fide circunciſionem præcedente; ſecundum quod dedicit Apoſtolus.*
c Tacuit autem omnis multitudo. *conſentiens Petro.*
d Et audiebant Barnabam & Paulum narrantes quanta. *ubi ponitur aliud argumentum pro parte iſta: Niſi Deus conuerſionem Gentium incircunciſarum approbaſſet, ſigna & prodigia in eis per apoſtolos non feciſſet.*
e Et poſtq̃. *Hic conſequẽter ponitur veritatis determinatio, cũ dicitur.*
f Reſpondit Iacobus. *Erat. n. epiſcopus Ieroſolymitanus, & ideo licet Petrus eſſet principalis inter apoſtolos, tamen detulit ei in ſua dioceſi, ut determinationem dubij proferret dicens.*

Viri

¶ *erat ab*



a *Apoſtoli & ſe.* Apoſtolorum communis titulus pręponitur ne aliqua diſſenſionis relinquatur occaſio.
b *Fratribus ex Gen.* Ra. Primum ſtili beneficium eſt, q; apoſtoli Gentiles uocant fratres, ideſt vnius Dei filios.
c *Salutem.* Eclypſis eſt. Vel latitudine charitatis omne uerbũ anguſtius eſt, & ideo nullum verbum ponitur, ut omnia ſimul bona eis velle intelligantur.
d *Euertentes animas.* Be. In Grę co: Euertentes animas ueſtras dicentes, circuncidi oportet & obſeruare legem, quibus non mandauimus.
e *Viſum eſt.* id eſt placuit.
f *Spirituiſancto.* Qui arbiter ſuę poteſtatis vbi vult ſpirat & quæ uult loquitur.
g *Spirituiſancto.* Rab. Et nobis humano quidem ſenſu, ſed ſano.
g *Et no.* Non ſolum uoluntate noſtra, ſed inſtinctu eiuſdem ſpiritus.
h *Quam hæc ne* Ra. Hæc neceſſaria ſunt, ſine quibus non eſt ſalus, ſed circunciſio neceſſaria non eſt: & ea, quę uobis fieri non uultis, ali ne faciatis.
i *Viſum eſt autem Sy.* Rab. Materia eſt futuri ſermonis: ſolus autem Iudas abijt Ieruſalem.
k *Demorabantur An. &c. Poſt aliquot autem.* Beda. His autem diebus impletũ eſt, quod Apoſtolus ait: Cum ueniſſet Cephas Antiochiam, in faciem eius reſtiti.
l *In opus non.* Bed. Quoniam in fronte aciei ſe conſtituens nimis tepide ſteterat, merito Paulus eum abijcit, ne illius quaſi contagione aliorum uires corrumperentur.
m *Diſſenſi.* Non in hoc delinquebant, quia nõ omnis commotio eſt peccatum, ſed irrationabilis, & quæ iuſte nõ fit.

*Aſſum to*

a ¶Preter apoſtolos & ſeniores.
ſtolis & ſenioribus cum omni eccleſia eligere uiros ex † eis, & mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba Iudam, qui cognominabatur Barſa-
a ¶Qui non erant de apoſtolis.
bas, & Sylam uiros primos in fratribus, ſcriben-
a ¶Barnabę & Pauli. ¶Ex Iudæis.
tes per manus eorum*: Apoſtoli & ſeniores fratres his, qui ſunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ fratribus ex Gentibus ſalutem. Quoniam audi-
a ¶De quibus ſupra: Et quidam deſcendentes de Iudęa docebant. b ¶Qui etiam a noſtra diſceſſerunt ſententia.
uimus, quia quidam ex nobis exeuntes turbaue-
a ¶Non recto ſenſu. b ¶A veritate euangelij. c ¶Ideo dictum eſt, exeuntes a nobis. ¶Dicentes quæ non audiuimus.
runt uos uerbis † euertentes animas ueſtras: *qui-
a ¶Nec coacti ſumus hęc ſcribere, ſed decreuimus ex voluntate. b ¶Vt maior ſit autoritas.
bus non mandauimus: placuit nobis collectis † in unum eligere viros, & mittere ad uos cum cha-
a ¶Commendantur, vt credatur eis.
riſſimis noſtris Barnaba & Paulo, hominibus
a ¶In omnem tentationem. b ¶Vitas. c ¶Pro nominis ſui annunciatione.
qui tradiderunt animas ſuas pro nomine Domi-
¶Quia placuit nobis, miſimus. ¶Cum Barnaba & Paulo.
ni noſtri Ieſu Chriſti. Miſimus ergo Iudam & Sy-
a ¶Quę in epiſtola continentur. ¶Quę Barnabas & Paulus.
lam, qui & ipſi uobis uerbis referent eadem. Vi-
a ¶Quibus nihil viſum eſt ſine ſpiritu.
ſum eſt enim ſpirituiſancto & nobis nihil ultra imponere uobis oneris quàm hæc neceſſaria, ut
a ¶Sobrietatem & temperantiam docet talis inſtitutio.
abſtineatis uos ab immolatis ſimulacrorum, &
a ¶Iuſticia eſt a malis abſtinere, & bona agere. ¶Declina a malo & fac bonum. ¶Secundum quod dictum eſt ſupra, placuit apoſtolis & ſenioribus &c.
ſanguine ſuffocato, & fornicatione: a quibus cuſtodientes uos, bene agetis. Valete. Illi igitur dimiſſi deſcenderunt Antiochiam & congrega-
a ¶Barnabas & Paulus. ¶Antiochię fidelibus ex Gentibus.
ta multitudine tradiderunt epiſtolam. Quam
a ¶Quia dictum eſt, uiſum nobis eſt nihil imponere oneris.
cum legiſſent, gauiſi ſunt ſuper conſolatione. Iu-
¶Excepto Paulo & Barnaba. a ¶Doctrina & futurorum denunciatione.
das autem & Sylas cum & ipſi eſſent prophetæ,
a ¶Vt in epiſtola dixerunt: Vobis referent eadem. b ¶Conſolatione illa quam diximus. c ¶In fide euangelij preter legem.
verbo plurimo conſolati ſunt fratres, & confir-
a ¶In Antiochia.
mauerunt. Facto autem ibi aliquanto tempore,
a ¶Iudas & Sylas. ¶Abire permiſſi in Ieruſalem. b ¶Apoſtolos.
dimiſſi ſunt cum pace a fratribus ad † eos, qui miſerant illos. Viſum eſt autem Sylæ ibi remanere: Iudas autem ſolus abijt Ieruſalem. Paulus autem & Barnabas demorabantur Antiochiæ,
a ¶De moribus perfectis. b ¶Chriſtum & regnum cęleſte. c ¶Doctoribus.
docentes & euangelizantes cum alijs pluribus
a ¶Non ſuum.
verbum Domini. Poſt aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus: Reuertentes uiſitemus fratres per uniuerſas ciuitates, in quibus prædi-
a ¶Vtrum firma ſit fides eorum, an non.
cauimus uerbum Domini, quomodo ſe habeãt.
¶In comitatu ſuo.
Barnabas autem † uolebat ſecum aſſumere & Iohannem, qui cognominabatur Marcus. Paulus
a ¶Dicens non debere aſſumi vel ſuſcipi. b ¶Barnabam. c ¶Iohannes a Pamphylia diſcedens reuerſus eſt Ieruſalem.
autẽ † rogabat eum, ut qui † diſceſſiſſet ab eis de
¶Non rudes adhuc grauarent.
Pamphylia, & non iſſet cum eis in opus, nõ debere recipi. Facta eſt autẽ † diſſenſio, ita ut diſcede-

*iubente nos circuncidi & ſeruare legẽ.
† unanimiter
† apoſtolos
-Iudas autem ſolus abijt in Ieruſalem.
† de ſciuiſſet

l Et nobis. *Qui ſcribimus ſecundum eius inſtinctum.*
m Nihil ultra imponere uobis oneris. *legalium obſeruantiarum.*
n Quam hæc neceſſaria. *ad viuendum communiter cum Iudæis in eccleſia primitiua.*
o Vt abſtineatis uos ab immolatis ſimulacro. *rationibus prædictis.*
p Et fornicatione. *quam erronee licitam eſſe putatis: & ideo abſtinendum eſt ab ea, non ſolum propter amicabilem ſocietatem cum Iudæis, ſed propter neceſſitatem ſalutis. Cætera patent uſque ibi.*
q Gauiſi ſunt ſuper conſola. *eo quòd expediti erant a legis onere.*
r Iudas autem & Sylas cum & ipſi eſſent prophetæ. *i. illuminati a Deo prophetiæ dono.*
s Verbo pluri. conſolati ſunt fratres, *referendo ea, quæ erant in epiſtola, ad maiorem affirmationem.*
t Et confirmauerunt. *eos in fide. Cætera patent vſque ibi.*
u Viſum eſt Sylæ ibi remanere. *Tota iſta litera vſque ibi: Paulus autem excluſiue, non eſt in Græco, nec in libris correctis, ſed primo fuit appoſita per modum gloſſæ, eo quòd poſtea ſubditur, quòd Paulus exiſtens in Antiochia accipit Sylam in ſocium: & poſtea inſerta eſt textui per imperitiam ſcriptorum.*
x Docentes & euangelizantes cum aliis pluribus uerbum Domini. *ad pleniorem inſtructionem & confirmationem credentium.*
y Poſt aliquot autem dies. *Superius deſcripta eſt publicatio euangelij per Paulum in ſocietate Barnabæ, hic conſequenter ponitur eadem publicatio per eum in ſocietate Sylæ. Et diuiditur in duas partes quia primo ponitur Pauli & Barnabæ ſeparatio. ſecundo ipſius & Sylæ aſſociatio, ibi: Paulus vero. Circa primum dicitur.*
z Dicit Barnabam ad Paulum. *qui de ſalute hominum erat valde ſolicitus.*
a Reuertentes uiſitemus fratres per uniuerſas ciuita. *Et ſic ſequitur.*
b Quomodo ſe habeant. *vt uideamus ſi firmiter ſtent.*
c Barnabas autem. *in hoc conſentiens.*
d Volebat ſecum aſſumere & Iohannem. *eo quòd ſibi familiaris erat.*
e Paulus autem rogabat eum. *ſ. Barnabam, ut abſtineret a ſocietate Iohannis.*
f Vt qui diſceſſiſſet ab eis de Pamphylia. *vt habetur ſuperius. xiij. ca. Diſceſſerat enim timore periculorũ imminentium, vel amore nimis carnali ad matrem manentẽ in Ieruſalem: vel forte cauſa vtriuſque, propter quod Paulus eum renuebat. Nam illi, qui uadunt ad prædicandum, debent eſſe ualde firmi, & ab amore carnali ſegregati, & maxime quando uadunt inter fideles & perſequutores, ſicut erat in propoſito.*
g Facta eſt autem diſſenſio ita ut diſcede. *Non tamen contraria charitati: quia quilibet eorum reſpiciebat ad bonum, tamen alia & alia motus ratione. & hoc etiam contigit. quia per hoc maior fructus prædicationis factus eſt, eo quòd prædicauerunt in pluribus locis.*

## NIC. DE LYRA.

¶ *erat ab omnibus approbata abſque diſſenſione.*
a Eligere ui. *ut ſic manifeſtaretur determinatio ſcripto uel uerbo.*
b Viros pri. in fratribus. *Quia licet non eſſent apoſtoli, tamen erant de notabilioribus poſt apoſtolos, ut ſic eis magis crederetur, & eorum legatio ſolemnior redderetur.*
c Quoniam audiuimus. *Quia quidam ex nobis exeuntes. a noſtra ſocietate diſcedentes.*
d Turba. u. uerbis. *uolentes uobis imponere importabile onus legis.*
e Euertentes animas ue. *a ueritate euangelij.*
f Quibus non mandauimus. *talia dicere, ſicut ipſi finxerunt. Cætera patent uſque ibi:*
g Qui tra. animas ſuas. *i. expoſuerunt ſe periculo mortis.*
h Pro no. Domini. *i. pro prædicatione nominis Chriſti.*
i Qui & ipſi re. uobis uerbis. *hæc eadem, quæ ſcribimus in epiſtola, ut cum epiſtola, quæ eſt uox mortua, concurrat etiam uox uiua.*
k Viſum eſt enim ſpirituiſancto. *a quo non poteſt egredi niſi uerum & ſanctum.*

Et no-

¶ Et Bar.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Aſſumpto Ma.* Be. Qui affinitate ſibi coniunctus erat leguntur fuiſſe conſobrini. Barnabas a Paulo dimiſſus patriã inſulã repetijt & nihilominus opus euãgelij ſibi iniunctũ exercuit.
b *Electo Si.* Ra. Ad hoc remanere eũ fecit dñs, iuxta illud: Viſũ eſt aũt Sile ibi remanere, vt cooperaretur ſicut Paulo Marc⁹ Barnabę. fuit.n. in hoc diuinũ cõſiliũ.

*quia primo diſcurſus ad confirmandum incipitur ſecundo aſſociatio Timothei interponitur in principio ſeq. ca. tertio diſcurſus ad conuertendũ reſumitur, ibi: Cum autem pertranſiret. Circa primum dicitur:* Pau. ue. ele. Si. *in ſocium pro Barnaba, profectus eſt ad prædicandum.*
c Traditus gratiæ Dei. *id eſt recommendatus.*
d A f. a. *pro eo deuote orantibus.*
e Peram. autem Sy. & Ci. con. *quos ante cum Barnaba inſtituerat.*
f Præcipiens cu. præ. *poſita ca. præc. ad vnionem Gentilium & Iudæorum.*
In cap. xv. vbi dicitur in Poſtil. Et ſuffocatis & ſanguine &c. hunc enim cibum conuerſi de Iudaiſmo abhorrebant.

## ADDITIO.

Carnes animalium ſuffocatorum Hebrei credunt eſſe illicitas ad eſum. & hoc hñt per traditiones Thalmudicas. & ideo per decollationes eas interficiunt. In quo etiam Saraceni eos ſequuntur. vnde non abſtinent a talibus carnibus, quia eas abhorrent, ſed quia eas ęſtimant illicitas.

## NIC. DE LYRA.

a Et Bar. &c. n. Cy. *erat oriundus. vt habetur ſup. iiij. cap. vt confirmaret eos in fide.*
b Paulus uero. *Hic cõſequẽter ponitur prædicatio Pauli cũ Sila. Circa quã primo ponitur multiplex Pauli diſcurſus per orbem ad prædicãdũ. ſcd'o eius recurſus in Ieruſalẽ ad tolerandũ, vt vbi perſecutus fuerat eccleſiã, ibi pro ea ſuſtineret perſecutionem. ſcd'a incipit xix. cap. ibi. His aũt ex. circa medium ca. prima in duas: quia primo ponitur diſcurſus Pauli ad confirmandũ cõuerſos. ſecundo ad conuertendum nondum conuerſos. ſe. ca. ibi: Tranſeuntes autem. Prima adhuc in tres quia*

¶Non vitio commoti, ſed ſpiritu inſtigati ſeparantur, vt pluribus prædicent.
rent ab inuicem. Et Barnabas quidem aſſumpto Marco nauigaret
¶Dimiſſus vel commendatus. b ¶Spiritu ſancto.
Cyprum: † Paulus uero electo Sila profectus eſt, traditus gratiæ Dei a fratribus. Perambulabat autem Sy-
¶Breuiando narrationem non ponit nomina ſingulorum locorum. b ¶Quæ iam fundata erat.
riam & Ciliciam, confirmans eccleſiam præcipiens cuſtodire præcepta apoſtolorum & ſeniorum.

† præcipiẽs cuſtodire præcepta apoſtolorũ & ſeniorũ

## GLOS. ORDIN. CAP. XVI.

Perueni. Sequitur.
a *Vidua f.* Ra. vel Iudęę, & Iudęam eam fuiſſe apparet ex hoc quod ait, patre Gentili.
b *Et cir. e.* Non q̃ figurę legis poſt veritatem euangelij aliqd vtilitatis afferrent. ſed ne p occaſionẽ Gentiũ Iudęi a fide recederẽt, qbus vmbra vetus paulatim tollẽda erat, ſicut Gẽtibus idololatria. Legales vero vmbrę, qa a Dño inſtitutæ interdũ ab apl'is illo tpe ſunt vſurpatę p declinãda Iudæorũ pfidia: Gentilis aũt inſtitutio a ſathana repta, a ſanctis nũq̃ eſt recepta. Ra. Timotheũ circumcidit p ſcãdalo Iudęorũ, ne legẽ Moyſi videret dãnare, ſed eã quaſi non neceſſariã Gẽtibus non imponere. Titũ nõ circũcidit ne occaſionẽ circũcidẽdi acciperẽt Gẽtes ab eo. Et hoc eſt qđ dicit: Sed pp ſubintroductos fratres falſos. &c. Ra. *Prop. Iu.* ne ipſum perſequerentur, vel Timotheum, vel ne offenſi fide alienarentur.
c *Cuſtodire dog. q̃ e.* Ra. Nõ prædicabãt qđ ipſi fecerant, ſed qđ propter voluntatẽ Dei apl'i decreuerãt. Et eſt exemplum recte docendi ẽt qđ nõ feceris. Ra. In figura huius facti feminalibus induebantur ſacerdotes velut feminaturi opus non facturi.
d *Et ec. q̃ i. &c.* Ra. Hoc eſt ſæpe dictis capitulis, quæ narrationibus inſerunt.
e *Vetati ſunt.* Beda. Terribilis Deus in conſilijs ſuper filios hoim. Quidam ſe magiſtrũ ſequi p oĩa pmittit, nec permittitur. alter ſequi iuſſus, ſepelire patrẽ phibetur. Inuitus ac repugnans trahitur Saul⁹. Cornelio pcib⁹ & eleemoſynis inſiſtẽti, velut remunerationis vice via ſalutis oſtẽditur. Et Deus q nouit corda, bñficij gr̃a doctorẽ remouit ab Aſia, ne ſcm̃ daretur canibus, & cor iniquũ de cõtẽpta prædicatione grauius iudicet.
f *Tentabant i. e.* Ra. Permittũt apl'i velle, ſed nõ ire, vt appareat infirmitas humana, q̃ diuino cõſilio ſit ſubdita di. Fiat voluntas tua. Referuntur prouincię a qbus apl'i vetantur, vt alij pdicẽt in eis vt Iohãnes & Philippus in minori Aſia euãgelizauerũt, Lucas in Bithynia & c.
g *Vir Ma.* Angelus illius gẽti aſſimilatus viro Macedoni, pprietate linguæ, vel forma ſpeciali, vel iudicio verbi. *Adiuua.*

e Hunc uo. Pau. ſe. prof. *ad prædicandum verbum Dei.*
f Et. aſ. c. eũ. pro. Iu. *i. ne ſcãdalizaret eos ducẽdo ſecũ hoĩem incircũciſum de matre Iudæa natũ. Nec iſta circũciſio fuit ficta, vt dicit Hiero. ſed vera, vt dicit Aug. qa illo tpe nati de Iudaiſmo & cõuerſi ad Chriſtũ, poterãt licite legalia ſeruare. ples. n. ſeqtur ventrẽ. & qa maior eſt certitudo de matre q̃ de patre, & iõ q̃uis pater ei⁹ eẽt Gẽtilis, reputabatur tamẽ Iudęus.*
g Sciebãt e. o. q. p. e. e. G. *Hoc ãt dicitur, qa ſimpliciter erat notũ q̃ pater nõ permiſerat eũ circuncidi. Sic igitur Paulus eũ circũcidẽdo nõ malefecit, qa p hoc q̃ erat licitũ uitauit ſcãdalũ Iudęorũ. Titũ q Gẽtilis erat ex patre et matre nõ circũcidit: ut habetur Gal. ij.*
h Cũ a. *hic reſumitur prædicatio ad confirmandum credentes. & patet litera vſq; ibi.*
i Et ec. qui. c. f. *ita q̃ augmentabantur fideles, & merito & numero.*
k Trã. *Hic cõſequenter deſcribitur prædicatio Pauli ad cõuerſionem infidelium. & primo oſtenditur in quibus regionibus prohibiti ſunt prædicare, & hoc ex diuina reuelatione ſ. in Aſia & Bithynia: quia pro tunc maior fructus imminebat in alijs locis prædicando. & patet litera.*
l Cũ au. p. *Hic cõſequenter oſtendit in q̃bus regionibus pdicauit Paulus: qa primo pdicauit in regno Macedoniæ. ſcd'o in qbuſdã alijs ptibus Græcię ſcd'a incipit ca. ſe. ibi. Qui ãt deducebãt. Prima i duas, qa primo deſcribitur vocatio Pauli ad Macedoniã. ſcd'o eius prædicatio ibidem ibi: Eramus autem. Circa primum dicitur:* Cum au. per. My. de. *t. nomina ſunt ciuitatum extra Macedoniam.*
n Et uiſio &c. oſtenſa eſt. *a Deo.*
o Vir Mace. *id eſt ſimilitudo viri habentis habitum.*

## CAP. XVI.

Peruenit aũt in Derbẽ & Lyſtram. Et ecce diſcipulus quidam erat ibi nomine Ti-
¶Beneficus interpretatur.
motheus, filius mulieris uiduæ fidelis, patre Gẽtili. Huic teſtimonium bonum reddebant, qui in Lyſtris erant & Iconio fratres. Hunc voluit Paulus ſecum proficiſci, & aſſumens circuncidit
¶Ra Iudæis factus ſum Iudæus, vt eos lucrifacerem.
eum propter Iudæos, qui erant in il-
¶Lyſtris & Iconio.
lis locis. Sciebant enim omnes, quòd
¶Et filius eius incircunciſus non traderet dogma circunciſionis: & non uoluerunt circuncidi.
pater eius erat Gentilis. Cum autem pertranſirent ciuitates, tradebant
¶Statuta.
eis cuſtodire † dogmata, quæ erant decreta ab apoſtolis & ſenioribus qui erant Ieroſolymis. Et eccleſiæ
¶In his, qui ante crediderant.
quidem confirmabantur fide, & a-
¶In his, qui conuerſi ad fidem baptizantur.
bundabant numero quotidie. Tran-
¶A qua ſunt Galathæ, ſic nominati a candore corporis, & interpretatur lactea.
ſeuntes autem Phrygiam & Galathiæ regionem, uetati ſunt a ſpiritu-
¶Qui præſciebat Aſiæ homines non modo credituros. b ¶Minore: quia fere omnes prædictæ ciuitates & regiones in minore Aſia ſunt.
ſancto loqui verbum in Aſia. Cum
¶Quæ eſt Europa, tunc enim de Aſia tranſierunt in Europã.
ueniſſent autem in Myſiam, tenta-
¶i. rurſus in Aſiam. b ¶In qua non erat fidei oſtium apertum.
bant ire in Bithyniam: & non permi-
¶Saluatoris, quia non erant ſalutem recepturi.
ſit eos ſpiritus Ieſu. Cum autem per
¶In qua erat apertum fidei oſtium.
tranſiſſent Myſiam, deſcenderunt Troadem, & uiſio per noctẽ Paulo oſtenſa eſt. Vir Macedo quidam

## MORALITER.

*Peruenit &c.*
d *Huic te.* Ex hoc patet, q̃ ſocius pdicatoris euãgelici dẽt eẽ boni nois, & idoneus in ſcĩa & uita, ut poſſit eum adiuuare. pp qđ in huius figura dr̃. Non arabis ſimul in boue & aſino. qa prædicatori in agro Domini collaboranti, non debet ſocius ſtolidus aut inſufficiens aſſignari.
k *Trãſ. ãt & c. u. ſ. a. ſ. l. u.* Idem dr̃ conſequẽter de Bithynia. Verbum. n. Dei ſubtrahitur duplici cã. Vna eſt, qñ popu⁹ eſt obſtinatus in malo. & ſic dr̃ Ezech. iij g. Et eris mutus, nec quaſi vir obiurgãs: qa domus exaſperans eſt. Et hoc ſignatur p Aſiam, quæ interpretatur ſuſtollens. i. repellens Dei verbum. Alia eſt qñ populus eſt ſufficienter inſtructus, & labor prędicantis eſt alibi neceſſarius. & ſic Saluator dixit turbis eum detinere volentibus, qa & alijs ciuitatibus oportet me euãgelizare regnũ Dei. Et hoc ſignatur p Bithyniã, q̃ interpretatur virtutis filia. talis ãt eſt plebs ſufficiẽter iſtructa.
m *Diſcenderunt Troadem & cæter. Vir Macedo.* quæ interpretatur orientalis: & ideo ſignificat perſonam vel gentem, quæ co- ✱ gnoſcere

## NIC. DE LY. CAP. XVI.

Perue. au. *Hic ponitur aſſociatio Timothei, cum dicitur.*
b Ecce diſ. quidam *ſ. notabilis in fide & moribus.*
c Mulieris ui. fidelis. *id eſt credentis in Chriſtum.*
d Huic t. b. r. *de fide et morib. Ex quo patet, q̃ i ſãctitate erat famo⁹.*
Hunc



a *Adiuua nos.* Ra. Hoc ex perſona hominis dictũ, non enim angeli humano auxilio indigent, Vel hoc dicit angelus propter illos, quibus præſidet, vt baptizentur & ſalui fiant: Dicendo: *Adiuua nos.* Oſtendit Macedones vel angelos a Deo inſpirari, vel aliquos doctores cępiſſe doceri.
b *Samothraciam.* Thracia, Neapolis, & Philippi ciuitates ſunt.
c *Colonia.* Be. Eſt, quæ defectu indigenarum nouis cultoribus impletur. vnde a cultu agri colonia dicta eſt.
d *Aliquot conferentes.* In quibuſdam libris inuenitur: Conferentes verbum domini die ſabbati
e *Purpura.* Be. Regina induta regali purpura vel purpurę textrix, uel purpuram uendens, ſignificat eccleſiam, quæ purpuram uendit, dum ſanguinem p Chriſto fundit, ut uitam mercari poſſit. Purpura recte ſanguinem colore & natura deſignat, quia de ſãguine cõchyliorum eſt confecta. Lydda apoſtolum cum ſociis ſuis domum intrare coegit. quia repulſam prædicationem a Iudæis eccleſia deuoto corde ſuſcepit.
f *Coegit nos.* Ra. Hic datur exemplum uel duo exempla dantur. unum hoſpites cogendi, alterum ad nuper conuerſos intrandi.
g *Puellam quam. h. ſ. phy.* Raba. Phyton nomen maligni ſpiritus, per quem Phytoniſſę hoc agunt, ut mortuos ad locutionem & diuinationem, incantationem ſuſcitent. Bed. De phytonica diuinatione in libro regum inuenitur, ubi rogante Saule Phytoniſſa uel animam Samuelis, vel pro ea potius ſpiritũ immundum euocauit ab inferis qđ genus Magicę ab Apolline Phytio repertũ, & ab eius cognomine dr̃ ſic vocatũ, cui Hebræũ ẽt nomẽ cõgruit. qa Phytona os abyſſi dicitur. Be. Qui purpurariam eccleſiam adunauit, ipſe Phytoniſſam immundo ore magnalia Dei prædicantem diſtrictæ puniẽs arte ſua priuauit. Hæc eſt enim poteſtas apoſtolorũ, ut quæ ligauerũt ſup terrã, ſint ligata & i cælo, & ecõuerſo.
h *Subſecuta Paulum.* Ra. Quamuis obuiaſſet, non in facie, ſed poſt eos clamat fœmineam ſeruans pudicitiam.
i *Iſti homines* Bed. Non eſt voluntatis iſta confeſſio, ſed timore ſpiritusſancti cogẽte vera ſpũs mẽdax loqr̃, non auſus luce pſente ſuas tenebras celare
k *Præcipio &c. exiuit.* Bed. Barieu. Qui fidẽ ĩpugnabat arte priuatũ excęcauit. Hãc q (puerſa licet mẽte) uera loqbatur, arte ſolũmodo priuauit, qa indignũ erat, ut uerbũ euangelii ſpũs immundus nunciaret. Exire & ſilere pręcepit quia dæmones & cum tremore dẽnt Deũ confiteri, nõ laudare cũ gaudio. ☞ *Cum ſimus.*

*ſecundo in Theſſalonica, quæ etiam eſt ciuitas Macedoniæ, ut dicit Hierony. ſecunda pars incipit ſe. ca. Prima in duas, quia primo ponitur Pauli prædicatio. ſecundo inſurgens perſecutio ibi: Factum eſt autem. Circa primum dicitur.* Eramus autem in hac ur. *ſ. Philippis.*
g Diebus ali. con. *Volebat enim Paulus conſiderare conditionem populi prinſquam proponeret uerbum.*
h Die autem ſab. &c. por. iu. *quietis ab operibus, in quo magis congregatur populus.*
i Vbi u. o. eſſe. *id eſt locus aptus ad orandum & prædicandum.*
k Loqueba. mul. *Solent enim magis eſſe deuotæ quam uiri.*
l Et q. m. n. *Ly. Exprimitur autem eius nomen ad maiorem hiſtorię certitudinem.*
m Purpuraria. *quia purpuram uendebat quæ eſt res præcioſa. erat enim diues, ut patet in ſequen.*
n Ciuitatis. *De hac ciuitate dicitur Apoc. 2. e. Et angelo Thyathiræ eccleſiæ ſcribe. De hac enim ciuitate erat hæc mulier oriunda, ſed manebat in Philippis, quæ repleta erat aliis colonis vt dictum eſt.*
o Colens Deum. *iam enim ante conuerſa fuerat de Gentilitate ad Iudaiſmum, in quo colitur unus Deus.*
p Cuius do. *Homo enim non põt docere niſi exterius credenda proponendo, ſed Deus docet interius mentem illuminando. ideo dicit prædicatoribus: Sine me n. p. f.*
q Cum autem ba. e. d. *i. familia, quæ erat magna, ideo ſubditur poſtea:*
r Introite & ma. *ut ibi quieſcatis & reficiamini, non tamen una die, ſed pluribus. hoc enim importat mãſio, & ſic patet eam diuitẽ fuiſſe, & etiã valde deuotã: ideo ſubditur:*
s Et c. n. *precibus ualde efficacibus.*
t Factũ. e. *Hic cõſequẽter deſcribitur inſurgẽs pſecutio cuius primo ponitur occaſio cũ dicitur:* Factum &c. ad. *i. ad locũ orationis.*
u Pue. &c. Phy. *i. diuinãtẽ. nõ. n. iſta puella erat ſic Phytoniſſa ſicut illa mulier Phytoniſſa, de qua habetur. i. Re. xxviij. a. Illa. n. nõ erat obſeſſa a dęmone, ſed p artẽ magicã faciebat apparere dęmonẽ i ſimilitudine alicuius mortui ad dãdũ reſpõſum de occultis vt dictũ fuit ibidẽ. iſta uero (immo dæmon) exiſtens in ea dabat reſpõſa, quia multa ſũt a dæmonibus cognita, quę hominibus ſunt occulta, & hoc modo reſpondendo, p. ma. q.*
x Clama. *Dicit hoc glo. q̃ timore ſpũſſcti cogente ſpiritus mendax vera loquebatur. Sed hoc non uidetur uerum, quia ſubditur:*
y Dolẽs &c. *Nõ doluiſſet de hoc ſi ſpũſctõ cogẽte factũ fuiſſet, nec illđ ĩpediuiſſet. Propter qđ uidetur melius dicẽdũ, q̃ Paulus impoſuit illi puellæ ſilẽtiũ eiiciẽdo ab ea dęmoniũ eo mõ, quo Chriſt⁹ hoĩ habẽti ſpũm ĩmũdũ & dicẽti ei: ſcio quia ſis ſctus Dei, dixit: Obmuteſce, et exi de homine, hoc enim fecit Chriſtus, ne ueris falſa miſceret, ſicut uenenum ſub melle propinatur. & quia nolebat habere teſtimoniũ ſctitatis a dæmone, ne p hoc daretur apparẽtia dicto Pharisæorũ, qui dicebãt eũ facere miracula i Beelzebub prĩcipe dęmoniorũ. Et eiſdẽ cauſis Paulus hoc eiecit dæmoniũ, quia imponebatur ſibi & alijs apoſtolis q̃ uterentur magicis artibus.*
z Vide. a. *Poſita occaſione, hic conſequẽter deſcribitur perſe-*

¶Angeli ſemper ſtare dicuntur. b ¶Ex forma humana.
erat ſtans & deprecans eum, dicens:
¶Hunc patet Macedonem hominem fuiſſe.
Tranſiens in Macedoniam adiuua
¶Velox obedientia per ſtatim notatur.
nos. Vt autem uiſum uidi, ſtatim
¶Hic Lucas oſtendit ſe fuiſſe comitem Pauli.
quęſiuimus proficiſci in Macedoniã certi facti, quod uocaſſet nos Deus euangelizare eis. Nauigantes au-
¶Plenis uelis.
tem a Troade recto curſu uenimus Samothraciam, & ſequenti die Neapolim, & inde Philippos, quæ eſt
¶Venientibus a mari prima occurrit.
prima pars Macedoniæ ciuitas colonia. Eramus autem in hac urbe
¶Conſiliando uel cogitando.
diebus aliquot † conferentes. Die autem ſabbathorum egreſſi ſumus † foras portam iuxta flumen, ubi
¶i. locus aptus locutioni prædicantium uel prædicationi orantium.
† uidebatur oratio eſſe, & ſedentes
¶Oſtendit, quod orationem uocauit locutionem.
loquebamur mulieribus, quæ conuenerant. Et quędã mulier nomine Lydda † purpuraria ciuitatis Thya-
¶Plebis illius ciuitatis. b ¶Natura, uel lege audita a Iudæis. c ¶Verum.
thirenorum, colens Deum audiuit,
¶Oſtium fidei. b ¶Diabolus corda claudit, ſed Deus aperit.
cuius dominus aperuit cor intendere his, quæ dicebantur a Paulo. Cum autem baptizata eſſet & domus eius,
¶i. ſi digna ſum, ut in me habitet Deus & maneat, introite & manere.
deprecata eſt dicens: Si iudicaſtis me fidelem domino eſſe, introite in
¶In domos Gentilium non conſueuerant intrare, cauſa Iudęorum. b ¶Manſione alicuius interualli.
domum meam, & manete. Et coegit nos. Factum eſt autem euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem ſpiritum phytonem obuiare nobis, quæ quæſtum magnum præſtabat dominis ſuis diui-
¶Diuinationis precio.
nando. Hæc ſubſecuta Paulum & nos, clamabat dicens: Iſti homines
¶Quamuis ſint humiles, tamen excelſus eſt eorum Deus cuius ſerui ſunt b ¶Seruos Dei & Deum, eiuſque doctrinam breuiter laudat.
ſerui Dei excelſi ſunt, qui annunciãt uobis uiam ſalutis. Hoc autem facie-
¶i. clamabat, aut per bonum naturæ, aut Deo cogente per ſpiritum phytonicum. b ¶Illam a diabolo poſſideri.
bat multis diebus. Dolens autem
¶Quia poſt eum clamabat.
Paulus & conuerſus dixit ſpiritui,
¶Poteſtate, non adiuro oratione. b ¶Non meo.
Præcipio tibi in nomine Ieſu Chriſti exire ab ea. Et exiit eadem hora.
¶Puellæ.
Videntes autem domini eius, quia

## NICOL. DE LYRA.

¶ *habitum & effigiem Macedonis.*
a Tranſiens etc. ad n. *annunciando nobis uiam ſalutis.*
b Vt autem &c. *Quia Paulus fuit certificatus, quod non erat viſio uana, ſed a Deo immiſſa, & de hoc ſocios ſuos certificauit. Cætera patent vſque ibi:*
c Et inde Phi. *Ciuitas eſt denominata a Philippo rege Macedonum patre Alexandri magni.*
d Quæ eſt pri. *Eſt enim prima ciuitas occurrens exeuntibus de mari, ex illa parte qua Paulus cum ſuis ſocijs exiuit.*
e Ciuitas colonia. *Dicitur autem colonia, quia defectu indigenarum, repletur colentibus alijs, ideo ſic nominatur a cultura agri.*
f Eramus autem. *Deſcripto acceſſu ad Macedoniam, hic conſequenter deſcribitur prædicatio facta ibidem. & primo in Philippis ciuitate.*
*ſecundo*

## MORALITER.

✱ gnoſcere incipit fidei lumen, & deſiderat amplius edoceri. propter qđ Paulus. i. pdicator euangelicus dẽt ad talẽ gẽtẽ uel perſonã accedere, & eam docere, ſicut & Petrus ad Cornelium acceſſit et eum inſtruxit, ut dictum eſt. ſu. x. ca.
*l Et q. m.* ſequitur.
*q Cũ ãt.* per hoc. n. q̃ precib. ſuis coegit Paulũ domũ ſuã intrare, et ibi cũ ſocijs ſuis neceſſaria miniſtrare, ſignificatur q̃libet pſona Xpiana, quæ de ſuis facultatib. miniſtrat Xpi mẽbris, et illis potiſſime, q ãnũciãt uerbũ ſalutis.
*t Factum eſt autem &c.* Per hoc autem, quod Paulus prohibuit ſe et ſocios laudari a dæmone in illa loquente, ſicut etiam Chriſtus Marc. 1. ca. dæmoni dicenti, Scio quod ſis ſanctus Dei, ✱ ſilentium impoſuit



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Cum ſimus Ro.* Be. Iam decretũ erat a Romanis, ne quis Deus reciperetur niſi approbãte ſenatu.
In a*ctu* ap. c.11.10.5. † ſpiritus
b *Miſerunt eos in car.* Raba. Et per hoc maior virtus eſt liberantis. Ad idem ſpectat & quod ſequit: Miſit in interiorem carcerem, & pedes eorum ſtrinxit ligno.
c *Media a.n.&c.* Orãdum eſt media nocte & in periculis ſeruanda diligentia orationis.
Ibidem
d *Terræmotus fa eſt ma.&c.* Be. Deuotio orantium & virtus orationis exprimitur quia illis in carcere hymnos canentibus, laus eorum terram mouet. carceris fundamenta concutit, oſtia aperit, catenas uinctorum ſoluit, Alleg. Qui omne gaudium extimat cũ in tentationes varias inciderit, libenterque gloriatur in infirmitatibus ſuis, vt in eo habitet virtus Chriſti, hic cum Paulo & Sila in carcere Deum laudat, di. cum propheta, Tu es refugium meũ a preſſura, quæ circundedit me, exul mea &c.
Allego. Iaco. 1.a — Pſal. 31.e
e *Cla.a.Pau.Nihil fe.&c.* Raban. Magna vox eſt, qua ſcientia occultorum declaratur. nouerat.n. etiam in tenebris, illum qui uolebat ſe interficere, & inimico cuſtodi pepercit.
f *Procidit &c.* Raba. Propter potentiam & ſcientiam. potentia, quia terræmotu oſtia ſunt aperta. ſcientia, qa cognouit Paulus cur ſe uellet interficere. iõ p̃ oĩb. Paulo & Silæ procidit ad pedes.
Vbi ſup.
g *Lauit pla.e.* Beda. Pulchra varietas, quibus plagas uulneris lauit, per eos plagas criminis amiſit.
F
h *Continuo.* Raba. Velocitas obedientiæ ſignatur. Neſcit tarda molimina ſpiritusſancti gratia.
i *Cumque perduxi.&c.ap.* Ra. Optimum utriuſque exemplum, ingreſſus domus & menſæ appoſitio.

exiuit † ſpes quæſtus eorum, apprẽhedentes Paulum & Silam perduxerũt in forũ ad principes, & offerẽtes eos magiſtratibus dixerũt: Hi homines conturbant ciuitatem noſtram
a ¶Qui mali ſunt, uel captiui, uel alterius legis. b ¶Fidem Ieſu Chriſti, in cuius nomine Phytonicus exierat ſpiritus.
cum ſint Iudæi, & annunciant morem, quẽ
¶Auditu. ¶Actu.
nõ licet nobis ſuſcipere, neq; facere, cũ ſimus
a ¶Qui meliores Iudæis, vel domini, uel diſſimilis legis.
Romani. Et cucurrit plebs aduerſus eos, &
¶Alterum ad abominationem, alterum ad pœnam ſpectat.
magiſtratus, & ſciſſis tunicis eorũ iuſſerunt † uirgis eos cædi. Et cũ multas plagas eis ĩtuliſſent, miſerũt eos in carcerẽ, præcipientes cuſtodi, ut diligẽter cuſtodiret eos. Qui cũ tale præceptum accepiſſet, miſit eos in interiorẽ
a ¶Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.
carcerẽ, & pedes eorũ ſtrinxit ligno. Media
¶Alias hymnum dicebant.
autem nocte Paulus & Silas † adorãtes laudabãt Deũ, & audiebãt eos, qui in cuſtodia erãt
a ¶Paulum & Silam. b ¶Vincti.
a ¶Ad timorem incutiendum, & ad oſtia carceris aperienda.
Subito uero terræmotus factus eſt magnus,
a ¶Magna uirtus orationis, qua oĩa oſtia interiora, ſ. & exteriora aperiũtur.
ita ut mouerentur fundamẽta carceris, & ſtãtim apta ſunt oĩa oſtia, & uniuerſorũ uincula ſoluta ſunt.
a ¶Non ſolum Pauli & Silæ, ſed & aliorum vinctorum.
¶Ex terræmotu magno.
Expergefactus aũt cuſtos carceris, & uidens ianuas aptas carceris, euaginato gladio uolebat ſe ĩterficere, æſtimãs fugiſſe uinctos. Clamauit ãt Paulus uoce magna
a ¶Vincti quos cuſtodiebas
dicens: Nihil feceris tibi mali: uniuerſi.n. hic
a ¶A miniſtris.
ſumus. Petitoq; lumine † introgreſſus eſt, & tremefactus procidit Paulo & Silę ad pedes,
a ¶De carcere. b ¶Honorare eos incipit plus quam docuit. c ¶Sentit ſe hactenus male feciſſe.
& p̃ducens eos foras ait: Domini, qd mẽ oportet facere ut ſaluus fiã? At illi dixerũt: Crede ĩ dominũ Ieſũ, & ſaluus eris tu & domus
a ¶Non in multos dominos, ut de nobis dixiſti. b ¶Saluatorem nunciãt illi, qui quærebant ſalutem. c ¶Non tu ſolus, ſed etiam.
a ¶Credẽs in Ieſum. b ¶Nõ unus tantum, ſed ambo præ gaudio, quia oſtium fidei apertũ erat illa hora noctis. Vel oſtenditur æquitas beneaciẽdi.
tuã. Et locuti ſunt ei uerbũ dñi cũ oĩbus, qui erãt in domo eius. & tollẽs eos ĩ illa hora noctis, lãuit plagas eorũ, & baptizatus eſt ipſe & oĩs domus eius continuo. Cumq; p̃duxiſſet eos in domum ſuam, appoſuit eis menſã
a ¶De quib. dixerat, Et cũ multas plagas eis intuliſſent. ¶Lauãs lauatus ẽ.
a ¶Baptiſmate accepto ſpiritalis fructus ſequitur. i. lætitia.
& lętatus ẽ * cum oĩ domo ſua, † credẽs deo. Et cũ dies factus eſſet, miſerunt magiſtratus
a ¶Hoc cuſtodi dicitur. b ¶Ne plures credant. c ¶Quaſi deſpectos.
lictores dicẽtes: Dimittẽ homines illos. Nũciauit ãt cuſtos carceris uerba hæc Paulo, qa miſerũt magiſtratus ut dimittamini. Nunc igitur exeũtes ite in pace. Paulus ãt dixit eis,
a ¶Sine reatu certo a iudicibus prolato.
† Cęſos nos publice † ĩdẽnatos hoĩes Romanos miſerunt in carcerẽ, & nunc occulte nos eiiciunt. Non ita, ſed ueniant, & ipſi nos † eiijciãt. Nunciauerunt autẽ magiſtratibus lictores uerba hæc.
a ¶Cęſũ, p̃feſſos. b ¶Occulta diſplicebat eiectio, qa publica fuerat flagellatio.
¶Ad hoc quod dixerat Paulus.
Timueruntq; audito, q̃ Romani eſſent, & uenientes dep̃cati ſunt eos, & educẽtes rogabãt ut egrederẽtur de urbe. Exeũtes ãt de carcere, introierũt ad Lydiã, & uiſis fratribus conſolati ſũt eos, & profecti ſũt.
¶Regionem, a ¶Chriſtianis in Lydia conuerſantibus. b ¶Apoſtoli. c ¶Aduentu ſuo, exemplo & doctrina. ¶Poſt uerbum conſolationis

& Silas adorantes. *ſecundum illud pſal. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.*
G
n Subito uero &c. *ad oſtendendum orationis eorum uirtutem, & ad incutiendum hominibus domini timorem.*
o Expergefactus autem cuſtos carce. *ex terræmotu.*
p Euaginato gladio uo. ſe. in. &c. *ne propter euaſionem Pauli & Silæ de quorum diligenti cuſtodia habuerat præceptum ſtrictum & ſpeciale, puniretur graui & contemptibili morte.*
q Clamauit autem Pau. *ſciens per ſpiritum cauſam quare uolebat ſe interficere.* — †1.Cor.11.
r Et tremefa. *cognoſcens terræmotum diuina uirtute factum.*
s Procidit Pau. & S. ad p. *ad quorum orationem fuerat factum miraculum. & quia a morte fuerat liberatus per Pauli uerbum.*
t Et producens eos foras. *carcerem*
v Ait, domini, quid me opor. face. *q.d. paratus ſum uiam ſalutis audire & fideliter obedire. Cætera patent uſque ibi:* — †orantes
x Et lætatus eſt. *de euaſione mortis corporalis per uerbum Pauli, etiam ſpiritualis per ſuſceptionem fidei.*
y Et cum dies. *Hic conſequenter ponitur eorum liberatio mandato humano, cum dicitur.*
z Dimitte homines illos. *Tranſeunte enim paſſionis impetu, aduerterunt magiſtratus, quod Paulus & Silas iniuſte fuerunt uerberati & incarcerati, ideo uolebant eos liberare.*
a Paulus autem dixit illis. *id eſt lictoribus, qui uenerant pro eorum liberatione.*
b Cæſos nos publice. *quod non debet fieri, niſi publicis malefactoribus.* — H — †irrupit.
c Indemnatos. *quia puniti fuerunt impetu paſſionis, & non iudicio rõnis.*
d Homines Ro. *quibus magis debet deferri quam aliis, eo quod Romani habebant dominium orbis. Quod autem Paulus eſſet ciuis Romanus, habetur infra. xxij. ca.*
e Et nunc occul nos eiici. *uolentes crimen ſuum occultare.*
f Non ita. *ſupple erit*
g Sed ueniant, & ip.n. eii. *facto confitentes quod iniuſte eos uerberauerũt & incarcerauerunt. & ita factum eſt, ut patet ex litera ſequenti:*
g Exeun.au.de car. *quem reintroierunt, ne cuſtos carceris poſt eorum receſſum inculparetur propter eorum eductionem.*
h Intr.in Sy. *nomen eſt regionis ſecundum Glo.* — †credidiſſet.
i Et ui. f. *i. Chriſtianis ibidem habitantibu.*
k Conſolati ſunt e. *ſua præſentia, et ſancta doctrina.*
l Et profecti ſunt. *alibi, ad prædicandum uerbum Dei.*

In ca. xvi. ubi dicitur in poſ. Nec iſta circunciſio fuit ficta ut dicit Hier. ſed uera.

Additio — †indicta cauſa cum ſimus Romani

## NIC. DE LYRA.

¶ *ſubditur perſecutio. & ſecundo diuina liberatio, ibi: Media autem nocte. Circa primum dicitur:* Videntes lautem &c. *& per conſequens dolentes de damno temporali.*
a Apprehentes Pau. &c. perdu. in fo. *ubi tract ibant lites.*
b Ad princi. *ut punirent eos tanquam malefactores. ideo ſubditur eos accuſando.* — *quod
c Hi homi. cõ. ci. *ideo ſunt digni morte tanquam aduerſarij reipublicæ.*
d Et an. morem &c. *ſ. Ieſum Chriſtum eſſe Deum.*
e Cum ſi Ro. *Iam enim erat decretum a Romanis ne quis reciperetur Deus, niſi approbante ſenatu,*
f Et cucurrit ple. ad. *moti impetu paſſionis, & non ductu rationis.*
g Et &c. ſciſſis tunicis. *Pauli & Silæ contemptibiliter.* — †i o. di. c. ſi in adintorium.
h Iuſſerunt uir. e. cæ. cru. *& ad augmentum crudelitatis ſubditur:*
i Et cum mul. &c. *& patet litera.* — †educant
k Miſerunt eos in carcerem. *qui erat fortior & grauior.*
l Et pedes eorum ſtrin. *ad maiorem ſecuritatem, ponens eos in cyppo.*
m Media autem nocte. *Hic conſequenter ponitur eorum liberatio. & primo miraculo diuino, ſecundo humano mandato ibi: Et cum. Circa primũ dicitur:* Media autem nocte Paulus

### MORALITER.

✻ ſilentium impoſuit, oſtẽditur q̃ p̃dicator uerbi diuini uitare debet laudes malorũ hoĩm, q̃ ſunt mẽbra diaboli, quia ſicut dicit Seneca libro de uirtutibus. Idem eſt laudari a turpibus & ob turpia.
m *Media a.n. Pau. & Si. a. lau. domi.* Per terræmotũ ipſis orantib. factũ, ſignificata fuit ſequẽs liberatio Pauli & Silæ de carcere & cuſtodis carceris, & familiæ ſuæ ab infidelitate



A
### ADDITIO I.

Simulatio, quam hic ponit Hier. non ſic intelligenda eſt, quaſi illos actus ſecundum rei veritatem nõ feciſſet, ſed qa nõ faciebat tanq̃ legis ceremonias obſeruãs, ſed ſolum quadam pia ſimulatione, ne ſcãdalizaret Iudæos, & eorũ conuerſionem ĩpediret ſicut ſi q̃s pelliculam virilis membri abſcinderet pp ſanitatem, non cauſa legalis circunciſionis obſeruandæ, ut in prima ſecundæ, q. ciii. arti. iiii. in reſponſione primi argumenti.

In eo. cap. vbi dicitur in Poſtil. Dicit hic Glo. q̃ timore ſpiritusſancti cogente ſpiritus mendax vera loquebatur.

### ADDITIO II.

Paulus nõ ĩtelligit hic doluiſſe de hoc, qd ſpũſctõ cogente factum erat, ſed de hoc, q̃ puella a diabolo poſſidebatur, ut in Glo. interlineari, & ideo gl. q̃ reprobat Poſtillator, non uidetur reprobanda.
C

## GLOS. ORDINAR. CAP. XVII.

In a*ctu* apo. c.11.10.5.
C *Vm autem &c.*
a *De ſcriptu.* Be. Vtrunque pariter de ſcripturis inſinuat. ſ. quia Chriſtum pati & reſurgere oportuit, & quod paſſio ac reſurrectio ad nullũ alium niſi ad Ieſum pertineret. Iudæi enim, qui paſſionem & reſurrectionem negare nõ poterant, Antichriſtum expectantes ea ad Ieſum pertinere contradicebãt. & ideo Paulus nonmodo Chriſti myſteria prædicat, ſed docet in Chriſto Ieſu omnia eſſe conſummata.
Luc. 24.c
b *Et de co. Gen.* i. & de his, qui Gentilẽ ritum Iudaiſmo mutauerũt, & de his qui Gentiles permanſerant, multi ad Chriſtum confluebant. Ra. Prima cã maliciæ, quod de uulgo. Secunda q̃ & mali erant præ uulgo.
Vbi ſup.
c *Trahe. Ia.* Be. In Græco, Iaſonem & quoſdam alios fratres. vnde intelligẽdum eſt, Iaſonẽ fratrẽ & fidelẽ fuiſſe. — †primariæ
d *Regem ali.* Ra. Præter Cæſarem, qd contra decretum Cæſaris erat. vnde in euangelio: Omnis, qui ſe regem facit, contradicit Cæſari. Apoſtoli vero contradicebant Chriſtum regem eſſe Iudeorum i. confitentium. vnde & Iudæi ipſum Chriſtum accuſabant. — †qui nõ credebant. Ioan. 19.
B
e *A P*[a]*ulo* qui erat dux verbi & ideo poſtea ſolus dimiſſus eſt, vt iret de Macedonia ad mare.

☞ *Profe-*

## NIC. DE LYRA. CAP. XVII.

C Vm au per. *Hic conſequenter ponitur prædicatio Pauli in alijs locis Macedoniæ. & primo in Theſſalonica. ſecundo in Beroe, ibi: Fratres uero. Prima in duas: quia primo ponitur prædicatio. ſecundo inſurgens perſecutio, ibi: Zelantes. Circa primum dicitur:* — †clanculũ
a Cum au. peram. Amphi. & Apol. *ciuitates ſunt, in quibus non contraxerunt moram*
b Vene. Th. ubi erat ſy. *In illa enim ciuitate cum Gentilibus habitabant multi Iudæi.* — Diſſ.
c Secundum &c. in. ad e. ſ. *Iudæos, quibus Paulus conſueuerat prius prædicare, quam Gentilibus, vt patet ex præcedenti.*
d Et per &c. de ſcri. *legis & prophetarum*
e Ada. & in. *ex eis.*
f Quia Chriſtum. *in lege & prophetis promiſſum.*
g Opor. p. *ſicut patet Iſa. liiij. & Oſee. vi. & in pluribus alijs locis: ſicut declaraui exponendo dicta prophetarum.*
h Et quia hic eſt Chri. *ſ. Ieſus Nazarenus.*
i Quem ego an. uo. *ita q̃ non ſolum declarabat ex ſupradictis paſſionem Chriſti, & eius reſurrectionem, ſed etiam iſta eſſe completa in Ieſu Nazareno. & ſic non eſſe expectandum alium Chriſtum ſicut expectant Iudæi. huiuſmodi vero ſcripturas per quas iſta probantur, ego poſui ſaltem in parte in quadam quæſtione de aduentu Meſſiæ.* — †uirorum
k Et qui. ex e. *ſ. Iudæis.*
l Cre. *in Chriſtum.*

Et adiunc.

## CAP. XVII.

C Vm aũt perambulaſſẽt Amphipolim & Apolloniã, uenerũt Theſſalonicã, vbi erat ſynagoga Iudęorũ.
a ¶Nomina ſunt ciuitatum.
¶Iudæorum, uel Pauli.
Scdm cõſuetudinẽ ãt * Paulus introiuit ad eos, & p ſabbata tria diſſerebat eis de ſcripturis † adaperiẽs & inſinuãs, † qa Chriſtũ oportuit pati, & reſurgere a mortuis, & quia hic eſt Ieſus Xp̃s, quẽ ego annuncio uobis. Et qdã ex eis crediderunt, & adiũcti
a ¶Deum Iudæis ſ. religioſis.
ſunt Paulo & Silæ, & † de cõlentibus
a ¶Qui prius non colebant. b ¶Ideo mulieres prius credunt ut uiros facilius trahant.
Gẽtilibuſq; magna multitudo, & mulieres † nobiles non paucę. † Zelãtes
a ¶Illos qui crediderant.
ãt Iudęi * aſſumenteſq; † de uulgo uiros quoſdã malos, & turba facta cõcitauerunt ciuitatẽm, & † aſſiſtentes domui Iaſonis, quęrebãt eos producere in populũ.
a ¶Propter turbam [illegible]
a ¶Ad conuentum commouent. b ¶Theſſalonicam.
¶Viri fideles. ¶Paulum & Silam.
¶Putantes eos eſſe occultatos.
Et cũ nõ inueniſſent eos, trahebant Iaſonem & quoſdã fratres ad principes ciuitatis clamantes: q̃m hi q̃ urbem cõcitãt, & huc uenerunt: quos * ſuſcepit Iaſon: † & hi oẽs cõtra decreta Cæſaris faciunt regem alium
a ¶Apoſtoli & eorum ſuſceptores.
¶Ipſi prius concitati concitant plebem,
dicentes eſſe Ieſum. Cõcitauerunt ãt plebem, & principẽs ciuitatis audientes hęc.
a ¶Etiam concitauerunt cum plebe principes.
a ¶Quod negauit ſe ſuſcepiſſe, uel pœnitentiam profeſſus eſt.
Et accepta ſatisfactione a Iaſone, & a cętẽris, dimiſerũt eos.
a ¶Qui defendebant & excuſabant. ¶Iaſonem & cæteros.
Frẽs uero cõfeſtim per noctem dimiſerunt Paulum & Silã in Beroam.
a ¶Ciuitas eſt. b ¶Fortitudo fidei oſtenditur, quia nec pro Iudęorum perſecutione loqui ceſſant.
Qui cum ueniſſent, in ſynagogã Iudæorum introierunt.
a ¶Qui ſuſceperunt eos in Beroen. b ¶Genere uel animo qui verbo audiendo & ſcrutando inſtabant.
Hi autẽ erãt nobiliores eorum, q̃ ſunt Theſſalonicæ, q̃ ſuſceperunt uerbum cum oĩ † auiditate, quotidie ſcrutantes ſcripturas, ſi hęc ita ſe hẽrent.
¶De Beroenſibus.
Et multi qdẽ crediderunt ex eis, & Gẽtiliũ mulierũ honeſtarũ, & † uiri nõ pauci. Cũ ãt cognouiſſent in Theſſalonica Iudæi, q̃ & Beroe p̃dicatũ eſt a Paulo uerbũ Dei, uenerunt & illuc cõmouẽtes & turbantes multitudinẽ.
¶Qui erant.
¶Qui erat dux uerbi.
Statimq; tunc Paulũ dimiſerũt fratres, ut iret † uſq; ad mare. Silas

m Et adiunc. *fide & ſocietate.*
n Et de co. *i. de Gentilibus prius conuerſis ad Iudaiſmum. & ſic colebant vnum Deum*
o Gentili. *i. de eis, qui vſque tunc permanſerunt in Gentilitate.*
p Zelan. au. *hic conſequenter ponitur inſurgens perſecutio, cum dicitur:* Zelan. au. Iu. *inuidia moti.*
q Aſſu. de &c. mal. *qui proni ſunt ad facienda mala.*
r Et tur. fa. conci. *contra Pau. & Silam. & ſecundum quod dicit Ioh. Chryſoſt. A ueritate ſe eſſe vacuos profeſſi ſunt, qui multitudine ſe armauerunt.* — *ſuam
s Et aſſi. d. Ia. *in qua Paulus & Silas fuerant hoſpitati.*
t Et cum non in. eos. *quia iam alibi tranſierant.*
u Trah. &c. fra. *id eſt Chriſtianos cum eo.*
x Ad prin. ci. *ut punirentur.*
y Clamantes quoniam hi. *id eſt. ſ. Paulus & Silas* — religioſorũ Græcorum
z Quos ſuſcepit Iaſon. *& ideo particeps eſt maleficij eorum.*
a Et h. o. c. d. c. ſ. *& ſubditur in quo.*
b Re. a. d. eſſe I. e. *ſ. non ſubiectum Cæſari, ſed magis eius dominum. Imperatores enim Romani bene permittebant alios reges eſſe: dum tamen eis eſſent ſubiecti: & redderent eis tributum.* — † Zelo añt commoti † circumforaneos
c Et ac. *per rationabilem excuſationem: uel emendæ ſolutionem. vel alio conuenienti modo. quia non habetur in tex. modus huius ſatisfactionis.* — † adorti domum
D
d Fratres. *hic conſequenter deſcribitur prędicatio Pauli & Sylæ in Beroe. & patet litera uſque ibi.*
e Hi autem *ſcilicet Iudæi manentes in Beroe.*
f Erant nobiliores. *genere vel animo, uel vtroque modo.*
g Eorum qui ſunt Theſſalonicæ. *id eſt magis nobiles quam illi, qui habitabant in Theſſalonica.* — †Ioa. 18.g
h Qui ſuſceperunt uerbum. *euangelicum a Paulo & Sila propoſitum.*
i Cum omni auidi. *i. ardenter & deuote.*
k Quotidie ſcrutantes ſcripturas. *legis & prophetarum.*
l Si hæc ita ſe haberent. *ſcilicet quod eſſent impletæ in Ieſu Nazareno ſicut Paulus & Silas aſſerebant.*
m Et multi quidem credider. ex eis. *ſcilicet Iudæis.*
n Et Gentilium mulierum honeſtarum. *ſcilicet iam ante conuerſarum ad Iudaiſmum.*
o Cum autem cognouiſſent in Theſ. *hic conſequenter mouetur quæſtio contra Paulum. & patet litera uſque ibi;*
p Statimque tunc Paulum dimiſerunt fratres. *ut alibi poſſet prædicare euangelium Chriſti.* — †animi promptitudine,
q Silas autem & Timotheus remanſerunt. *i. ad plenius inſtruendum & confirmandum in fide*

### MORALITER.

✻ a *Cum au. perambu. Am.* Hic deſcribitur fructus prædicationis ipſius Pauli in Theſſalonica, & Beroa. & eius receſſus ab vtraque propter perſonalem perſecutionem, & eiſdem rationibus, quibus dictum eſt ſupra, ipſum de aliis locis receſſiſſe & eadem moralitas eſt hic & ibi. — †velut



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Profecti ſunt* Ra. Ab Athenis fratres illi, qui duxerunt Paulum. Quidam de Sila dictum putant, & Timotheo, q de Macedonia ad Paulum profecti ſint.
E

b *Epicurei*. Ra. Vocantur ab autore ſuo, qui dicitur uoluptatis aſſertor. Stoici Grecè Latinè elementa: qui contendebant paria eſſe peccata .i. omne peccatum vniforme eſſe. Beda. Epicurei preceptoris ſui traditionem ſecuti, felicitatem hominis in ſola uoluptate corporis, Stoici in ſola animi virtute poſuerunt. Qui inter ſe diſſidentes, Apoſtolum unanimiter impugnant, quia hominem docebat beatũ eſſe in anima & corpore, non in preſenti, nec ex ſe, ſed ex gratia dei per Ieſum Chriſtum in reſurrectione.

*In actus Apo. c. 17. 5.*

c *Quid vult ſe*. Seminiuerbius eſt, qui verbum ſeminat. Vel ſeminiuerbius .i. ſermologus: quia ſemen eſt uerbum Dei. vñ: Si uobis ſeminauimus ſpi. &c. Augu. Legimus Paulum apoſtolum dictum fuiſſe ſeminatorem verborũ. quod dictum eſt ab irridentibus ſed non reſpuendum a credentibus. erat quippe ſeminator verborum, ſed meſſor morum. Et nos licet paruuli, nec illi comparandi in agro Dei (quod eſt cor veſtrum) ſeminamus verbum Dei expectantes vberem frugem vel fructum de moribus veſtris.

† irritabatur. *Luc. 8. b* *1. Cor. 9. b* *Trac. de epi ca. & ſenec. in prin. 10. 6* † religioſis vel diuino cultui deditis † 41. diſt. c ſit rector circa ſi.

d *Alij ue.* Ra. A Iudæis audierunt vocabulum dęmoniorum eſſe abominabile: & ideo huic abominationi comparant doctrinam Pauli. Vel Iudæi ſunt, qui hoc dicunt .i. Saducęi.

e *Ad Ariopa.* Ra. Nomen eſt curiæ ſapud Athenas, dictum ab idolo Martis, quod apud eos Arios vocatur.

f *Viri Athenien. &c. Quod igno. c. h. an.* Reſpondet ad hoc quod dixerant uel præmiſerant. Noua quędam infers q. d. Noua, quæ infero, inter uetera veſtra habetis. Hoc autem dicit ad perſuadendum, ne quaſi noua refutent ſua uerba.
E

¶ Ignoto

autem & Timotheus remanſerunt
¶ Beroe.
ibi. Qui autem deducebant Paulum a
a ¶ Quæ eſt ciuitas Atticæ, uel Achaiæ.
perduxerunt eum uſq; Athenis. & b c
a ¶ Vel ſolo uerbo, uel per epiſtolam. ¶ Paulo.
accepto mandato ab eo ad Silam & Timotheũ, ut quã celeriter uenirent a ad illum, profecti ſunt. Paulus au- d e tem cum Athenis eos expectaret, † incitabatur ſpiritus eius in ipſo, ui- f dens idololatriæ deditam ciuitatem.
¶ In ſpirante ſpiritu.
Diſputabat igitur in ſynagoga cum g
¶ Cum Gentibus.
Iudæis & † colentibus, & in foro per h omnes dies ad eos, qui † audierant.
b Quidam autem Epicurei & Stoici i philoſophi diſſerebant cum eo. Et k l c quidam dicebãt: † Quid uult † ſemi- m n d ni uerbius hic dicere? Alii uero dice- o bant, nouorum dæmoniorum uide p tur annunciator eſſe, quia Ieſum & reſurrectionem annunciabat eis. Et e apprehenſum eum ad † Ariopagum q duxerunt, dicentes, Poſſumus ſcire r quæ eſt hęc noua, quę a te dicitur doctrina? Noua enim quædam infers auribus noſtris. Volumus ergo ſci-
¶ Qualia ſint, & ad quid tendant.
re quidnam uelint hæc eſſe. Atheni- s enſes autem omnes & † aduenæ ho- t ſpites ad nihil aliud uocabant, niſi u x
a ¶ Non ut firmiter crederent, ſed tantum mirarentur ¶ Ideo & pauci de doctrina interrogabant qualis ſit ut crederent.
aut dicere, aut audire aliquid no- y z ui. Stans autem Paulus in medio a f Ariopagi, ait: Viri Athenien- b
a ¶ Vel hominum genera, uel per omnia dogmata.
ſes, per omnia † quaſi ſuperſtitio-

*militatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ. Et quia iſta videbantur eis impoſſibilia, ideo ſubditur:* G

l Et q. di. Quid u. ſe. *i. ſeminator verborum.*

n Dicere. *q. d. non eſt niſi multiplicator verborum friuolorum. Alij uero ſupple dicebant. quod non eſt de textu, licet in aliquibus libris ponatur.*

p Nouorum d. ui. an. eſſe. *Dicit glo. q philoſophi illi audiere a Iudæis inter eos habitantibus ex diſperſione eorum facta tempore Antiochi regis, nomen dęmonij eſſe abominabile. & ideo doctrinam Pauli vocabãt annunciationem dæmoniorum, tãquam iſdẽ abominabilem. Sed iſtud non videtur uerum, quia ſubditur, q duxerunt Paulum ad Ariopagum, vbi erat locus ſtudij, volentes plenius audire quæ eſſet eius doctrina: quod non feciſſent, ſi eſſet eis abominabilis. Item hoc nomẽ dæmon vel dæmonium, non eſt nomen Hebraicum, ſed Græcum, vt dicit Iſid. & ideo hoc uocabulum non didiciſſent Græci ab Hebræis, ſed magis econuerſo. & ſecundum q ibidem dicit Iſido. dæmon Græce interpretatur ſciens, aut peritus Latine. & per conſequens dæmonium interpretatur ſcientia vel peritia. Sic ergo videtur hæc litera exponenda. Philoſophi enim diſputantes cum Paulo non erant einſdem conditionis uel opinionis, ut ſatis patet ex textu & ideo illi, qui doctrinam eius reputabant friuolam, uocabant eũ ſeminiuerbium. Illi autem, qui uolebant eũ audire plenius, tanquam bonam reputantes eam, licet intelligerent ad plenum dicebant Paulum annunciatorem nouorum dæmoniorum .i. nouarum ſcientiarum. propter quod.*

*Lib. 8. Ety mo.* † forte, ierant † ſpermologus .i. verbi ſator, qui nouos rumores ſpargit in vulgus.

q Eum ad A. du. *vbi erat locus docendi.*

s Athenien. *i. de terra illa natiui.*

t Et ad. ho. *qui aliunde illuc uenerant rationе ſtudij, ſicut modo conueniunt Pariſius.* † Martiam.

u Ad ni. al. ua. *principaliter.*

x Niſi aut di. *quantum ad magiſtros.*

y Aut au. *quantum ad diſcipulos.*

z Aliquid no. *Et in hoc eis aſſimilantur Pariſienſes multi.* H

a Stans autem. *Hic conſequenter deſcribitur primo Pauli prædicatio. & ſecundo auditorum diſtinctio, ibi: Cum audiſſent. Prima in duas. quia primo incipit Paulus a quodã qd erat Athenienſibus notũ & cõceſſum. ſcdo pſequitur intẽtũ, ibi. Deus qui fecit mũdum. Circa primum dicitur:* Stans au. Pau. *ut melius audiretur a multitudine.* † qui illic uerſabantur.

b Ait, Viri Atheni. per o. q. ſ. *id eſt idolorum cultores.*

¶ Vos uideo

## MORALITER.

✱ a *Qui &c. per. e.* vt Pauli ſapiã a Deo ſibi data corã philoſophis manifeſtaretur & eorũ aliqui ad Chriſtũ cõuerterent, ſicut & factũ fuit ut hr̃. infra

e *Paul. & c. ex* Silã & Timotheũ. licet. n. eſſet plenus ſapientia acquiſita, & infuſa, tñ expectabat eos ad cõferendũ cũ eis anteq̃ publice prædicaret. Et nos multo magis, qui nihil ſumus reſpectu ipſius, debemus cum ſapientibus conferre antequam aliquid notabile proferre, maxime coram perſonis notabilibus præſumamus.

i *Quidã Epi.* Eipicurei tñ, q̃ felicitatẽ hoĩs ponebãt ĩ uoluptatib. corpis, erãt magis lõginqui a doctrina Pauli. & iſti dicebant de eo.

m *Quid uult ſe.* Reputantes eius uerba friuola.

o *Alij &c. d. ſ.* ſciatũ. dæmõ. n. in Græco in quo Lucas ſcripſit hũc librũ, idẽ eſt qđ ſapiẽs. vñ iris dr̃ arcus dæmonis .i. ſapientis lib. meteoro. in antiqua tranſlatione. Moraliter p hoc ſignificatur, q ſapientes ſapiã mũdana, q̃ terrena eſt & aĩalis, & diabolica, reputant eccleſiæ p̃dicatores verborũ inaniũ ſeminatores. Illi uero, qui de Deo incipiunt aliquid ſentire, volunt perfectius audire dicentes,

r *Poſſumus & c. no. d.* Prædicatio. n. euãgelii bene dr̃ noua doctrina .ſ. formaliter & effectiue. formalr̃, quia eſt doctrina no. Teſ. effectiue, nã ĩducit effectiue ad nouitatẽ grãæ, & finalr̃ ad glorię nouitatẽ.

a *Stans au. Pau.* Hic ponitur prædicatio Pauli, in qua cõſtanter & intrepide declarat diuinitatem Chriſti, & philoſophorum ſtoliditatem, quia cũ eſſent lr̃ati, erãt tñ idololatriæ dediti. pp quod Dionyſius & quidam alii magis intelligentes eius doctrinam diuinis teſtimoniis confirmatam, crediderunt, ut dicitur in fine huius ca. Per conſtantiam uero Pauli ſignificatur conſtantia p̃dicatoris euãgelici, qui conſtanter dẽt fidem & mores prædicare, & ſapiẽtes mũdana ſapientia, quæ ſtulticia eſt apud Deum, confutare. de quibus dicitur Rom. 1. c. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.

## NICOL. DE LYRA.

¶ *dam in fide conuerſos ad Chriſtum.*

a Qui autem dedu. *Hic conſequenter prædicatio Pauli deſcribitur in alijs partibus Grecię, & primo in ciuitate Athenienſi, ſecundo in Corintho ca. ſequen. tertio in Epheſo, ibi: Paulus vero. Circa primum primo deſcribitur eius ad Athenas peruentio. ſecundo cum philoſophis diſputatio, ibi: Paulus autem. tertio prædicatio eius, ibi: Stans autem. circa primum dicitur:* Qui autem ded. Paulum. *Vt per mare iret alibi ad ad prædicandum.*

† fere

b Perduxerunt e. *Conſolati eius ſocietate & doctrinæ veritate.*

c Et ac. m. ab eo. *& per illos, qui deduxerunt eum uſq; ad Athenas.*

d Profe. ſunt. *Inſtructis plenius & confirmatis Beroenſibus, ad quod remanſerant.*

e Paulus autem. *Hic conſequenter deſcribitur Pauli diſputatio cum philoſophis, cuius primo ponitur motiuum, cum dicitur:*

f Incitaba. ſ. e. in. *i. Nam ex zelo fidei moleſte ferebat idololatriam, quæ uigebat in ciuitate, & alios errores. ideo ſubditur:*

g Diſputa. igi. in ſy. &c. *ſ. vnum Deum. & iſti erant Gentiles conuerſi ad Iudaiſmum: & iſti cum Iudæis errabant contra Chriſtum, dicentes eum eſſe uenturum. Paulus autem aſſerebat contrarium, oſtendens per ſcripturas Ieſum Nazarenum eſſe Chriſtum.*

h Et in fo. *i. in loco cõi vbi cõueniebãt philoſophi, & diſputabat cũ eis.*

i Quidam au. E. & S. p. di. *i. diſputabant.*

k Cum eo. *De felicitate hominis, quam Epicurei dicebant conſiſtere in corporis uoluptatibus. Stoici vero in animæ uirtutibus: tamen in præſenti vita. nam vtriq; ſ. Epicurei & Stoici negabant reſurrectionem: & per conſequens aliam uitam. Paulus autem aſſerebat eam eſſe in anima & corpore, & hoc in uita futura. nam beatitudinem animæ dicebat eſſe in aperta Dei uiſione, & fruitione. 1. Corint. xiij. d. Videmus enim nunc per ſpeculum, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. beatitudinem vero corporis ex dotibus claritatis, ſubtilitatis, agilitatis, & impaſſibilitatis, quæ cauſabuntur in corpore ex redundantia gloriæ animæ, quæ fiet in reſurrectione: & hoc ex Chriſti virtute? Phil. iij. d. Saluatorẽ expectamus Dominum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis*

*Felicitas uera hominis.*



a *Ignoto de* Rab. i. uero Deo, quem nemo nouit ut eſt. Nemo A .n. nouit filiũ niſi pater, neque prẽm niſi filius. & iuxta hunc ſenſum, a Paulo ignotus Deus dicitur, Aliter aũt ex eorum ſenſu ignoto Deo dedicata eſt hæc ara .i. illi Deo, quem Gentiles ignorant. Ergo vel ſcriptum erat, ignoto Deo dedicata eſt, ſiue aliquid ſimile, quod tacetur uel ſimpliciter ſcriptum erat, ignoto Deo, Beda. Notus in Iudæa Deus, ſed non receptus. Ignotus Achaiæ Deus quamuis per multa quæſitus. Et qui ignorat ignorabitur. Pręuaricator damnabitur neuter immunis a culpa, ſed excuſabilior, qui fidem non obtulit Chriſto quem neſciebat, quam qui manus intulit Chriſto, quem ſciebat.

*Matt. 11. d* *Pſ. 75. a* *In actis apo. c. 17. in. 5.* † video *1. Cor. 14. g*

b *Deus qui ſe.* Nota ordinem huius diſputationis quia primo unum Deum autorem mundi omnium docet eſſe, in quo uiuimus, mouemur, & ſumus cuius & genus ſumus ut non ſolum p luce & uita, ſed etiam pro cognatione generis diligendus oſtendatur. Poſtea opinionem, quæ eſt de idolis ratione deſtruit, quod mundi conditor, & dominus templis ſaxeis non includatur quod largitor omnis beneficii ſanguine uictimarum non egeat, quod hominum creator, & omnium gubernator non poſſit manu hominis cauſari. Poſtremo docet Deum, ad cuius imaginem eſt factus homo, non eſſe similẽ metallis. Erroris remedium dicit pęnitendi ſtudium. Si autem primo deſtrueret ceremonias idolorum, Gẽtes non audirent eum. Dum ergo unum Deũ perſuaderet, adiunxit per Chriſtum ſalutem nobis datam, magis tamen eum nominans hominem, quam Deum, incipienſque ab illis, quæ geſſit in corpore, ſupra hominem oſtendit eſſe, qui uicta morte reſurrexit, paulatim enim fides creſcit, vt cum ſupra hominem eſſe monſtraretur, Deus credatur. Non intereſt quo quiſque credat ordine. Non in primis perfecta quęruntur, ſed de initiis ad perfecta aſcenditur.
B

c *Ex uno omne gen. ho.* Bed. In Græco ex uno ſanguine, quia ſanguis propaginem carnis deſignat, & per carnem homo intelligitur.

*In actis apo. c. 17. in. 5.*

d *In ipſo enim u.* Aug. Quia id operatr̃ ĩ nobis, q uiuimus, mouemur & ſumus. & hoc opus e ſt, quo continet omnia, qa eius ſapientia pertigit a fine uſque ad fi. fortiter & diſ. o. ſ. Per hanc diſpoſitionẽ in illo uiuimus, mo. & ſu, Quod ſi hoc opus ſuũ reb. ſubtraxerit, nec viuem⁹, nec mouebimur, nec erim⁹. Aug In his q̃ creauit oñdit Deus indeſinẽter operari Neq;. n. tãq eius ſuba ſic in illo ſumus, ſicut dr̃ vitã hr̃e in ſemetipſo. Sed cum aliud ſimus q̃ ipſe, non aliud in ipſo ſumus, niſi quia id operatur, q uiuimus, mouemur & ſumus. Et paulo poſt, Nõ cælum & terra, & omnia, quæ in eis ſunt vniuerſa. ſ. ſpiritalis & corporalis creatura in ſe ipſa manet, ſed ĩ illo de quo dr̃, in illo viuimus, mouemur & ſumus, qa ſi ps p̃t eẽ ĩ toto, cui⁹ ps eſt, ipſum to-

*11. de trini. c. 11. n. 3.* *Sap. 8. a* *Ibidem.*

a ¶ Ideo ſuperſtitioſos uos iudico, quia præteriens &c.
ſos uos † iudico. Præteriẽs enim, & a b
a ¶ Deorum, qui uobis ſunt noti. b ¶ Præter aliorum deorum aras.
uidens ſimulacra ueſtra, inueni &
a ¶ Singulis aris titulus ponebatur indicans cui dedicatæ eſſent. b ¶ Q. ignoto dedicata eſt hæc ara.
a aram, in qua ſcriptũ erat: Ignoto
a ¶ Vt ara confitetur. b ¶ Quia aram eius habetis
Deo. Quod ergo ignorãtes coli- c
a ¶ Non noua ut dicitis, ſed hoc idem illud. ſ. ignotum. b ¶ Vt non ſit ignotus Deus. c ¶ Per creaturas creatorem notificat.
b tis: hoc ego annuncio uobis. † Deꝰ d
a ¶ Fructus & habitatores celi & terræ.
q fecit mũdum & omnia, quę ĩ eo
a ¶ Mundi, qui ſignificatur cæli & terræ nomine.
ſunt, hic cęli & terræ cum ſit domi e
¶ Non paruo loco clauditur, nec uariis coloribus diſtinguitur ſicut ſimulacra.
nus, non in manufactis templis f
a ¶ Fit. ¶ Quaſi facientium eum.
habitat, nec manibus humanis g
a ¶ Ad hoc ut colatur vt Deus.
colitur indigens aliquo, cum ipſe h i
a ¶ Animam, quam inſpirat. b ¶ Aerem.
det omnibus uitam & inſpiratio- k
¶ Ex homine. ¶ Adam.
c nem & omnia: fecitque ex uno* l m omne genus hominum, inhabita- n o re ſuper uniuerſam faciem terræ,
a ¶ Ætatum & regnorum. b ¶ .i. fines Gentium ſingulorum.
definiens ſtatuta tempora, & ter- p q
a ¶ Fide. ¶ Ad hoc fecit genus humanum ut quærant Deum.
minos habitationis eorũ † quærẽ- r
¶ Charitate.
re Deum, ſi forte attrectent eũ, aut s
¶ Quæritur ab homine quamuis ſit prope,
inueniat, quãuis nõ lõge ſit ab uno t d quoque noſtrum. † In ipſo enim u

*cit Dionyſius ſe uidiſſe lunam retrocedentem ab oriente, & ſupponente ſe ſoli: tunc enim erat quintadecima, & iterum eam redeuntem ad locũ ſuum uerſus orientem. talis aũt motus lunæ erat contra curſum naturæ: propter quod illa eclypſis non fuit naturalis. Itẽ quia illa eclypſis ſolis incępit a parte orientis, & in eadem parte fuit determinata, ut patet ex dictis. Eclypſis autem naturalis ipſius ſolis ſẽper incipit a parte occidẽtali, & in parte oppoſita terminatur. Item quia in illa eclypſis durauit trib. horis ſ. ab hora ſexta vſq; ad horam nonã, ut habetur Matt. xxvij. e. eclypſis aũt ſolis naturalis non tãtum durat, ſed modico tpe. Hæc igitur, & ſimilia attẽdẽtes philoſophi conſecrauerũt altare Deo, q talia mirabilia faciebat: quẽ uocauerũt ignotũ. & bene ſi cõſideraretur eius excellẽtia q̃ ĩcõphẽſibilis ẽ a quacũq; creatura ẽt btã, & p cõſeq̃ns aliquo mõ ſibi ĩcognita, & multo magis nõ btã. Dixerũt ẽt, q iſte Deus nolebat ſacrificiũ de aĩalibus, ſed de pcib. deuotis & orationib. Cõſequẽter Apoſtolus applicat ad propoſitũ, di.* C

† Pſ. 145. a

c Quod er. ig. c. h. e. a. u. *Ieſum uerum Deũ & hominem. Et hæc applicatio patet ſecundum vltimam inſtitutionem dicti altaris. Cõuenit etiam Chriſto ſecundum primam inſtitutionem, quia dicitur conſecratum miſericordiæ, quia Chriſto proprie nomẽ miſericordiæ conuenit. propri um enim eius eſt miſereri & parcere. propter quod miſericordia uocatur, ſ ſ lxxxiiij. Oſtende no. d. mi. t. & ſa. tu. da. no.*

*Sup. 14. e* *Apo. 14. b*

d Deus qui f. *Hic conſequenter Apoſtolus proſequitur intentum, oſtẽdẽs primo conditionẽ Chriſti, q̃tũ ad diuinitatem. ſcđo quantum ad humanitatẽ, ibi: Et t pa. Circa primum dicit:* Deus qui fe. mun. & o. quæ in e. ſ. *Hanc propoſitionẽ cõcedebãt cõiter philoſophi, uocãtes Deum primã cãm oĩm. Et licet Auerrois neget Deum habere rationem cauſæ efficiẽtis, dicit eũ tamẽ habere rõnẽ cauſę finalis. & imponit Ariſtoteli hoc ſenſiſſe. hoc tamẽ non habetur ex dictis Ariſt. exp̃ſſe. ſed magis oppoſitũ, ut dicũt alij expoſitores Ariſto. Plato autẽ dixit Deũ cauſã efficientẽ mũdi, & ẽt ex tpe. vnde dicitur. viij. phyſi. q ſolus Plato generauit tps. Alij uero philoſophi, qui ponebat mũdũ æternũ, ponebãt tantum vnã cãm efficientẽ oĩm, vt patet de Auicẽna, & multis alijs. & ex hoc conſequẽter declarat, q Deus non concluditur aliquibus locis determinatis, di.*

* ſanguine D † ut quærerent

e Hic c. & t. cum ſit. d. *vt patet ex dictis.*

† 21 q. 1. §. 1. in fi. 6. q 7 c. non obſeruetis in fi.

f Non in ma. ten. ha. *tanquam ibi contentus, ſed magis continet omnia tanquam cauſa, dans eis eſſe & conſeruãs. & ex hoc concludit vlterius quod non indiget ſacrificijs humanis & oblationibus, di.*

g Nec ma. hu. co. *i. ſacrificijs humanis manibus ſibi oblatis.*

h Indi. aliquo. *cum ſit per ſe ſufficiens, & omnia alia eo indigentia. ideo ſubditur:*

i Cum ip. det o. u. *q̃tũ ad ſpirituales creaturas, cuiuſmodi ſunt angeli.*

k Et inſpirationem. *quantum ad animalia, quæ uiuunt per reſpirationem aeris ad refrigerium cordis, in quo conſiſtit uita. Vel per aliquod ſupplens vicem reſpirationis, ut ſunt piſces & huiuſmodi & per hoc intelliguntur homines uiuentes uita ſpirituali quantum ad animam, & corporali, ad reſpirationem.*

l Et omnia. *quia quidquid boni eſt in creatura quacunque, totum eſt a dono Dei.*

m Fecitque ex uno. *ex Adam homine primo.*

n Omne ge. ho. *per generationis continuationem.*

o In habi. ſ. uni. fa. ter. *quia multiplicato genere humano cœperunt inhabitari diuerſæ partes terræ.*

p Defi. ſta. tem. *nam ante diluuium vixerunt homines maiori tempore quam poſt.*

q Et ter. h. eo. *nam in una regione diutius viuunt quam in alia, ſicut in regione Pigmæorum uiuunt homines ix. annis tantum vel circiter. Poteſt etiam aliter exponi, quia determinauit quantum quælibet gens debeat in terra ſua manere, & poſtea ab ea expelli, ſicut Chananæi fuerunt expulſi de terra promiſſionis per filios Iſrael, & ſic de multis alijs. unde dicitur Dan. ij. c. Ipſe mutat tempora & ætates, transfert regna, atque cõſtituit. Conſequenter oſtendit, ad quid fiant iſta prædicta, di.*

r Quærere Deum. *i. ad hoc iſta fiunt, vt homines quærant Deum per cognitionem.*

s Attrectent eum aut inue. *per amorem.*

t Quamuis non longe. *immo prope. quod oſtendit conſequenter, di.*

v In ipſo enim. *ſicut in cã efficiẽte. Nã cauſat in nobis viuere, moueri & eẽ, & ſic ẽ ĩtimior nobis q̃ noſipſi, qa cõiũgit principia ĩtrinſeca. Scđm tamẽ, q uiuere hoĩs eſt intelligere: nã hõ ẽ hõ per intellectum. propter quod dicitur .i. Metaph. Animalia imaginationib. & memoriæ uiuunt:*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Vos u. *hoc patebat ad ſenſum, quia in ciuitate illa erant idola multa. ideo ſubditur:*

*Ara Athenienſium cõſecratio.*

b Præteriens enim &c. Ignoto Deo. *In qualibet enim ara erat titulus ſuperſcriptus illius, cuius erat honori conſecrata, vt Ioui, Mercurio, & huiuſmodi. In hoc autem altari erat talis titulus.* Ignoto Deo. *ſupple conſecratum eſt hoc altare. De cuius conſecratione uarie dictum eſt. Aliqui enim dixerunt, quod fuit conſecratum & inſtitutum a poſteris Herculis, qui poſt eius mortem eiecti de regno ſuo & poteſtate, recurrerunt ad auxilium Athenienſium, per quod reſtituti fuerunt ad ſtatum priſtinum, propter quod dixerunt miſericordiam in Athenis poſuiſſe ſibi ſedem, cui conſecrauerunt aram, ſcilicet quia miſericordia non erat aliqua perſona, quæ fuiſſet nota hominibus, ſicut Iupiter & Mercurius, & huiuſmodi fuerant, quos Gentiles ad Deos tranſlatos eſſe dicebant. vnde & ij. Machab. xi. e. dicitur: Patre noſtro inter deos tranſlato, &c. ideo illud altare intitulatum fuit, Ignoto Deo: & determinatum, quod non fierent oblationes & ſacrificia niſi de gemitibus, lachrymis & precibus miſerorum ibidem miſericordiam poſtulantium. In ſcholaſtica uero hiſtoria dicitur, quod Philoſophi Athenis exiſtentes, & tenebras factas in die paſſionis Chriſti conſiderantes, q non poterant eſſe uirtute naturæ, eo quod non factæ fuerunt per interpoſitionẽ lunæ, ut dicit Dio-*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

eſt, ipſum totū non eſt niſi in illo, a quo conditū eſt. Neq; hoc ſm corpus dr̄, q a & de mundo ſiſr poſſet dici, in quo ſumus, moue. & ui. iō de mente q̄ ad imaginem Dei accipiendū eſt, quodammodo excellenti & intelligibili: quia quid nō ex ipſo, de quo dicitur: Ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia? (Rom. 11. d)

a *Sicut & qui.ueſt.poe.* His qui prophetas nō recipiebant, nō Moyſi, nō Iſaiæ, vel alicuius prophetarum, ſed auctorū ſuorum loqtur teſtimonium, uerſum Arati ponens. & de falſis eorum, quib. contradicere non poterant, ſuam ueritatem conſeruat & confirmat. († ueſtratiū)

b *Ipſi.n.& ge.* De Arato poeta hoc ſumptum eſt teſtimonium, non de diuina pagina, ne noua uideatur inferre.

c *Genus er.&c.non de.* Ra. Homo in medio eſt, hūs Deum ſuperiorem, aurum & argentum cum cæteris huiuſmodi inferiora: quæ non debent ei cōparari. († arte ſculpto & inuento)

d *Deſpiciens d.* Ra. i. ignoſcens ut uenialia, & tunc deſpiciens .i. indigna iudicans ſua noticia.

e *Fidem præ.o.* Rab. Reſurrectionis ſuæ exemplo. Vel ſtatuit iudicare, & poſt ſic iungendum eſt fidem præbens omnibus, quòd reſurgent. († eam hactenus diſſimulārit)

f *Diony.* Be. Hic eſt Dionyſius, qui poſtea epiſcopus Corinthiorum ordinatus bene rexit eccleſiam, ad cuius utilitatem ēt multa reliquit uolumina, cognomē a loco cui p̄erat accipiēs. Ariopagus eſt Athenarū curia, nomē trahēs a Marte, q Græce Arios dr̄, pagus uilla. (In acta apo. c. 17. 20. 5.)

## NIC. DE LYRA.

¶ *homo autē ratione & intellectu. Viuere ēt uiuentibus eſt eſſe, & ſic intelligere eſt eſſe humanum. Eſt etiam moueri ipſius in quantum cæteræ potentiæ mouentur per uoluntatem & intellectum. & ſecundum hoc inducit autoritatem poetæ Arati di.*

F a Sicut & q.p. u.d. *ſ. Aratus & eius ſequaces, cuius autoritas erat Athenienſib. nota & autentica: non ſic autem ſacra ſcriptura, propter quod non allegauit eam. & ſubditur autoritas, cum dicitur.*

b Ipſius & e.g.ſ. *i. propinquitatem ſeu affinitatem ad ipſum habeates, inquantum ſumus intellectualis naturæ, ſicut & ipſe. in qua facti ſumus ad imaginē eius. Veruntamen quia iſta intellectualitas non eſt eiuſdem rationis in ipſo & nobis, ideo non dicimur eius imago, ſed ad imaginem eius facti. Filius autem, qui eſt einſdem naturæ cum patre, dicitur imago eius, in quo apparet excellentia Chriſti reſpectu noſtri.* (Diuiſio)

c Genus er. *Poſita deductione ſua, hic infert concluſionem intentam,* di. Genus er. *i. intellectualis naturæ, tamen infinitis gradibus diſtantibus ab eius perfectione.*

d Non debemus æſti. *Iungatur ſic litera, non debemus æſtimare diuinum i. ens diuinum.*

e Eſſe ſim.au. & ar. *Nam iſta ſunt infra hominem, quia ſunt irrationabilia, & ēt inſenſibilia. Deus aūt ſupra hominem, ut dictum eſt: propter quod latria, quæ eſt cultus Deo debitus, non eſt talib. idolis adhibenda.*

Et

---

a ¶Vtraque uita. b ¶Vtroque modo. ſ. motu membrorum, & diſcurſu locorum. ¶Corporaliter ſiue ſpiritualiter

uiuimus & mouemur, & ſumus ſicut & quidā † ueſtrorū poetarū

a ¶Non natura, ſed ſpiritu eius editi, uoluntate creati, & adoptione recreati, & ideo rectiſſime dictū eſt, genus ip.ſ.

dixerunt. Ipſius enim & † genus ſumus. Genus ergo cum ſimus Dei

¶Opus Dei non debet adorare opera hominum.

non debemus æſtimare auro aut argento aut lapidi † ſculpturæ artis & cogitationis hoīs diuinum eſſe

¶Præterita.

ſimile. Et tempora quidem huius

¶Quibus ignoratus eſt Deus.

ignorantiæ † deſpiciens Deus, nūc

a ¶Per apoſtolos. b ¶Prudentibus. c ¶Perſonæ.

annunciat hominibus, ut omnes

¶In omni loco. ¶Nulla perſona. nullus locus excipitur vel refellitur. a ¶Ad hoc omnia dicta ſunt, vt penitentiam quæ eſt in corde agant in opere. b ¶Quia deo nihil futurum eſt. ¶Dies ſtatutus cauſa penitentiæ eſt.

ubiq; pœnitentiā agāt, eo q ſtatuit diem, in qua iudicaturus eſt or-

a ¶Introducit quod oderant illi, qui reſurrectionem mortuorum non credebant.

a ¶Non ſecundum perſonarum acceptionem. b ¶Homine uero, uirili vel forti. ¶Chriſto. Pater non iudicat quenquam ſed omne iudicium dedit filio.

bē in æquitate ī uiro, in quo ſtatuit fidem præbens omnibus, ſuſcitās eū a mortuis. Cum audiſſent autē reſurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam

a ¶Quaſi id dicam, modo nō credimus, nec reſpuimus.

uero dixerūt: Audiemus te de hoc

a ¶Quaſi excommunicans eos.

iterum. Sic Paulus exiuit de medio

a ¶Non remanentes, ex timore,

eorū. Quidam uero uiri adhærentes ei crediderūt, in quibus & Dio

a ¶Iudex curiæ illius cui nomen Ariopagus.

niſius Ariopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum eis.

---

G f Et tempora. *Hic conſequenter declarat conditionem Chriſti quantum ad humanitatem, in qua inter homines apparuit, annuncians eis uiam ſalutis primo per ſeipſum, poſtea per apoſtolos & diſcipulos alios. & hoc eſt quod dicitur:* Et tempora qui. huius ignoran. *qua cultus diuinus impenditur idolis.*

g Deſpiciens d. *i. nolens ultra Deos durare.*

h Nunc *i. tempore gratiæ.*

i Annunciat hominibus. *Per filium ſuum, & per credentes in eum.*

k Vt omnes ubique pœnitentiam agant. *de idololatria, & aliis peccatis.*

l Eo quòd ſtatuit diem in qua iudicaturus eſt orbem in æqui. *Reddendo debitas pœnas pro peccatis, & præmia pro meritis.* († Progenie)

m In ui.in q.ſta. *i. per uirum per quem diffinit iudicare ſeculum. ſ. hoīem Chriſtum, qui iudicabit in forma hoīs glorioſa, ſicut dictum eſt ſup. 1. c. Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt a uobis, ſic ueniet ſ. ad iudicium, ſicut fuit ibidem expoſitum. & de hoc iudicio dicitur Ioa. v. d. Pater non iudicat quenq̄, ſed oē iudiciū dedit filio. Et quoniam hoc iudicium erit in reſurrectione generali, quā præceſſit reſurrectio Chriſti, ſicut eius exemplar, & cauſa, iō ſubditur.*

n Fidem pr. *Ordinetur ſic litera.*

o Suſcitans e. *ſcilicet hominem Chriſtum.*

p A mortuis. *Quā mortem ſuſtinuit pro ſalute oīm, ex maxima charitate ad genus humanū, & obedientia ad patrē Deū:* Fidem pr.e. *reſurrectionis futuræ, quia reſurrectio Chriſti cauſa eſt, & exemplar reſurrectionis noſtræ.*

q Cum au. *Poſtq̄ deſcripta ē p̄dicatio Pauli hic cōſequēter ponitur auditorū diſtinctio. & diuiditur ī tres ptes. quoniā aliq reſurrectionē mortuorū reputabāt impoſſibilē. de qb. dicitur Quidā qdē irridebant. Alij uero volebant conſiderare, & iſti dixerunt:* Audiemus te de h. ite. *Tertii vero crediderūt. īter quos nōīantur* (Diuiſio)

r Dionyſius Ariopa. *tanquam famoſior.*

s Et m.n.Da. *q̄ ab aliqb. dr̄ fuiſſe uxor eius.*

In c. xvij. vbi dicitur in Poſtil. Item quia eclypſis durauit tribus horis.

H

### ADDITIO I.

Eclypſis ſolaris bñ durat qñq; trib. horis creſcēdo, & minuēdo ī obſcuritate, licet ī mora obſcuritatis valde modico tpe duret.

In eo. ca. ubi dicitur in Poſtil. In ipſo. n. viuimus mouemur & ſumus &c.

### ADDITO II

In hoc dicit Apoſtolus, In ipſo enim uiuimus, mouemur, & ſumus, poſſunt intelligi tria ī q̄ philoſophi principaliter ītēdebant .ſ. ens ī qd principaliter aſpiciūt metaphyſici, q tractāt de ente inq̄tū ens. & de hoc dicit Apl's, ſumus. Scđm principale, eſt motus, de quo tractāt phyſici conſiderantes corpus inq̄tū mobile, vt in libris Phyſicorū & hmōi, de quo apoſtolus dicit, mouemur. Tertium eſt uita, de qua tractant in libris de aīa, & de animalibus, & plantis & huiuſmodi. & de hoc dicit, in ipſo. n. uiuimus. q. d. Apoſtolus philoſophis Athenienſibus, Quamuis nō longe ſit ab uno quoque veſtrum, id eſt, non eſt, nec debet eſſe longe ab unoquoque ueſtrum. Quod dicitur, In ipſo enim uiuimus, mouemur, & ſumus, id eſt, ab ipſo habemus uitam, & motum, & eſſe, circa quorum trium cognitionem communiter laboratis.

---

## GLOS. ORDINA. CAP. XVIII.

Poſt hæc eg. & c. Eo q.p. Clau. diſcedere om. Be. hoc Ioſephus .ix. anno Claudii factum narrat. Suetonius dicit, q Claudius Iudæos Roma expulit. (In acta apo. c. 18. 20. 5.)

☞ Sceno-

## NIC. DE LYRA. CAP. XVIII.

Poſt hæc eg. ab At. *Hic conſequenter deſcribitur prædicatio Pauli in Corintho, & diuiditur in duas partes, qua primo ponitur hæc prædicatio. ſecundo aduerſariorum inſurrectio, ibi: Gallione autem Prima adhuc in duas: quia primo ponitur qdam prædicationi præuium. ſ. eius aduentus ad Corinthum, cum dicit,* (Diuiſio)

b Venit Co. *Quæ eſt ciuitas in prouincia Achaiæ ut patet infra. eo. c.*

c Et inuen. &c. Aq. *Qui tamen in Chriſtum credebat, cum Priſcilla uxore*

## CAP. XVIII.

¶Paulus.

Poſt hæc * egreſſus ab Athenis, uenit Corinthum, & inueniens quendam Iudæum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper uenerat ab Italia, & Priſcillam uxorem eius, eo quod præcepiſſet Claudius diſcedere omnes Iudæos a Roma, acceſſit ad eos,

*uxore ſua, ut manifeſte patet in ſequentibus.*

d Eo quod præ. Clau. diſ.o. Iu. a Roma. *Huius autem imperialis præcepti cauſa non exprimitur. Sed in ſcholaſtica hiſtoria dicitur, q hæc fuit cauſa, quia Iudæi habitantes Romæ familiaritatem contraxerant cum Agrippina eius uxore, & faciebant eam Iudaizare.* (*Paulus.)

e Acceſ.ad.e. *Tum quia erant catholici, tum quia erant eiuſdem artis ſcenofactoriæ, a ſcena quod eſt tabernaculum ſiue tentorium. Operabatur enim Paulus in hac arte pro uicto ſuo habendo, ne grauaret eos, quibus prædicabat, ſumptus ab eis accipiendo, & ut per hoc repellerentur pſeudo apoſtoli propter quæſtum prædicantes.*

¶ Et diſputabat

### MORALITER.

✻ a *Poſt h. & c. ue. Co.* Vbi inuenit Aquilam & eius vxorem Priſcillam, q erāt Chriſtiani, vt patet ex ſequentibus in hoc capitulo.

✻ *Et quia eiuſdem*



A a *Scenofactoriæ ar.* Bed. Quaſi exules & peregrini tentoria ſibi, quibus in via vtantur, ædificant. Be. Scenæ vel ſcenomata obumbracula, quæ ſagis vel arborum frondibus, uel uirgultis ueteres componebant. Myſtice. Sicut Petrus a fluctibus ſeculi per retia fidei extraxit, ſic Paulus umbracula protectionis erigendo ab vmbra criminis, ardore tentationis, & a ventis inſidiarum verbo & opere defendit. (In acta apo. c. 18. 20. 5. Ibidem.) (Myſtice)

b *Sanguis ue.* Raba. Annunciaui uobis iniquitatem ueſtram. Si iniquo non annunciaueritis iniquitatem ſuam, ſanguinem eius de manu tua requiram. (Ezec. 3. c)

c *Titi Iud.* Beda. Aut proprium nomen viro fuit. Aut merito iuſticiæ ſic cognominatus eſt. Non fuit hic Titus diſcipulus Pauli, cui ipſe epiſtolam ſcripſit, & Cretæ epiſcopum ordinat, cum quo & Barnabas aſcendens Ieroſolymam, contulit euangelium cum apoſtolis, inquirens in conſilio eorum an recte prædicaret per baptiſma fidei Gentes ſine circuncisione ſaluari: non quia ipſe de hoc dubitaret, ſed vt mentes dubitantium apoſtolorum autoritate confirmaret. (Tit. ſup.) (Epiſthac)

d *Incipiente au. Pau.* Ra. Implendo illud: Ne taceas: propter quod ego ſum tecum. Et ex hoc apparet Deū cum eo feciſſe, di.

e *De uer.* Q. de uerbo declarato nunc & narrato .i. euangelio: *& n.* Ieſu. & Dei uel Dei patris. In Græco, apprehendentes omnes Græci Soſthenem.

B ☞ *Qui ſibi*

## NIC. DE LYRA.

c Et diſputabat in ſynag. per omne ſab. *Hic ponitur Pauli prædicatio, cum dicitur* Et diſputa. in ſy. per omne ſab. *aliis autem diebus intendebat operi manuali.* († Inſtigat)

d Cum ueniſſent autem &c. inſta. uer. *prædicationis. Quod autem ſubditur in aliquibus libris: euangelij, non eſt in libris correctis, ſed ſubintelligitur. Ante aduentum autem Sylæ & Timothei prædicabat Paulus, tamen in diebus ſabbatorum, ſed poſt eorum aduentum cœpit prædicare frequentius.*

e Teſtificans Iudæis Ieſum eſſe Chriſtum. *in lege & prophetis promiſſum. & hoc per teſtimonia legis & prophetarum.*

f Contradicenti. autem & blaſ. *ipſum Ieſum.*

g Excutiens ueſti. ſua. *in ſignum quod fecerat debitum ſuum de annunciando eis uerbum veritatis.* († attrito)

h Sanguis ueſter ſuper caput ueſtrum. *id eſt pœna debita ueniet ſuper uos ex rebellione ueſtra.*

i Et migrans inde. *non tranſiens ad aliam ciuitatem, ut patet ex ſequentibus, ſed ad alium locum eiuſdem ciuitatis. ideo ſubditur:*

k Intrauit in domum cuiuſdam nomine Titi, *prius autem manebat in domo Aquilæ & Priſcillæ.*

l Cuius domus erat coniuncta ſynagogæ *per hoc enim Paulus poterat facere maiorem fructum in prædicatione, eo quod populus conueniebat illic. ideo ſubditur:*

m Criſpus autem. *iſte eſt quem baptizauit Paulus, ſicut ſcribit .i. Cor. i. Cætera patent uſque ibi:* († deinde commoratus fuiſſet)

n Sedit autem ibi: *id eſt manſit. ſicut dicitur Deute. i. g. Sediſtis ergo in Cadesbarne multo tempore. id eſt manſiſtis.*

---

&quia eiuſdē erat artis, manebat apud eos & operabatur. Erant autem † ſceno

a ¶Faciendo tabernacula vel funes, quia ſcenos Græce Latine funis. ¶Scenæ tabernacula dicuntur quæ obumbrant.

factoriæ artis. Et diſputabat in ſynagoga per omne ſabbatū, interponens nomē domini Ieſu, ſuadebatq; Iudæis & Græcis. Cum ueniſſēt autem de Macedonia Sylas & Timotheus, † inſtabat

¶Euangelio. a ¶Deum eſſe, uel Ieſum hominem, illum eſſe Chriſtum .i. Deum.

uerbo Paulus, teſtificans Iudæis eſſe Ieſum Chriſtum. Contradicentibus au

a ¶Chriſtum non eſſe.

a ¶Euangelii complet præceptum, excutite puluerem &c.

tem eis & blaſphemantibus, excutiens

a ¶Reatus ueſtræ mortis cadat.

ueſtimenta ſua, dixit ad eos. Sanguis

a ¶Animam. b ¶Ad deſignandum mundiciam ab hoc ſanguine excuſſit ueſtimenta.

ueſter ſuper caput ueſtrum: Mundus ego † ex hoc ad Gentes uadam. Et migrās inde, intrauit in domum cuiuſdā

¶Gentilis. a ¶Hoc non fruſtra dicitur, ideo Deum colebat quia de proximo legem audiebat.

nomine Titi Iuſti colentis Deū, cuius domus erat coniuncta ſynagogæ. Cri-

a ¶Hic eſt quem a ſe baptizatum Paulus ait. Neminem baptizaui niſi Griſpum & Gaium. b ¶Princeps illius ſynagogæ cui domus coniuncta erat.

ſpus autē archiſynagogus credidit domino cum omni domo ſua, & multi Corinthiorū audientes credebāt & baptizabātur. Dixit autem dominus no-

a ¶Proximam oſtendit tentationem.

cte per uiſionē Paulo: Noli timere, ſed

a ¶Euangelium. b ¶Veritatem propter timorem.

loquere, & ne taceas. Propter qđ ego

a ¶Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.

ſum tecum, & nemo † apponetur tibi ut † noceat te, quoniā populus eſt mihi multus in hac ciuitate. Sedit aūt ibi annum & ſex menſes docēs apud eos uerbum Dei. Gallione autem procon

a ¶Regionis, in qua eſt Corinthus.

ſule Achaiæ inſurrexerunt uno animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum

a ¶Vbi proconſul ſedebat.

ad tribunal dicentes: Quia contra legē

a ¶Alterum Ieſum, uel Deum Iudæorum, ſed aliter coli præcipit .i. quaſi patrem.

hic perſuadet hominibus colere Deū.

a ¶Iuxta illud. ne taceas, propter quod ego ſum tecum.

Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Iudæos: Si quidē eſſet † in

a ¶Scelus manifeſtum etiam Gentibus, & magnum.

iquum aliquid, aut facinus peſſimū ò

a ¶Ad Iudæos enim loquitur. b ¶Iudex inter uos eſſem.

uiri Iudæi, † recte uos ſuſtinerē m. Si uero quæſtiones ſūt de uerbo & nomini

a ¶Non noſtræ, nec nobis notæ. b ¶Iudicetis.

bus legis ueſtræ, uoſipſi uideritis: Iudex ego horū nolo eē. Et † minauit eos

a ¶In Chriſtum credentes.

à tribunali. Apprehendentes autē om

a ¶Infidelem. b ¶Iudæis cum ignominia expulſis a tribunali Gentiles principem eorum maiore contumelia uerberantes afficiebant.

nes Soſthenem principem ſynagogæ percutiebant eum ante tribunal, & nihil eorū Gallioni curæ erat. Paulus ue-

a ¶Cura pro ablatiuo. uel curæ pro datiuo.

a ¶Perſecutionem maiorem, uel morā. b ¶Annum & ſex mēſes.

ro cum † adhuc ſuſtinuiſſet dies mul-



---

C o Gallione autem. *Hic conſequenter deſcribitur aduerſariorum inſurrectio contra Paulum. & patet litera uſque ibi:*

p Dicentes quia. c. l. hic perſuadet. *ſ. cōtra legem Moyſi docet, quia lex Moyſi docet colere Deum per ceremonias legis, quas Paulus debere ceſſare dicebat, ut patet in epiſtolis ſuis in pluribus locis.* († ars illorū texere tabernacula) (- interponēs nomē domini Ieſu)

q Incipien. au. Paul. ape. os. *ad reſpondendum:*

r Dixit Gal. ad Iud. *reſpodens pro Paulo.* († coartabatur ſpiritu)

s Si quidem eſſet ini. ali. *inferendo nocumentum alteri in rebus ſuis furto, rapina uel aliquo huiuſmodi.*

t Aut fa. peſ. *nocendo alteri in perſona propria, uel ſibi coniuncta, vtpote in uxore, uel prole, quod eſt peius, quam ferre nocumentum in rebus.*

v Recte uos ſ. *audiendo quærimoniam ueſtram, & faciendo iuſticiam.*

x Si ue: quæſtio. *erat enim Gentilis, & ideo non curabat, nec ad eum pertinebat diſcutere quæſtiones Iudaicæ legis.*

z Et mi. e. a tri. *tanquam detinentes tempus in friuolis.*

a Apprh. au. o. *ſcilicet miniſtri proconſulis, qui tales repulſos a iudice ſolent percutiendo expellere.*

b Paulus ue. *Hic conſequenter deſcribitur Pauli in Epheſo prædicatio: & hoc dupliciter. primo in ſuo aduentu. ſecundo in ſuo reditu. ca. ſe. Prima in duas. ſ. in partem principalem, & incidentalem, quæ incipit ibi: Videns autem. Circa primum dicitur:* Paulus uero cum adhuc ſuſtinuiſſet. *i. expectaſſet dies multos in Corintho.* (Diuiſio)

¶ Fratribus.

### MORALITER.

D ✻ a *Et quia einſ. e. ar. & c. & opera.* Licet autem poſſet accipere ſumptus ab illis, quibus prædicabat, tamen operabatur manibus ne grauarentur. Vnde dicit Memores enim facti eſtis fratres laboris noſtri, & fatigationis nocte ac die operantes, ne aliquem veſtrum grauaremus. Et inf. xx. g. dicit, Argentum autem & aurum aut veſtem nullius concupiui, ſicut ipſi ſcitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. In hoc autem Paulus apoſtolus dedit exemplum epiſcopis, qui ſunt ſucceſſores apoſtolorum, ne grauent in expenſis abbatias & prioratus, quando viſitant ſuas dioceſes. & ſimiliter archidiaconibus, & quibuſcunque aliis viſitantibus ſuos ſubditos. Item operabatur in faciendis tabernaculis, ſicut dicitur in textu. († adoriēte) (2. Theſſa. c. 3. b.) († iniuria aliqua)

b *Erant autem ſce. ar.* Tabernacula vero ſunt domus portatiles ad protegendum habitantes in eis ab ardore ſolis, & pluuiis & a ventis. Per quæ moraliter ſignificatur doctrina Pauli per quam protegimur ab ardore cupiditatis, & a pluuiis carnalitatis, & a ventis ſuperbiæ, & uanitatis, ſicut patet ſuas epiſtolas intuenti. († abiegit)

f *Contradicentibus.* ſegregauit ſe, & ſuos ab illis propter eorum obſtinationem, & iunxit illis in quibus poterat proficere per doctrinam. & ibi diu manſit ſecundum diuinam monitionem, ut in textu patet Et hoc faciens dedit exemplum aliis prædicatoribus in ſimili caſu ſimiliter faciendi.

o *Gallione au. procon. Achaiæ.* Sequitur, y *Iudex ego.* In hoc dedit exemplum aliis iudicibus, vt non intromittant ſe de impertinentibus ad ipſos. *Qui ſibi in tonde. in Cenc. c.* moraliter autem tondere, & ſuperflua deponere, & hoc prædicatoribus euangelii neceſſe eſt.



✻ *Iudæus autem*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Qui ſi.to.* Ra. Paulus uel Aquila. Vt multi putant, Paulus uel timore Iudæorũ, uel auiditate conuertẽdi eos Ambigue dictum eſt, ſed ſecundum Hiero. de Paulo eſt intelligendum.

*In actus Apo. cap. 18. tom. 5.* b *Cenchris.* Bed. Portus eſt Corinthi, vbi nauem aſcẽſurus caput ex uoto totõdit iuxta legẽ, qui ſe Deo uouerãt comã nutriebãt, dũ Nazarẹi fieri uolebãt, & poſt eã tõdẽtes igni tradebãt Hoc ergo fecit Paulus, nõ oblitus quid de abolitiõe legis cũ aliis apl'is ſtatuerat Ieroſolymis, ſed ne ſcãdalizaret credẽtes ex Iudẹis, ſimulauit ſe Iudẹũ, ut Iudẹos lucrifaceret Quidã codices hñt, totõderũt caput Priſcilla & Aquila, ſed Aug. & Hier. ſingl'i numero de Paulo interpretãtur Hiero. ſic ponit, Nauigabat Syriam, & cum eo Priſcilla & Aquila, & totondit caput in Cenchris. uotum enim habebat. *Num. 6. a* *apud ſe *Oportet omnino me feſtum quod inſtat, agere in Ieruſalem.

c *Cæſaream.* Ra. Cæſarea metropolis eſt Cappadociæ. Nondum in Syriam Phænicis uenerat.

d *Contulit mul.* Alia trãslatio, profuit multum credentibus per gratiã. hoc eſt, quod Apoſtolus ſcribit, Ego plãtaui, Apollo ri. &c. *1. Cor. 3. b*

NIC. DE LYRA.

a Fratribus ua. na. in Syr. *id eſt uerſus Syriam, quia tunc venit Epheſum vt patet ex ſequentibus, quæ non eſt in Syria, ſed in Aſia.*

b Qui ſi.to. in Cench. *Qui eſt portus Corinthiorum.*

c Caput. *ſecũdũ ritũ Nazareorũ cõpleto tẽpore voti ſui. Hoc enim fecit Paulus, qui erat natione Iudeus ad euitandum Iudeorum ſcandalum, ut dictum eſt ſu. xvi. ca. de circũciſione Timothei. ideo vero noluit ſpiritusſanctus, vt in primitiua eccleſia non ſtatim inhiberetur his, qui ex Iudæis conuertebantur obſeruatio legalium, ſicut inhibebatur his, qui ex Gentilibus conuertebantur, Gentilitatis ritus, vt inter hos ritus differentia oſtenderetur. Nam Gentilitatis ritus reputabatur tanquam omnino illicitus & ſemper a Deo prohibitus. Ritus autem legis ceſſabat, tanquã impletus per Chriſti paſſionem, utpote a Deo in figuram Chriſti inſtitutus, quæ ceſſat adueniente ueritate. Sed non ſtatim oĩno ceſſare debuit, ne ab aliquibus crederetur ſemper fuiſſe illicitus, ſicut Gentilitatis ritus, propter quod conuerſis de Iudaiſmo licebat legalia obſeruare tempore medio inter paſſionem Chriſti, & publicationem euangelii, ſic tamen, quod non ponerent fidem credentes, quod ſine tali obſeruatione fides Chriſti non ſufficeret ad ſalutem.* F

† libere loqui

d Deuenitque Epheſum, & illos ibi reliquit.

*a Chriſtianis. b Benedicens. c Redit de Europa in Aſiam, ſed breuiter anticipat.*

tos, fratribus ualefaciens nauigauit in a

*a Fides mutauit ordinem. Vnde: Non eſt maſculus uel fœmina.*

Syriam, & cum eo Priſcilla & Aquila,

a b qui ſibi totonderat in Cenchris caput: b c

*Eundo.*

habebat enim uotũ. Deuenitq; Ephe- d

*a Priſcillam & Aquilam. b In Epheſo.*

ſũ, & illos ibi reliquit: ipſe uero ingreſ- e

ſus ſynagogam diſputabat cum Iudẹis

Rogantibus autem eis, ut ampliori tẽ- f

pore maneret*, non conſenſit: ſed uale- g h

faciẽs & dicẽs, *iterum reuertar ad uos i

*a Secundum illud, Si Deus uoluerit, etſi dixerimus &c.*

Dẽo uolente, profectus eſt ab Epheſo. k

*a Cappadociæ, uel Paleſtinæ. A Cæſare Auguſto ſic vocatam b Pro loco, uel merito.*

c Et deſcẽdẽs Cæſarem aſcendit, & ſalu-

*Fideles. Syriæ.*

tauit eccleſiam, & deſcendit Antiochi

*Vt ante ſolitus erat.*

am. Et facto ibi aliquãto tempore, pro

fectus eſt perambulans ex ordine Gala

*a Quia prius crediderant.*

thiam regionem, & Phrygiam, confir- l

*a Suos uel Chriſtianos. b Supra dictum erat, deuenit Epheſum, & illos ibi reliquit.*

mans omnes diſcipulos. Iudæus autẽ m

*a De Alexandria natus.*

quidã Apollo nomine, Alexandrinus n o

genere, uir eloquẽs, deuenit Epheſum

*Veteribus.*

potẽs in ſcripturis. Hic erat edoctus ui p q

*a Fidem Chriſti. b Suo uel ſancto. c Prædicabat Ieſum.*

ãm domini, & feruẽs ſpiritu loquebatur r

tur & docebat diligenter ea, quę ſunt Ie

*a Quod ſolum in aqua ſine ſpiritu erat.*

ſu: ſciens tantum baptiſma Iohannis: s

*a Cum fiducia Iudæis prædicare.*

Hic ergo cœpit † fiduciãliter agere in ſy

*Prædicantem.*

nagoga. Quem cum audiſſent Priſcil-

*a Ad hoſpitium, uel priuatum colloquium.*

la & Aquila: aſſumpſerũt eum, & dili-

*a Dicentes ſpiritum eſſe neceſſarium.*

gentius expoſuerunt ei uiam domini.

*a Ad Corinthios.*

Cũ autem uellet ire Achãiam, exhorta

*a Priſcilla & Aquila, & cęteri fideles. Qui erant Corinthi.*

ti frãtres ſcripſerunt diſcipulis, ut ſuſci

*a Ne timerent quaſi Iudęum. b Conſolationem. Ego plantaui, Apollo rigauit. Deus incrementum dedit.*

d perẽt eum. Qui cum ueniſſet, contulit t u

*a Prius Paulo prædicanti: b Sic conſolabatur. quia uincendo Iudæos conſolabatur Chriſtianos.*

multum his, qui crẽdiderunt * Vehẽ-

menter. n. Iudæos reuincebat, publice

oſtẽdẽs p ſcripturas eẽ Chriſtũ Ieſum.

liquit *ſ. Aquilam & Priſcillam.* G

e Ipſe uero ingreſſus ſynagogam, diſputabat. *Oſtendens per ſcripturas in Ieſu Nazareno promiſſiones patrum eſſe completas.*

f Rogan. au. ut am. tem. man. *ad pleniorem informationem.*

g Non conſenſit. *Volens alibi proficiſci, vbi nondum prædicatum erat euangelium, ordinauit tamen ibi miniſtros eccleſiæ ad fidelium inſtructionem.*

h Sed ua. & dicens. *Ad ſui excuſationem, & eorum conſolationem:*

i Ite. reuer. ad uos. *Quod etiam fecit, vt patet c. ſe. Quod autem in aliquibus libris interponitur: Oportet me diem ſolennem aduenientem facere Ieroſolymis, non eſt de textu, nec eſt in libris correctis, quia nec tunc Paulus iuit in Ieruſalem, ſed poſtea per magnum tempus.*

k Et deſcendens Cæſ. *Quæ eſt metropolis Cappadociæ, vt dicit glo. Alia autem eſt Cæſarea Philippi in prouincia Phœnicis. & iterum alia in Palæſtina de quibus habitũ eſt ſupra. Cætera patent uſque ibi:*

l Confirmans omnes di. *id eſt Chriſtianos in fide Chriſti.*

m Iudæus au. *Hæc eſt pars incidentalis, in qua occaſione prędicationis Pauli de qua ſanctus Lucas locutus fuerat, facit mentionem de prædicatione, quam Apollo fecit ibidem, di.* Iudæus autem. qui. *natione.*

n Apollo no. *exprimitur eius nomen, quia erat famoſus.*

o Alexan. ge. *i. in Alexandria natus per diſperſionem Iudæorum, quam fecerat Antiochus.*

p Potens in ſcri. *legis & prophetarum.*

q Hic e. e. u. d. *i. euangelium Chriſti, imperfecte tamen. ideo ſubditur:* H

s Sciens ta. *Sed Aquila, & Priſcilla, qui remanſerant Epheſi, hanc imperfectionem ſuppleuerunt. Ex quo patet quod dictum ẽ ſupra ĩ principio ca. eos eſſe Chriſtianos.*

t Qui cum ue. *ſ. in Achaiam, in qua eſt Corinthus.*

u Contulit. *prius per prædicationem Pauli. propter quod Paulus dicit: Ego plantaui, Apollo rigauit.* *1. Cor. 3. b*

MORALITER.

✠ *m Iud. a. q̃ a.* q interpretatur mirabilis. ideo ſignificat prædicatorem, qui debet eſſe mirabilis in bona vita, & etiam in doctrina ſana, ideo ſubditur.

*p Potẽs in ſcr.* i. deuotus. ideo ſubditur

*r Et fer. &c. Quẽ cũ au. Priſ. & Aq.* Per hoc aũt, q̃ vir tantæ excellentiæ doctrinam ſimplicium perſonarum ſuſcepit humiliter, & deuote, arguuntur illi, qui ex ſua præſumptione dedignantur ab alijs diſcere veritatem. *per gratiam.

GLOS. ORDINA.
CAP. XIX.

*In acta apo. c. 19. to. 5.* F*Actum eſt.* ſequitur:

a *Iohan. bap. b. pę.* Be. Nõ peccata remiſit, ſed pœnitentiam docuit. Nam ſicut circunciſio in patriarchis ſignaculum fidei, quam habebant, fuit, ita & hoc lauacrum populus pœnitẽs, quaſi ſignaculum ſuæ deuotionis accepit: quod Chriſti baptiſma, in quo fit remiſſio, figurabat. Raba.

☞ Non eſt

NIC. DE LYRA.
CAP. XIX.

FActum eſt. *Hic conſequenter deſcribitur prędicatio Pauli apud Epheſum in ſuo reditu. Circa quam primo ponitur prædicatio hæc. ſecundo quorundam præſumptionis repreſſio ibi:*

CAP. XIX.

*Dictũ eſt Apollo, uenit Epheſũ illuc ẽt Paulus redit vbi Priſcillã reliquit.*

FActũ ẽ autẽ cũ Apollo a

ẽet Corĩthi, ut Paul'

pagratis ſupioribus

ptibus ueniret Ephe-

*a Baptizatos ab Apollo, uel Iohanne, ſecundũ Aug.*

ſũ, & inueniret quoſdã de diſcipulis. Di b

*a Si poſt baptiſma manus impoſitionẽ, qua ſpũs datur, accepiſtis?*

xitq; ad eos. Si ſpiritũſctm̃ accepiſtis c

† credẽtes. At illi dixerũt adeũ: Sed neq; d

ſi ſpũſſctũs ẽ audiuim⁹. Ille uero ait: In e

*Baptiſmate. ſ. pęnitentiæ uel indulgentiæ.*

quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerunt:

*Pęnitentiæ ſ.*

In Ioannis baptiſmate. Dixit ãt Paulus:

a Ioannes baptizauit baptiſmo pęniten- f

ſio ibi: *Tentauerunt autem. prima in duas: quia primo deſcribitur doctrina Pauli quantum ad veritatem baptiſmi. ſecundo quantum ad prædicationem euangelij, ibi: Introgreſſus autem. Prima patet uſque ibi:*

c Si ſpi. ac. *ſ. in ſigno ſenſibili, quia tunc ſic dabatur baptizatis per impoſitionem manuum apoſtolorum.*

d Sed neque. *Hoc modo datus vel dandus.*

e Audiuimus. *licet audiuiſſent quod Deus eſſet trinus & unus. cætera patet uſque ibi:* † poſtea credidiſtis

f Iohannes baptizauit. *Erat enim*

¶ *baptiſmus*

MORALITER.

✠ *a Factum autem.* Sequitur:

*b Dixit &c.* ſcilicet Paulus. Si ſpiritum

✠ *ſanctum*



☞ Non eſt baptiſma, quod non datur in nomine trinitatis. Bapti A zati a Iuda non rebaptizantur, quia in fide trinitatis. ſed baptizati a Iohanne, quia Iohannes in aqua tantũ, Chriſtus in ſpiritu ſancto baptizat. Cum ergo bonus vel malus miniſter baptizat, ſi plena eſt trinitatis fides, dñs baptizat. In aqua uero ſola a Iohanne baptizati, a Paulo ſunt baptizati. Be. Quæſtio eſt, ſi ille, q̃ p igno rantiam forte a non baptizato, ſed tamen rectæ fidei baptizatus eſt debeat rebaptizari? Quam hoc capitulo expoſitam reor. Quid enim differt, an tunc ante initium baptiſmi Chriſti, an nũc a quo piam ſine ſuſceptione eiuſdem quiſquam baptizaretur? cũ quo Iohannes in fide & nomine Chriſti uenturi baptizauit, iterum baptizandos prædicauit, dicens: Ego baptizo in aqua, ille baptizabit in ſpirituſancto. *Quæſtio in actus Apo. 19. a. 3* *† De cõſe. di. 4. c. a quodam. Ioh. 1. c Mat. 3. b*

a *Erant autem om.* Ra. Iudicia Dei abyſſus multa. Ecce Aſia prius apoſtolorũ viſitatione indigna, nũc apoſtolico numero ſacrata, & prophetię munere eſt ſublimata. Et notandum, q̃ ſpirituſanctus hic in duodecim diſcipulos, & ſupra in ca. xx. (qui numerus perficitur duodenario decies ducto) aduẽtus ſui ſigna monſtrauit, illud in Ieruſalẽ, hoc in Epheſo, quæ eſt ciuitas Græcorum. In quo oſtenditur illos tantum ſiue de Iudæis ſiue de Gentibus ſpiritum replere, qui ſunt in catholica unitate. *Act. 1. 4. f* *ſupra.*

b *Quotidie diſp in ſch.* Be. Ab hora quinta uſq; ad hora nonam & decimam, ſicut traditur a quibuſdam, quia horas operi quinq;, alias quinq; doctrinæ, duas dabat cibo & orationi quod nulla tamen autoritate firmatur. *Philip. † male loquentes uiam*

c *In ſchola tyr.* Rab. Pro dignitate. Vel proprium nomen. & interpretatur cõtinens eos uel confirmans.

B d *Per biennium.* Be. Hoc tempore Paulus in Epheſo ſcripſit primam epiſtolam ad Cor. *Vt ſup.*

e *Semicinctia* Ra. Veſtes ex uno latere pẽdentes. uel zonæ ſiue ueſtes nocturnę. uel genus ſudarii, quo Hebrẹi utuntur in capite.

f *Exorciſtis.* Be. Ioſephus: Excogitauit Salomon & docuit ſuos modos exorciſmi. i. coniurationis, quibus immundi ſpiritus expulſi nõ audebant ad homines reuerti. Fit autem hoc per reprobos ad condemnationem ipſorum, et utilitatem eorum, qui uidẽt & audiũt, quia licet illos deſpiciant, qui ſigna faciunt, tamen Deum honorant, ad cuius inuocationem fit. *Vt ſup.*

g *Erant autem* Be. In Græcõ: Erant autem eiuſdem Scenæ proprium nomẽ ſacerdotis, interpretatur uero uulpecula clamans uel loquens. *Vt ſup.*

h *Septem fi. &c.* Bed. Quoniam ſathanas transfigurat ſe in angelum lucis, miniſtros etiam ſuos eadẽ ſimulatione colorat. vnde quia per ſeptenarium gratia ſpirituſſancti deſignatur, in qua figura X p̃s poſt reſurrectionẽ cũ ſeptẽ diſcipulis eſt epulatus: filii Scenę quaſi ſpũs malos expulſuri, ſeptenario cen- *Vt ſup.* *Ioan. ult. d*

☞ ſentur, qui

tiæ populum, dicens, † in eum, qui a

*Baptizando. a Quaſi dicatur, credere in ſpiritumſanctum non eſt Iohanni contrarium, ratione cuius ipſe præcurſor fuit.*

uenturus eſſet poſt ipſum, ut crẽde-

*a Dicentem Ite baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & ſpirituſancti.*

rent, hoc eſt in Ieſum. His auditis b

*a Non rebaptizati, quod audierant Iohanni congruere.*

bãptizati ſunt in nomine domini Ie-

*Conſummationis.*

ſu. † Et cum impoſuiſſet illis manus

Paulus, venit ſpirituſſanctus ſuper

*a Signum conſuetum ſpirituſſancti ſuſcepti. b Docendo uel futura prædicando.*

eos, & lõquebantur linguis, & pro-

a phetabant. Erant autem omnes uiri

fere duodecim. Introgreſſus autem c

*Breuiando tacet quid loquebatur.*

ſynagogam † cum fiducia loqueba- d

tur per tres menſes, diſputans & ſua- e f

dens de regno Dei. Cum autem qui g h

dam indurarentur, & non crederent

*a Non ſolum non credentes. b Doctrinam.*

† mãledicentes viãm domini coram i k

*a Hereticum hominem poſt primam & ſecundam correctionem deuita. b Ne inficerentur infidelium blaſphemiis.*

multitudine, diſcẽdens ab eis ſegre- l m

b gauit diſcipulos, quotidie diſputans n

*a I. in ædificio in quo tyrannus docebat. In illo loco prædicat ut ubi abundauit perfidia, fides floreat.*

c in ſchola tyranni cuiuſdam. Hoc au o p q

*Diſputatio in ſchola.*

d tem factum eſt per biennium, ita ut r

*Minore.*

omnes, qui habitabant in Aſia, audi

rent uerbum domini*, Iudæi atque

*a Nulla erit impoſſibilis Deo, qui nullo impeditur loco. b Non modicas. Nulla uirtus Dei modica eſt*

Gentiles. Virtuteſque non † quaſi- ſ t

bet faciebat Deus per manum Pauli

*Faciebat. Suo more narrationes breuiat.*

ita ut etiam ſuper languidos defer- u

*a Quibus laborantium ſudor tergitur.*

e rentur a corpore eius ſudãria & ſe-

*a Zonæ, uel genus ueſtis, vel ſudarij.*

micinctiã, & recedebant ab eis languores, & ſpiritus nequam egrediebantur. Tentauerunt autem qui- x

*a Inconſtantibus.*

dam & de circũmeuntibus Iudæis

*a Exorciſta adiurator. Quibus ars erat exorcizandi.*

f exõrciſtis inuocare ſuper eos, qui habebant ſpiritus malos, nomen do-

*Ecce exorciſmus.*

mini Ieſu, dicentes: Adiuro uos per

*a Nos non prædicamus. ecce ſignum infidelitatis.*

g Ieſum, quem Paũlus prædicat. Erant

autem cuiuſdam Scenæ Iudæi prin- y

h cipis ſacerdotum ſeptem filii, qui

e Diſputans. *cum contradicentibus.* C

f Et ſuadens. *audientibus uoluntarie.*

g De regno Dei. *id eſt de ſuperna felicitate, quæ conſiſtit in aperta Dei uiſione, ſcilicet deitatis principaliter, & humanitatis ſecundario. ſuadebat etiam de modo veniendi ad hanc beatitudinem, quę eſt per fidem charitate formatam.*

h Cum autem quidam indurarentur. *in ſua infidelitate.* † Mat. 3. c

i Maledicentes uiam domini. *id eſt doctrinam Chriſti.*

k Coram multitudine. *quod erat ſignum obſtinationis eorum.*

l Diſcedens ab eis. *Paulus.*

m Segregauit diſcipulos. *id eſt credentes, ne inficerentur uerbis obſtinatorum.*

n Quotidie diſputans. *ad declarationem euangelicæ ueritatis.*

o In ſchola. *id eſt in ædificio de quo Paulus ſcholam fecerat.*

p Tyranni cuiuſdam. *Dicunt aliqui, quòd Tyranni eſt proprium nomẽ illius cuius erat ædificium. Alij uero dicunt, q̃ eſt appellatiuũ & accipitur tyrannus hic pro homine potente & fecerat ibi Paulus ſcholam, ut obſtinati timerent eum impedire propter domini loci poteſtatem. ideo ſubditur:*

q Hoc autem factum eſt per biennium. *pacificè.*

r Ita ut omnes, qui habitabant in Aſia, audirent uerbum domini. *id eſt audire poterant libere.*

ſ Virtutes. *ad confirmationem huius doctrinæ.*

t Non quaſlibet faciebat Deus. *id eſt non modicas uel communes, ſed multas & excellentes. unde ſubditur:*

u Ita ut etiam ſuper languidos deferrentur a corpore eius ſudaria. *quod eſt maius, quàm ſi per tactum Pauli, vel eius orationem fierent talia.*

x Tentauerunt autem. *Poſtquam deſcripta eſt prædicatio Pauli, hic conſequẽter ponitur præſumptionis quorundam repreſſio, qui uolebant dæmones expellere ab obſeſſis virtute nominis Chriſti a Paulo prædicati, in quem tamen non credebant. Et patet litera uſque ibi:* D *Ieſu

y Scenæ Iudæi principis ſacerdotum. *Eſt autem Scenæ nomen proprium illius principis ſacerdotum.* † vulgares

¶ Ieſum

MORALITER.

✠ ſanctum accepiſtis credentes, &c. Per hoc oſtenditur, q̃ bonus prælatus & curatus debet eſſe ſolicitus circa neophytos, ut pote ne forte circa eos aliquid ſit omiſſum de neceſſariis ad ſalutem uel eccleſiæ ſacramenta, ut ſic modo debito ſuppleantur omiſſa, ſicut in propoſito Paulus fecit.

*b Cum autem quidam indurarentur, & non crederent maledicentes uiam domini coram multitudine diſcedens ab eis ſegregauit diſc.* ne a dictis maledicis interficerentur.

*o Quotidie diſputans in ſchola tyranni cui.* Tyrannus dicitur a tyro Græce, quod eſt fortis Latine. Paulus enim accepit domũ per locationem a quodam uiro potenti, cuius timore aduerſarii Pauli non auderent moleſtiam facere ſibi, & ibi fecit ſcholam, ſecundum ſenſum literalem. Moraliter autem per iſtum fortem & potentem ſignificatur Chriſtus. qui dicit de ſeipſo. Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra. Domus autem eius eſt eccleſia, in qua doctor catholicus habet ſcholam, quando docens tenet Chriſti & apoſtolorum doctrinam. quod non faciunt hæretici, hanc doctrinam deprauantes, ne doctores uane glorioſi curioſa & inutilia docentes. *Mat. ult. d.*

*x Tentauerunt au. q. & de cir.* Per iſtos, qui abutebantur nomine Chriſti cum eſſent increduli, ſignificantur eccleſiæ miniſtri indigne ſacramenta miniſtrantes, in quibus fit inuocatio nominis diuini. Et ſicut illi fuerunt a dæmoniaco nudati, & uulnerati corporaliter, ut dicitur in textu, ſic & iſti indigne ſacramenta miniſtrantes denudantur bonis gratuitis, & in bonis naturalibus uulnerantur.

✠ *Multi*

NICOLAVS DE LYRA.

¶ *baptiſmus Iohannis, quædam proteſtatio faciendi pœnitentiam & diſponendi ſe ad baptiſmum Chriſti, in quo datur gratia iuſtificans.*

a Dicens in eum, qui venturus eſſet poſt ipſum ut crederent &cæ. *Hoc enim prædicabat Iohannes, ut patet Matthæi. iij. & Ioh. 1.*

b His auditis baptizati ſunt in nomine domini Ieſu. *In hac enim forma dabatur baptiſmum in primitiua eccleſia. rationibus dictis ſupra. ij. ca. Cætera patent.*

c Introgreſſus autem ſynagogam. *Hic conſequenter ponitur doctrina Pauli quantum ad publicationem euangelij, cum dicitur:*

d Cum fiducia loquebatur. *poſtpoſito timore humano.*

Diſputans

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ſentur, qui quia non credendo, ſed tẽtando Chriſti & apoſtolorum nomẽ inuocant, non tm̃ a Deo, ſed ẽt a dæmonibus ſubdolæ falſitatis merito cõdemnatur. Et bene filii Scenæ dñr, qui vulpecula clamans interpretatur. Qđ animal doli & aſtutiæ ſagaciſſimum, Iudæos, Gentiles, & hæreticos eccleſiæ inſidiantes & garrula uoce perſtrepentes oſtendit de quibus cuſtodibus eccleſiæ præcipitur: Capite nobis vulpeculas, quæ deuaſtant vineas.

Cant. 2. d

a *Multi autem &c. cur ſec.* Bed. Magicæ artis induſtriam, cuius ſectatores merito libros incẽdunt licet precio magno æſtimatos, quia dæmones, quibus ſeruierant, Ieſum appellare & apoſtolos eius uident honorare.

In alio apo. c. 19. ... teis

b *Quinquaginta milium.* Bed. Et in euangelio debitoribus ſub quinquagenario numero debita laxantur, quia nos quinq; ſenſibus corporis ſubſiſtentes, in hac uita decalogi præcepta tranſgredimur: hic aũt pp enormitatem magici ſceleris millenarius eſt adiectus. Aliter quinquagenarius numerus refertur ad pniam & peccatorum remiſſionem. Vnde & quinquageſimus eſt pœnitentiæ pſalmus, & quinquageſimus eſt remiſſionis annus.

Luc. 7. f Vbi ſup. †De pœ. di. 1. c. voluiſſent.

c *Romam vi.* Rab. Quam prius non uiderat forſitan, vel quia leuem ducebat tribulationem: quam ibi paſſurus erat. Videre tantum dicit, non multa pati.

d *In Macedoniam.* Ra. Tranſire volebat de Aſia, in qua eſt Epheſus: in Europam, ubi Macedonia & Achaia ſunt: & ſic rurſus ire in Aſiam .i. Ieruſalem cum eleemoſyna, de qua ſcripſit Corinthiis.

F

e *Demetrius.* Bed. Iſte dum uiam domini turbare nititur, nomen propriũ factis exequitur. Interpretatur n. nimiũ perſequens. Vnde templa Dianæ argento ædificat. Argentum quippe eloquium ſignificat, & Gentilis uerſutia religionem ſuam nudo ſermonis nitore ſolet aſtruere.

Vbi ſup.

f *Qui manibus fiunt.* Bed. Mira Gentiliũ ſtultitia talia colere, quæ ab homine conſtitui vel deſtrui poſſe cognoſcũt.

g *Non ſolum autem hæc periclitabi.* Bed. id eſt non ſolũ opera noſtra uana, nec ☞ mercede

Vbi ſup.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Ieſum noui & Paulum ſcio. *id eſt uirtutem eorum cognoſco.*

b Vos au. qui eſtis? *q.d. ad vos non pertinet uirtutes eorum inuocare, cũ ſcitis increduli.*

c Et do. am. *i. duorum de ſeptem filiis principis Iudæorum. Conſequenter ponitur fructus huius repreſſionis, cum dicitur:*

d Hoc autem notum factum eſt omnib. *per diuulgationem eorum, qui uiderant.*

e Et cecidit timor ſuper omnes illos. *ut nullus auderet talia attentare.*

f Et magnificabitur nomen Domini Ieſu. *tanquam magnæ uirtutis exiſtens.*

g Multiq; credentium uenie. *ad Paulum.*

h Confitentes & annunciantes. *peccata ſua & relinquentes idola.*

i Multi autem ex eis, qui fuerant curioſa ſectati. *id eſt artes magicas.*

k Contulerunt libros. *ideſt apportauerũt ad Apoſtolum.*

l Et combuſſerunt eos. *in contemptum diaboli, & honorem Ieſu Chriſti.*

m Et com. *Hoc additur ad oſtendendum, q̃ hoc fecerunt ex magna uoluntate, comburentes libros, quos emerant ita care. Sciendũ ẽt, q̃ denarius ualebat decem nummos uſuales, ideo ſic denominatur à numero denario.*

Ita

¶Similiter.

hoc faciebant. Reſpondens autem

a ¶De hoc Aratus uer. dicit, Cognoſce futorem Gens inimic tuum. Dæmon regnare fatetur, Quem ueniſſe negas, atque hoc conuinceris ipſo Quo ſtimulante ruis.

ſpiritus nequam dixit eis: Ieſum no- a

a ¶Tentantes inuocare nomen Ieſu Chriſti.

ui, & Paulum ſcio: Vos autem qui b

eſtis? Et inſiliẽs homo in eos in quo

a ¶Graue ad nocendum.

erat dæmonium peſſimum, & do- c

a ¶Non ipſi ei dominati ſunt. b ¶Duorum exorciſtarum.

mina us† amborum, inualuit cõtra eos, ita ut nudi & uulnerati effuge-

a ¶i. quod inualuit. b ¶i. diuulgatum.

rent de domo illa. Hoc autem notũ d

factũ eſt omnibus Iudæis atq; Gentilibus, qui habitabant Epheſi, & ce e

¶Propter hoc factum.

cidit timor ſuper omnes illos, & ma f

gnificabatur nomen Domini Ieſu.

† Multiq; credentiũ veniebant confi g h

tentes & annunciantes actus ſuos.

¶Philoſophi.

a Multi autem ex eis, qui † fuerant cu- i

rioſa ſectati, contulerunt libros, & k l

a ¶Exemplum relinquentes.

combuſſerunt eos coram omnibus,

a ¶Qui inde poſſent haberi ſi venderentur, uel quibus comparati erant.

& cõputatis pretijs illorũ inuene- m

b runt pecuniam denariorum quin-

¶Hoc dicitur, ut maior ſit fides illorum. a ¶Quod combuſſerunt libros, ut prædictum eſt.

quaginta milium. Ita fortiter creſce- n

bat verbum Dei, & confirmabatur. o

¶Biennio.

His autem expletis propoſuit Pau- p q

a ¶Sancto, vel ſuo. b ¶Quia iam ibi prædicatum fuerat: & ideo tranſitus ſufficiebat.

lus in ſpiritũ trãſita Macedonia & r

Achaia ire Ieroſolimam, dicens:

Quoniã poſtquã fuero ibi oportet ſ

a ¶Proponit futuram narrationem. b ¶Quamuis prapoſuerat tranſire: tamen interim mittit legatos ad præparãdam eleemoſynam, quam Ieroſolymam erat allaturus, ne cum ipſe ueniret, tunc fierent collectæ.

c me & Romam videre. Mittens au- t

d tem in Macedoniam duos ex miniſtrantibus ſibi, Timotheum & Eraſtum, ipſe remanſit ad tempus in A-

¶Minore. a ¶Diſſenſio inter Paulum cum fidelibus, & Demetrium cum infidelibus.

ſia. Facta eſt autem illo tempore tur- u

batio non minima de uia† domini. x

e Demetrius enim quidam nomine y

argentarius faciens ædes argenteas z

¶Eadem operantibus.

Dianæ, præſtabat artificibus non a

modicum quæſtum. Quos conuocans, & eos, qui eiuſmodi erant opi-

a ¶Quia de pretio artificij lucra habebant.

fices, dixit: Viri, ſcitis quia de hoc b

artificio eſt nobis acquiſitio, & videtis & auditis, quia non ſolum E-

¶Vbi eſt.

pheſi, ſed pene totius Aſiæ Paulus c

hic ſuadẽs auertit multam turbam,

a ¶Ore proprio ſe condemnant.

f dicens: quoniã non ſunt dij, qui ma-

g nibus fiunt. Non ſolum autem hæc d

a ¶Venditoribus & emptoribus. b ¶Acquiſitio lucri. c ¶Quia inculpabitur.

periclitabitur nobis pars in redarguionem venire, ſed & magnæ Dia- e

n Ita fortiter creſcebat uerbum Dei. *per multiplicationem fidelium.* G

o Et confir. *p augmentũ fidei credentium.*

p His autem ex. *Superius poſitus eſt multiplex Pauli progreſſus per orbem ad prædicandum, hic conſequenter ponitur eius regreſſus in Ieruſalem ad tolerandum pro fide catholica, quam perſecutus fuerat ibidem ut dictum eſt ſupra. viij. cap. & ix. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur propoſiti inſpiratio: ſecundo remotio impedimenti, ibi: Facta eſt autem. tertio profectio inſpirati. ſeq. ca. ibi: Nos vero. Circa primũ dicitur:* His aũt ex. *ſ. diſcurſibus Pauli pro prædicatione euãgelij.* Diuiſio

q Pro po. Pau. in ſpi. *i. nõ propria volũtate ſed magis ſpũſſcti reuelatione & ordinatiõe.*

r Tranſita Mac. *ad confirmandum credentes & accipiendam collectam portandam fidelibus pauperibus, qui erant in Ieruſalem.*

ſ Oportet me. *Tũc n. fuit ſibi reuelatũ, q̃ de Ieruſalem iret Romã. modus tamẽ eũdi et cã nõ fuerũt tũc ſibi reuelata, ſed infra. xxiij. ca.*

t Mittẽs au. in Ma. *hoc fecit, ut collecta eſſet facta, antequam illuc veniret. quod erat ſibi honeſtius & expeditius. quia non ſic oportuit eũ contrahere moram pp dictã collectã.*

u Facta eſt au. *Hic cõſequẽter ponitur remotio impedimẽti. & diuiditur in duas partes, ſcdm duplex impedimẽtũ. Secundum ponitur ca. ſe. ibi: Vbi cũ fuiſſet. Prima in tres, qa primo impedimẽtũ ponitur, ſecũdo tollitur, ibi: Et cũ ſedaſſet. tertio iter Pauli reſumitur, in prin. ſe. ca. Prima adhuc in duas: qa primo ponitur impedimẽti motiuũ principiũ. ſecundo eius exercitiũ, ibi: His auditis. Demetrius. n. fecit illud impedimentum, commouens ciuitatem contra Paulum & eius ſocios: motus propter damnum temporale & cultum Dianæ: Et patet litera, paucis exceptis, q̃ exponẽtur.* † curioſa artes ſectati fuerant

x De uia domini *id eſt de fide Chriſti.*

z Faciens ædes ar. *Luna autẽ uocatur Diana, a Dian quod eſt lux Græce, & neos quod eſt nouum: quia eius lux renouatur omni mẽſe. Dicebatur etiam a Gentilibus præſes uiarum: quia eas oſtendit de nocte. & quia illis nihil creſcit, pingitur Diana in uirginis figura tenentis ſagittas, eo q̃ radios ſuos emittit vſq; ad terrã. tales ergo imagines Dianæ faciebat de argento iſte Demetrius, & tabernacula argẽtea pro reponẽdis imaginibus, ſicut frequẽter fit in eccleſia de imaginibus ſctorũ.* H

a Præſtabat ar. *inter quos erat principalis.*

b Scitis quia de hoc artificio eſt nobis acquiſitio. *magni lucri.*

c Paulus hic ſuadens auertit multam turbam. *ab emptione talium imaginum, dicens in eis nihil eſſe numinis aut uirtutis.*

d Non ſol. autem hæc pericli. no. pars in red. ve. *quia redarguimus de falſitate faciendo imagines nullam uirtutem habentes.* † has

e Sed & magnæ Dianæ templum &c. *id eſt, cultus eis totaliter deficiet, quem ſeruauerunt patres noſtri.*

¶ His au-

## MORALITER.

✻ *i Multi au. &c. curioſa ſecta.* i. magica: cognoſcẽtes uirtutem Chriſti, artem magicam dimiſerunt, & libros combuſſerũt. & hoc modo fecit Cyprianus magus, ut habetur in legenda Cypriani & Iuſtinæ.

*y Demetrius e.* Iſte faciebat idola argentea pp qđ p ipſum ſignificat promouens in eccleſia minus idoneos pp argentũ. Nã taliter promoti idola dẽnt dici, ſicut Zachariæ. xj. d. O paſtor & idolum derelinquẽs gregẽ. Et nomẽ Demetrij conuenit taliter promouẽti. Interpretatur. n. nimiũ perſequens. Taliter aũt promouens maximã perſecutionẽ in eccleſia facit, quia p uitiũ Simoniæ idonei officijs eccleſiaſticis priuantur, & inutiles & nociui promouentur. Per Scribã uero, qui ſeditionẽ ſedauit, ſignificatur bonus prælatus & conſtãs, q Simoniæ uitiũ diſſipat & repellit.



A mercede digna redarguentur, uerum & religio noſtra dehoneſtabitur, ſi Pauli doctrina præualuerit idola Deos non eſſe.

a *Magna Diana.* Be. Quia Demetrius perituram dixit Dianam, & illi econtrario magnam eſſe mirantur.

b *In thea.* Be. Locus ſemicirculi formam habens, in quo populus ſtans ludos ſcenicos inſpiciebat. unde & a ſpectaculo Græce theatrum nomẽ accepit. De hoc Arator: Non alio decuit cauſas meritumq; Dianæ. Quam Latio tractare foro, capit area turpis Concilij deformis opus &c.

c *Alij autem aliud cla.* Rab. Vt ueniãt in theatrum. Vel Deũ alium dicebãt magnum, ſiue aliud idolum. Vel in Paulum opprobria.

d *Confuſa.* Rab. i. collectio illa quæ theatro affuit, erat permixta fidelibus ſimul & perfidis diuerſa clamantibus.

e *Vox fa. eſt una omniũ: Magna Di.* Merito extrahunt Iudei Scribam Alexandrum de turba illa, quæ tota Dianam adorabat.

f *Neq; ſa.* Raba. Sacrilegi dicuntur a prophana diligẽtia. Sacrum enim mundum, & prophanum ſignificat.

g *Et cum hæc.* Ra. Hoc ait quaſi Iudæus, nolens Iudæos ab idolorum cultoribus occidi. Aut quaſi Chriſtianus locu- B tus eſt.

## NIC. DE LYRA.

¶ a His auditis. *Hic conſequenter ponitur commotionis exercitiũ contra Paulum & ſocios eius quos uolebant interficere per ciuitatis commotionem contra eos. & patet litera uſque ibi:*

b Et impetum fece. uno animo in theatrum. *locus erat ubi puniebantur rei. & dicitur a theoro, id eſt ſpectaculo, eo quòd multi ueniebant ad talia ſpeculãdum. illuc enim violenter traxerunt comites Pauli. Cætera patent uſq; ibi:*

Erat

a ¶Sic enim docebat Paulus, dicens idolum nihil eſſe.

næ templũ in nihilum reputabitur, ſed & deſtrui incipiet maieſtas eius, quã tota Aſia & orbis colit.

His auditis repleti ſunt ira, & exclamauerunt dicen a

¶Deſtrui non poterit.

a tes: Magna Diana Epheſiorum. Et impleta eſt ciui

a ¶Huius clamoris, uel duarum partium.

tas tota confuſiõne, & impetum fecerunt uno ani- b

a ¶Spectaculum ubi rei puniebantur. ibi & Paulum cum ſuis punire uoluerunt.

b mo in theatrum, rapto Gaio & Ariſtarcho Macedonibus comitibus Pauli. Paulo autem volente in-

a ¶Theatrum, quia non timebat puniri. b ¶Sui uel fideles amici Pauli.

trare in populum, non permiſerunt diſcipuli. Quidam autem & de Aſiæ principibus, qui erant amici eius, miſerunt ad eum, rogantes ne ſe daret in

a ¶Vbi conuentus populi.

c theatrum. Alij autem aliud clamabant. Erat enim c

a ¶Catholica. b ¶A cultoribus Dianæ.

d eccleſia confuſa, & plures neſciebant qua ex cauſa d

a ¶Pro reuerentia.

conueniſſent. De turba autem † detraxerunt Ale- e

a ¶Ne occideretur, uel ne Paulum defenderet.

xandrum, propellentibus eum Iudæis. Alexander

a ¶Dum trahitur manu ſilentium poſtulat. b ¶i. ut populus redderet cauſam concilii, uel ipſe redderet pro Paulo & ſuis.

autem manu ſilentio poſtulato uolebat rationem

a ¶Alexandrum.

reddere populo. Quem ut cognouerunt Iudæum

a ¶Contra Deum Iudæorum.

e eſſe, uox facta eſt una omnium quaſi per horas duas clamantium: Magna Diana Epheſiorum. Et f

a ¶Vix. ¶Ad ſilentium. b ¶Forſaſſe, hæc eſt ratio.

cum ſedaſſet Scriba turbas, dixit: Viri Epheſij,

a ¶Nullus ueſtro clamori contradicit.

quis enim eſt hominum, qui neſciat Epheſiorũ ci- g

uitatem cultricem eſſe magnæ Dianæ † Iouiſque h

prolis? Cum ergo his contradici non poſſit, opor-

a ¶In Paulum & ſuos.

tet vos ſedatos eſſe, & nihil † temere agere. Ad-

a ¶Ex induſtria communiter loquitur, ne Paulum defendere uideatur.

f duxiſtis enim homines iſtos, neque ſacrilegos neque blaſphemantes deam veſtram. Quòd ſi De- i

metrius, & qui cum eo ſunt, artifices habent aduer

¶Chriſtianorum. a ¶In foro ubi cauſæ uentilantur, non theatrales ubi damnati puniuntur.

ſus aliquem cauſam, conuentus forenſes aguntur, k l

a ¶Vt iudicent. b ¶Demetrius & ſui. ¶Coram conſulibus diſceptent.

& proconſules ſunt: accuſent inuicẽ. Si quid aũt al- m n o

a ¶Præter cauſam artificum. b ¶Vbi de legibus agitur, non de occiſione.

terius rei q̃ritis, in legitima † eccleſia poterit abſol- p q

a ¶Ideo aguntur: nam. b ¶Putabimur ſeditionem aduerſus aliquos concitare.

ui. Nam & † periclitamur argui ſeditiõis hodiernę, r ſ

a ¶Reus & occidi dignus. b ¶Cauſam conueniendi.

cũ null⁹ † obnoxi⁹ ſit, de quo poſſim⁹ reddere ratio- t u

a ¶Alexander deſeruit uel dimitti fecit.

g nẽ cõcurs⁹ iſti⁹. Et cũm hęc dixiſſet, dimiſit † eccl̃iã. x y z

c Erat enim eccle. *id eſt congregatio populi.* C

d Confuſa. *quoniam pro magna parte ignorabat cauſam illius commotionis.*

e De turba autem &c. Alexander autem ma. ſi. *quia volebat excuſare Paulum, ſed non habuit auditum ſed magis clamoris tumultum.*

f Et cum ſe. *Hic impedimentum dictæ commotionis tollitur, cum dicitur:* Et cum ſedaſſet Scri. tur. *Hic enim habebat officium publicum in ciuitate. propter quod poterat populum magis ſedare.*

g Quis enim eſt ho. *q.d. non oportet hoc proclamare, cum ſit notum omnibus.*

h Dianæ Iouiſq; pro. *id eſt Dianę progenitę a Ioue de Latona eius concubina, ut ſcribunt poetæ. Cętera patent vſque ibi:*

i Quam ſi Demetrius &c. aduer. aliquem. *iſtorum hominum.*

k Cauſam. *aliquam rationabilem.*

l Cõuentus forenſes aguntur. *in quibus cauſæ uentilantur.*

m Et proconſules ſunt. *ſcilicet præſentes ad iudicandum.*

n Accuſent inuicem. *coram iudicibus, ſi habent rationabilem cauſam.*

o Si quid autem alterius rei quæritis: *præter cauſam Demetrij, & qui cum eo ſunt, artificum. & in hoc alloquitur populum per artifices commotum.*

p In legitima eccleſia. *id eſt in congregatione proconſulum legitime iudicantium.* D

q Poterit abſolui. *id eſt declarari.*

r Nam & periclitamur. *id eſt in periculo ſumus.*

ſ Argui ſeditionis hodiernæ. *a præſide vel Imperatore, tanquã negligentes de cuſtodia ciuitatis in pace.*

t Cum nullus. *ſcilicet noſtrum ſit obnoxius, id eſt reus.*

u De quo nos poſſimus reddere rationem. *noſtris ſuperioribus.*

x Concurſus iſtius. *id eſt commotionis populi.*

y Et cum hæc dixiſſet. *ille Scriba.*

z Dimiſit eccleſiam. *i. congregationem populi, præcipiens ut quilibet iret in pace ad domum ſuam.*

## GLOS. ORDI. CAP. XX.

a *Poſtquã &c.* ſequit̃:

b *Ad Græci.* Bed. Quæ eſt prouincia Achaiæ. ad hanc uenit Paulus poſt Macedoniam, quia ſic propoſuerat, ut ſupra dictum eſt, trãſit a Macedonia & Achaia ire Ieruſalem.

☞ *Soſipater*

## NIC. DE LYRA. CAP. XX.

Poſtquam. *Hic conſequẽter reſumitur iter Pauli, cum dicitur:*

b Vocatis Paulus diſcipulis. *id eſt catholicis.*

c Exhortatus eos. *ut in bono inchoato permanerent.*

d Valedixit. *recedens ab eis.*

e Et pro. eſt vt ir. in M. *ſic. n. p ſpiritũſanctũ ordinatũ fuerat, ut prius tranſita*

## CAP. XX.

a Poſtquam autem ceſſauit tumultus, a

vocatis Paul⁹ diſcipulis & † exhor b c

a ¶Vt propoſuerat.

tatus eos, ualedixit, & profect⁹ eſt d e

ut iret in Macedoniã. Cum autẽ f

perambulaſſet partes illas, & ex- g

a ¶Suo more hiſtoriam breuiat.

b hortatus eos fuiſſet multo ſermone, uenit ad h

Græciam. Vbi cum fuiſſet menſes tres, factæ ſunt i

a ¶Obſiderunt Iudæi uiam expectantes nauigaturum. b ¶Ad Ieruſalem.

illi inſidiæ à Iudæis nauigaturo in Syriam: habuit-

a ¶Fugiendo inſidias.

que conſilium, ut reuerteretur per Macedoniam.

*tranſita Macedonia iret uerſus Ieruſalem ut dictum eſt ca. præcedẽ.*

f Cum autem perambulaſſet partes illas. *ſcilicet Macedoniæ.* † cõplexus

g Et ex hor. eos fuiſ. mul. ſer. *ut firmiter permanerent in fide.*

h Venit ad Græ. *id eſt ad aliam partem Grecię. nam & Macedonia eſt in Græcia large dicta.*

i Vbi cum fuiſ. men. tres: factæ ſunt illi inſi. *Hic ponitur ſecundũ impedimentum ſibi factum ex inſidijs Iudæorum in uia diſpoſita ab eis eum occidere uolentium.*

k Habuitq; con. ut re. per Maced. *ad euadendum illas inſidias. & ſic fuit retardatus ab itinere.*

¶ Comitatus

## MORALITER.

✻ *a Poſtquam autem &c.* Sequitur:

*i Factæ ſunt il. in. ſ.* Paulo. Per hoc aũt, q̃ Paulus ad euadẽdũ inſidias

✻ retroceſſit

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Soſipater*. Be. Antiqui ſic diſtinguebant Soſipater Pyrrhi: ac ſi di. Soſi, qui erat pater Pyrrhi, quaſi Pyrrhus filius clarior fuerit quàm pater. Aliter comitatus eſt eum Soſipater, vt ſit vnũ nomen: Pyrrhi, ſubaudi filius. In Hebræo Soſipater interpretatur narrans diſperſionem, vel ſaluans diſperſos.

In actis apo. c.20.20.3.

e A Philippis. *quæ eſt ciuitas Macedoniæ, quam primo Paulus intrauit, vt habetur ſupra. xvi. a. & ab ea vltimo receſſit, ut habetur hic.*
f Et venimus ad eos Troa. *ubi habitabant comites Pauli, qui eum præceſſerant, ut dictum eſt.*
g Vbi demorati ſumus diebus ſeptem. *ad credẽtium confirmationẽ.*

G

b *Vna autem ſabba*. Nomen diei dicit, vt ſit præparatio virtutis faciendæ & dicendæ. Bed. Alleg. Cęnaculum altitudo cariſmatum. Nox obſcuritas ſcripturarum. Lampades expoſitiones ſecretorum. Dies dominica recordatio reſurrectionis Chriſti, vel noſtræ. Hic mouetur doctor ſpiritualis dulcedine reſurrectionis & vitæ gaudio illectus, auditores ad ſumma prouocare, & ꝓlixa diſputatione ſecreta ſcripturarum attingere, & eadẽ ꝑ infirmos lãpade plenæ expoſitiõis illuſtrare, iuxta Apoſtolum, qui cum dixiſſet: Abrahã duos filios habuit &c. ſubiunxit: Hæc autẽ ſunt duo teſtamenta.

Vbi ſup. Allegor. — Gal. 4. c

c *Eutichus*. Bed. Hebraicè amens, Græce fortunatus interpretatur, quorum unum ei, qui per adoleſcẽtiæ uoluptatem de uirtutum culmine ceciderit, alterum ei, qui per condeſcenſionem prædicatoris ad uirtutum ſumma redierit, congruit.

Vbi ſup.

d *De tertio cœnaculo*. Be. Tria cenacula in quorum ſupremo Paulus diſputat, fides, ſpes, charitas: maior autem his eſt charitas. quoniam qui per ignauiam deferendo inter Apoſtoli uoces dormitare cœperit, iam inter mortuos computatur. In uno n. offendens: omnium reus eſt.

Vbi ſup. † conuenisſent diſcipuli — 1. Cor. 13. b — † poſtridie — Iaco. 2. b

e *Sublatus eſt mor*. Bed. Inter uerba prædicationis, occurrit vt dulcedine miraculi, & doctrinæ ſermo firmetur, & uigiliarum labor arceatur, memoria etiã magiſtri iam diſceſſuri artius menti infigatur.

Vbi ſup. — F

f *Cum deſcendiſſet Pau. incu*. Be. Deſcendit & incubuit, cõplexus eſt. Hoc eſt quod Paulus di. Filioli, quos iterũ parturio, donec Chriſtus formetur in uobis. Operoſior n. eſt ſuſcitatio eorum, qui per negligẽtiam, ꝗ qui per neceſſitatem & infirmitatem peccant. & hec per Eutichum, illa per Thabitam a Petro ſuſcitatam exprimitur. Ideo illa in die moritur, hic in media nocte. Illa poſt mortem in cęnaculo ponitur, hic tertio cęnaculo delapſus moritur. Iſte præſente & docente, illa magiſtro abſente. illa mox viſo Petro reſedit, hic nocte defunctus tandem mane reſurgit, & ſole iuſtitiæ afflante rediuiuus adducitur.

Vbi ſup. — † magis depreſſus — † De cõſe. di. 5. c. pe. in n. ibi mi racula.

g *Anima enim*. Ra. Non ex toto diſceſſit uel rediit. hoc propter incredulos dixit ut non eſt mortua puella, ſed dormit, ſic enim deſperatio tollitur.

† reſocillati ſunt nõ mediocriter

Pente. oſten

## NIC. DE LYRA.

a Comitatus eſt autem eum Soſi. Pyr. *ſcilicet filius*.
b Beroenſis. *id eſt de ciuitate Beroe*.
c Hi cum pręceſſiſſent ſuſti. nos Tro. *i. expectauerũt. Lucas. n. qui loquitur, remãſerat cũ Paulo, a recta via ꝑ inſidias declinãte.*
d Nos vero nau. &c. *Remotis impedimentis itineris Pauli, hic conſequẽter ponitur proſecutio itineris inchoati ſ. verſus Ieruſalem. & primo ponitur per viam proceſſus, ſecundo ad terminum acceſſus. c. ſeq. ibi: Poſt dies autem iſtos. Prima diuiditur in quatuor partes ſecũdum quatuor loca, in quibus Paulus fecit aliquam moram: quę patebunt proſequẽdo. Primus uero locus fuit ciuitas Troade, ad quam primo deſcribitur Pauli peruentio, cum dicitur:* Nos vero nauigamus poſt dies azymorum. *id eſt ſolennitate Paſchali tranſacta.*

† poſtridie — * commorati Trogiij

A Philippis.

a Comitatus eſt autem eum * Soſipa-
a ¶ Narrans diſperſionem, vel ſaluans diſperſos. b ¶ Diſſoluens vel diſſolutus. c ¶ Nominatiuus.
tér Pyrrhi Beroẽnſis: Theſſalonicẽ-
a ¶ Nomen proprium, interpretatur eleuans vel elatio. vbi habent alii ſecundus
ſium vero Ariſtarchus, & Secũndus
a ¶ Ciuitate.
& Gaius, Dérbeus & Timotheus:
Aſiani vero Tichicus et Trophim⁹.
a ¶ Recto itinere non enim timebant inſidias.
Hi cum præceſſiſſent † ſuſtinuerunt
a ¶ Paulum & Lucam & cæteros in circumitu uenientes.
nõ Troade, nos vero nauigauimus
¶ Quæ eſt prima pars Macedoniæ.
poſt dies azymorum à Philippis, &
venimus ad eos Troadem in diebus
quinq;, vbi demorati ſumus diebus
a ¶ i. die dominico, qui eſt primus a ſabbato.
ſeptem. Vna autem † ſabbati, cum
a ¶ i. ad myſteria celebranda congregati eſſemus.
† cõuenisſemus ad frangendum pa
a ¶ Corporalem vel ſpiritualem.
nẽm, Paulus diſputabat cum eis pro
a ¶ Ideo in nocte diſputat, quia in craſtino profecturus erat.
fecturus † in craſtinum, protraxitq;
ſermonem vſq; ad mediam noctẽ.
Erãt autem lampades copioſę in cœ
naculo vbi eramus congregati. Sedens autem quidam adoleſcens no-
a ¶ Hiſtorice, uel myſtice fidem.
mine Euthicus ſuper feneſtram, cũ
a ¶ Carnali, ſpirituali. b ¶ Tra infirmitate fidei.
c ¶ Hæc eſt cauſa ſomni longitudo diſputationis.
mergeretur ſomnõ graui, diſputante diu Paulo, † ductus ſomno cecidit
a ¶ Hyſtorice vel aliquem errorem trinitatis indicat.
de tertio cœnaculo deorſum, & ſu-
a ¶ De terra, vel de prauitate ſenſus. b ¶ Carne, uel ſpiritu.
blãtus eſt mortuus. Ad quem cum
¶ De cœnaculo, uel compatiendo
deſcendiſſet Paulus, incubuit ſuper
eum, & complexus dixit: Nolite turbari: Anima enim ipſius in ipſo eſt.
Aſcẽdens autem, frangenſq; panem
¶ Ciuum parum.
& guſtans, ſatiſq; allocutus eſt uſque
in lucem, & ſic profectus eſt. Adduxerunt autem puerum viuentem, &
¶ Paſſiue eſt legendum.
† conſolati ſunt non minime. Nos
¶ Paulo per terram iter agente.
autem aſcendentes nauem nauigauimus in Aſſon, inde ſuſcepturi Paulum. Sic enim diſpoſuerat ipſe, per
terram iter facturus. Cum autem cõ
¶ Ciuitas eſt, uel inſula.
uenisſemus in Aſſon, aſſumpto eo
a ¶ Inſula eſt, quæ econtra Aſiam. interpretatur enim, declinans ſiue tranſmigrans, uel ciuitas in Cypro inſula.
uenimus Mytilẽnen. Et inde nauigantes ſequenti die uenimus contra
¶ Ciuitas, vel inſula.
Chiũ, et † alia die applicuimus Samũ
a ¶ Inſula eſt.
& * ſequenti die uenimus Milẽtum.
Propoſuerat. n. Paulus † trãſnauigare

h Vna autem ſabbati. *Hic ſecundo ponitur Pauli prædicatio cum dicitur:* Vna autẽ ſab. *i. die dominica, ꝙ eſt prima poſt ſabbathum.*
i Cum conuenisſemus ad fran. pa. *pro refectione corporali.*
k Paulus diſ. cum eis. *prius reficiens eos pane uerbi diuini.*
l Profecturus in craſti. *vt verba, quæ recedens dicebat, artius in cordibus audientium impreſſa remanerent.*
m Protraxitq; ſer. *multum ſolicitus de cibo ſpirituali, & parum de corporali.*
o Sedens. *Hic tertio ad confirmationem doctrinæ Pauli ponitur ſuſcitatio mortui & patet litera uſque ibi:*
p Incubuit ſuper eum. *ex magna compaſſione Deum orans pro eius ſuſcitatione.*
q Nolite turba. *Sciebat enim per ſpiritum adoleſcentem reſuſcitandum.*
r Aſcendens autem. *ad cœnaculum, vnde iuuenis deciderat.*
ſ Frangenſq; pa. & gu. *i. modicũ accipiens.*
t Satiſq; allocutus eſt. *circunſtantes uerbis ædificatoriis.*
u Vſq; in lu. *dici, et ſic profectus eſt. ex quo patet ſolicitudo Pauli pro ſalute proximi. quia profecturus in craſtinum per totam noctẽ nõ dormiuit, intentus prædicationi uſque ad mediã noctẽ: & tunc reſuſcitato Euticho & modico pane guſtato ſermonem reſumpſit vſque ad diem clarum: & ſic iniit viam ſuam.*
x Adduxerunt au. &c. cõ. ſunt non mi. *de vita pueri & facto miraculo ad gloriã Dei.*
y Nos autem aſcen. *Hic conſequenter ponitur ſecundus locus, in quo Paulus contraxit moram ſ. apud Miletũ, ad quẽ primo deſcribitur acceſſus. ſecũdo conſequens fructus, ibi: A Mileto au. tertio flebilis receſſus, ibi: Et cum hæc dixiſſet. Circa primum dicitur:* Nos autem aſcendentes nauem *ſine Paulo.*
z Nauigauimus in Aſſon. *Aſſon eſt nomẽ loci, ad quem Paulus uenit per terram.*
a Aſſumpto eo. *ſcilicet Paulo.*
b Venimus Mytilenen. *Mytilene eſt nomen inſulæ.*
c Et inde nauigantes ſequenti die venimus contra Chyum. *Aliqui dicunt, quòd ſunt duæ dictiones, alii quòd una tantum.*
d Alia die applicuimus Samum. *Samum nomen eſt portus.*
e Et ſequenti die ve. Mile. *ubi propoſuerat*
¶ Paulus

H

* uſque Aſiam ſuperare — † expectauerunt — † die ſaiatorum

## MORALITER.

✻ retroceſſit per Macedoniam, docuit nos in periculis non omittere ea, ꝙ poſſunt fieri ſecundum prouidentiam humanam. Nam hoc eſſet tentare Deum, niſi diuina reuelatio eſſet ad oppoſitum.
n *Erant autem lampades copioſæ in cœnaculo.* ſcilicet in quo Paulus docebat. per quod ſignificatur, quòd euangelica doctrina in luce doceri debet tanquàm ueriſſima. per hoc autem, quòd Paulus docebat in tertio cœnaculo, ut ex ſequentibus patet, ſignificatus fuit ipſius raptus uſque ad tertium cœlum vt habetur. ij. Cor. xij. Item ſm gloſ. per tria cœnacula ſignificantur tres uirtutes theologicæ, ſcilicet fides, ſpes & charitas, de quibus Paulus docebat efficaciter & deuote. Per Eutichum, qui obdormiuit Paulo protrahente ſermonem, ſignificatur homo negligens audire, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, & ſic permittente Deo cadit a tertio cœnaculo, id eſt de charitate, committendo peccatum mortale. Per Paulum uero deſcendentem ad ipſum & complexantem, ſignificatur prædicator uel confeſſor, qui per charitatem ad eum deſcendit, & per ſacras mo-
✻ nitiones

† prætermigare



a *Pentecoſten*. Bed. Conſtat Paſchæ tps & Pentecoſten tpibus apoſtolorũ celebratũ eſſe. Be. Præcepto legis oẽs Iudæi ter in anno. i. in Paſcha, pentecoſten, & ſcenophegia Ieroſolymã cõueniebant, & Apoſtolus ruptis ſeculi nexibus diem quinquageſimum, id eſt remiſſionis & ſpirituſſancti agere feſtinat.

A

k Et nunc ecce ego alligatus ſpiritu. *i. ex reuelatione ſpirituſſancti ad hoc aſtrictus, cui tamen nolo promptus in omnibus obedire.*
l Vado in Ieruſalem, quæ in ea uentura ſunt ignorans. *in ſpeciali. ſciebat tamen ea generaliter, ideo ſubditur:*
m Niſi quòd ſpirituſſanctus per omnes ciuitates. *id eſt frequenter.*

C

b *Alligatus ego &c*. Bed. Aperte oſtendit, ꝙ ea, quę futura erant, non ſibiipſi, ſed aliis de ſe reuelata cognouit, ex quibus erat Agabus ꝓpheta, & illi diſcipuli, q cũ a Tyro monebant per ſpiritum ne aſcenderet Ieroſolymam.
c *Poſui: epiſcopos*. Be. Dictum eſt ſupra presbyteros Epheſi Miletũ vocatos, quos nũc epõs i. ſuper inſpectores uocat. non. n. una ciuitas plures epiſcopos habuit, ſed eoſdem presbyteros nomine epiſcoporum ſignificat. coniunctus eſt. n. gradus, & in multis pene ſimilimus.
d *Dei quam acqu. ſan. ſuo*. Bed. Nõ dubitat ſanguinem Dei dicere propter unionem perſonæ in duabus naturis Ieſu Chriſti, ꝑ qua dictum eſt. Filius hoĩs, qui eſt in cœlo: Ceſſet Neſtorius filium hominis a filio Dei ſeparare, & duos facere Chriſtos.
e *Memoria re*. Ra. Quod dixerat memoria retinendum. non. n. parua eſt cuſtodia diuini præcepti memoria.
f *Quoniã ꝑ triẽ*. Hæc Arator breuiter exponit dicens: Qui canit
ecclesiæ,

## NICOL. DE LYRA.

¶ *Paulus aliquantulum pauſare.* Et *reddit rationem quare nauigando trãſierat Epheſum abſq; applicatione ad locum, quę tamen erat ciuitas metropolis, in qua Paulus frequenter prędicauerat, cum ſubditur:*

B

a Ne qua mora &cæt. in Aſia. *Si enim declinaſſet illuc, oportuiſſet eum diutius morari propter multitudinem credentium & ſolennitatem loci. Et cauſa feſtinationis Pauli ſubditur, cum dicitur:*
c Vt diem pentecoſten faceret Ie. *id eſt ſolennizaret. erat autem dies illa ſolennis propter dationẽ legis quãtum ad decalogi pręcepta, quę manẽt in lege noua: & propter dationem ſpirituſſancti credentibus in ſigno uiſibili, ſupra. x. c.*
d A Mileto autem. *Hic ponitur cõſequens fructus, quia Paulus mandauit ibi conuenire miniſtros eccleſię de tota Epheſina dioceſi, exhortans eos ad bonum regimen eccleſiæ Dei, informans eos primo contra ſæuitiam perſecutorum, ſecundo contra fraudulentiam deceptorum, ibi: Attendite. tertio contra concupiſcentiam temporalium bonorum, ibi: Argentum autem, et in omnibus ponit ſe pro exemplari, docens facto ac verbo. Prima pars patet uſque ibi:*
e Et tentationibus. *id eſt periculis mortis.*
f Quæ mihi acciderunt ex inſidiis Iudæorum. *pro quibus nihil omiſi de contingentibus ad ueſtram ſalutem.*
g Et docerem uos publice & per domos. *id eſt priuate.*
h Teſtificans Iudęis atq; Gentilibus. *indifferenter.*
i In Deum pœnitentiam & fidem &c. *id eſt annunciando eis pęnitentiam in Deum ordinantem.*
Et

¶ Ad uel pręter.
Epheſum: ne † qua mora illi fieret in Aſia. Feſti
a ¶ Vel, ſtes. i. quinquageſimæ.
nabat enim ſi poſſibile ſibi eſſet, vt diem Pẽnte
coſten faceret Ieroſolymis. A Mileto autẽ mit
a ¶ Non nauigans ad Epheſum. b ¶ Vt presbyteros, ut in Græco habetur.
tens Ephẽſum, vocauit maiorẽs natu eccleſiæ.
Qui cum uenisſent ad eũ, & ſimul eſſent, dixit
a ¶ Non gloriatur, ſed exemplum de ſe proponit ut imitentur.
b ¶ Vt dictum eſt, deuenitq; Epheſum &c. ſupra ca. xviij.
eis: Võs ſcitis a prima die, qua ingrẽſſus ſum in
Aſiam, qualiter vobiſcum per omne tẽpus fuerim ſeruiẽs domino cũ omni * humilitate & lachrymis & tentationibus, quę mihi acciderunt
¶ Non ueſtris.
ex inſidijs Iudęorũ: quomodo uobis nihil † ſub
¶ Verborum. ¶ Verbo.
traxerim utilium, quo minus annunciarem vo
¶ Facto. ¶ Contra hæreticos. ¶ In occulto.
bis & docerẽ uos publice & per domos, teſtificans Iudæis atq; Gẽtilibus in Deum pœnitẽtiam, & fidem in dominum noſtrũ Ieſum Chri-
a ¶ Quaſi coactus ad illud iret. b ¶ Sancto præſciente, uel mente mea.
ſtum. Et nunc ecce aligãtus ego ſpiritu vado in
Ieruſalem, quæ in ea uẽtura ſunt mihi ignorãs,
¶ Vbiq; non ſemel in vno loco.
niſi quòd ſpirituſſanctus per omnes ciuitates
¶ Et per me, & per alios.
† proteſtatur mihi dicens: Quoniã uincula &
¶ Vt vbi aliquando perſecutus eſt eccleſiam, ibi nunc pro pace eccleſiæ doceret,
tribulationes Ieroſolymis me manẽt. Sed nihil
a ¶ Vitam quæ inſpiratur ab anima temporaliter, quam pro nihilo ducit qui æternę vitæ gaudia expectat.
horũ † vereor: nec † facio ãnimã meã pretioſio-
¶ i. animam. ¶ More militari. Vnde: curſum conſummaui.
rẽ ꝗ me, dummodo ego cõſummẽ curſum meum, et miniſteriũ uerbi, quod accepi a domino
a ¶ Remiſſionis peccatorum, uel ſpiritalis gratiæ.
Ieſu, † teſtificari euangeliũ gratiæ Dei. Et nunc
ecce ego ſcio, quia amplius non uidebitis faciẽ
¶ Qui eſtis in prouincijs quibus prædicaui.
meam uos omnes per quos tranſiui prędicans
¶ Ideo quia non uidebitis faciem meam, uel teſtamenta relinquo, quia mundus ſum &c.
regnũ Dei. Qua propter cõteſtor uos hodierna
a ¶ Quia non peperci uitijs eorum.
die, † quia mũndus ſum a ſanguine omnium.
a ¶ Non dimiſi uel ſubterfugi aliquem ſermonem doctrinæ.
Nõn enim ſubterfugi, quo minus annũciarem
a ¶ Maxime de incarnatione. b ¶ Hoc dicit maioribus natu.
oẽ cõnſiliũ Dei vobis. † Attẽdite * vobis & vniuẽrſo gregi, in quo vos ſpirituſſanctus poſuit
a ¶ Speculatores. b ¶ Non propter ſolum nomen uel honorem, ſed ut regatis. c ¶ Non noſtram.
epiſcõpos, regerẽ eccleſiam * Dei, quam acqui-
a ¶ Non paruo pretio. b ¶ Ideo attendendum. c ¶ Qui deforis ſunt & extra eccleſiam.
ſiuit ſanguine ſuo: Egõ ſcio, quoniam intrãbũt
a ¶ De mundo. q. d. tunc timendi uobis cum abſens ero.
b ¶ Hæretici callidi in fide, fortes in diſputatione, crudeles in occiſione.
poſt diſcẽſſionem meam lũpi † rapaces in uos,
a ¶ Præter eos, qui deforis intrabunt
b ¶ De his Iohannes dicit: Ex nobis exierunt, ſed ex nobis non fuerunt.
nõ parcẽtes gregi. Et ex võbiſipſis exũrgent uiri
¶ In ſuperbiæ elatione.
loquẽtes puerſa, ut adducãt diſcipulos poſt ſe,
¶ Quia intrabunt & exurgent.
Propter quod vigilate, memoria retinentes,
quoniam per triennium nocte & die non ceſſaui cum lachrymis monẽs unũquẽq; ueſtrũ.

n Proteſtatur mihi dicens: quoniam uincula & tribulationes Ieroſolymis me manent. *id eſt ibi me expectant.*
o Sed nihil horum uereor. *id eſt timeo ſuſtinere propter Chriſtum.*
p Nec facio animam meam. *id eſt uitam meam ſenſibilem.*
q Pretioſiorem quàm me. *id eſt quàm animam meam intellectiuam, quæ dicitur ipſe homo, eo modo loquẽdi quo totum nominatur a parte nobiliori. Cætera patent uſque ibi:*
r Qua propter conteſtor uos hodierna die. *id eſt hac ultima uoce pro omnibus.*
ſ Quia mundus ſum a ſanguine omnium. *ſ. veſtrum: & ſi de cætero incurratis aliquod graue peccatum & ſubditur cauſa.*
t Non. n. ſubterfugi. *propter quęcunque pericula imminentia mihi.*
u Quo minus annunciarem omne conſilium Dei uobis. *de pertinentibus ad ſalutem.*
x Attendite vobis *i. Hic conſequenter informat eos contra fraudulentiã deceptorum, dicens:* Attendite uobis. *in perſonis propriis.*
y Et uniuerſo gregi. *commiſſo ueſtro regimini.*
z In quo. *ſcilicet grege.*
a Vos ſpirituſſanctus poſuit epiſcopos. *id eſt miniſtros. Sub nomine n. epiſcoporum intelliguntur alii eccleſiæ miniſtri. Vnde epiſcopus Græce ſuper intendens eſt Latine. Et huiuſmodi uigilantiæ ſubdit cauſam di.*

D

b Ego ſcio. *per reuelationem ſpirituſſancti.*
c Quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in uos. *id eſt falſi apoſtoli ad decipiendum uos.*
d Et ex uobiſipſis exurgent uiri loquentes peruerſa. *id eſt hæretici corrumpentes articulos fidei.*
e Propter quod uigilate. *ſuper cuſtodia gregis uobis commiſſi.*
f Memoria retinentes. *ea quæ ſolicite uos docui. ideo ſubditur:*
g Quoniam per tri. *Et quia niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fr. vi. qui cu. eam: ideo ſubditur:*
¶ Et nunc

* animi — † ſuffugerim eorũ ꝗ eſſent in rẽ ueſtram — † uita mea chara eſt mihiipſi — * igitur — * domini

## MORALITER.

✻ nitiones ipſum refouet & inſtruit: & ſic Deo miſerante lapſus ad uitam gratiæ redit.
b *Feſtinabat enim, ſi poſſibile eſſet: ut diem pentecoſten faceret Ieroſolymis.* Per hoc docentur catholici generaliter & eccleſiæ miniſtri & religioſi ſpecialiter, ut in diebus feſtiuis ſint in ſacris locis.
d *A Mileto autẽ mittens Epheſum uocauit maiores natu eccleſiæ &cæ.* docẽs eos & exhortãs, ut eſſent ſolliciti de bono regimine gregis ſui ponens exemplum ſuæ ſolicitudinis, quam fuerant multipliciter experti. & hoc facit per totũ reſiduũ huius capi. & in hoc dedit exemplum omnibus eccleſias regentibus ſimiliter faciendi.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

eccleſiæ,tria dogmata ſæpius edit. Hiſtoricũ,morale ſonãs,typicumq; volumen. Hinc Iudæa vacans,ſterilis,quæ dicitur arbor, Expectat,a tribus fructum non attulit annis.

*In actis apo. c.20. to.5.* a *Omnia oſtendi vo* Be.i.non ſolum doctrinæ inter preſſuras & lachrymas inſiſtendum, & ne quis infirmorum grauetur manibus eſſe laborandum. hoc eſt quod alibi dr̃:Quodcũq; ſuperogaueris,cũ rediero.reddam tibi,euangelium ſ.prædicare, & ex euangelio ſumptus non quærere.

b *Beatus eſt.* Rab.hoc in euangelio nõ legitur,non.n.omnia ſcripta ſunt.ſed Paulus forſitan hoc ab apoſtolis audiuit, vel a ſpirituſancto accepit.vel poteſt dici, q ſi non verba, ſenſum iſtius Ieſus indicauit di. Omni petenti da. Et alibi: Nolite accipere aurum &c Be.non illis,qui relictis oĩbus ſecuti ſunt dñm, diuites eleemoſynarios præponit, ſed illos maxime glorificat,qui cunctis,quę poſſident,in ſemet renunciantes,nihilominus laborant operando manibus, ut habeant vnde tribuant neceſſitatem patienti.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et nũc &c.ver.g.e.*i.facto vel effectui.Verbum.n.in ſcriptura frequenter accipitur pro facto.4.Reg.1.a.Quod eſt uerbum quod factũ eſt. & maxime in Deo,cuius dicere eſt facere:Pſa.cxlviij.a.Ipſe dixit & facta ſunt.*

b Qui po.eſt ædi.*per gratiam in præſenti.*

c Et dare hæ.*gloriæ in futuro.*

c In ſan.om.*nã ibi nullus admittitur niſi ſctũs.*

d Argentum & au. *Hic conſequenter informat eos contra cõcupiſcẽtiam tpaliũ per ſuipſius exẽplũ, qd erat eis per experientiã notum.*

e Miniſtrauerũt ma.iſtæ.*Apud eos.n.uixerat de proprio labore.Et ſubdit cauſam dicens:*

f Omnia oſten. vo. *pro exemplo perfectionis.*

g Quoniã ſic la. *i. de proprio labore viuentes.*

h Oportet ſuſ. *ad doctrinam fidei.*

i Infirmos.*qui ſunt auari & ad dãdũ tardi. Licet.n.Paulus poſſet accipere ſumptus ab illis,quibus prædicabat,tamen frequenter abſtinebat,ne fructus prædicationis impediretur in illis: quoniam propter auariciam ſuam ab auditu prædicationis retraherentur. ſubdit ẽt aliam cãm di.*

k Ac meminiſſe &c. *ſupple oportet.*

l Quoniam ipſe dixit. *licet hoc non habeatur in euangelio, tenẽdum tamen eſt firmiter ꝓpter uerbum Apoſtoli,quod dixit.quia non omnia eius facta ſunt ſcripta Ioh. vlt.g. & multo minus eius verba. ſed per reuelationem Paulus habuit hoc Chriſti verbum,ſicut & eius euangelium.Gal.1.*

m Beatius eſt. *Ex hoc uoluerunt aliqui dicere, q maioris perfectionis eſt diuitias proprias in ſeculo erogare pauperibus,q̃ in religione mendicare.ſed hoc reprobatur li.de eccleſiaſticis do.vbi dicitur:Bonum eſt cum diſpẽſatione bona pauperibus erogare ſed melius eſt intẽtione ſequẽdi Chriſtũ totũ ſimul dare,& abſolutũ a ſolicitudine cũ Chriſto egere. Et Hier. cõtra Vigilãtiũ dicit,q aſſerit melius facere,qui vtũtur rebus ſuis,et paulatim fructus poſſeſſionũ pauperibus diuidũt &c. Sequitur:Nõ a me,ſed a Deo reſpõdetur.Vade et vẽde oĩa q̃ ha.& d.p.& ve.& ſe.me.pp qd verbũ iſtud,Beatius eſt etc.intelligẽdũ eſt ceteris pibus,q̃ nõ ſunt in ꝓpoſito.*

n Et cum hæc dix.*Hic ultimo ponitur Pauli flebilis receſſus,eo q dixerat.quòd non uiderent amplius faciem eius.Et patet litera hoc excepto.*

o Orauit cum omnibus illis.*ſ.pro conſeruatione eorum,a quibus recedebat,& directione ſui & eorum,quos ſecum ducebat.*

In ca.xx.vbi dicitur in Poſtil.Verbum.n.in ſcriptura frequente. accipitur pro facto.

### ADDITIO I.

Verbum gratiæ in hoc loco ſecundum Glo.intelligitur verbum quod præſtat gratiam agentibus.

In eod.

a ¶Fragiles deſignat epiſcopos. b ¶Vt vos cuſtodes aliorum cuſtodiat Deus.

Et nunc cõmendo vos*Deo, & a

a ¶Spirituſancti,qui in Paulo loquebatur,vel verbo gratiæ,quod præſtat gratiam audientibus.

verbo gratię ipſius,qui potẽs eſt b

a ¶Vos in viam domum.i.eccleſiam. b ¶Cęlicitem. i.vt ædificet & ſibi hæreditatem det in ſanctis,ut ipſi ſint hæreditas eius.

†ædificare & dare hæreditatem

¶In hoc cognoſcuntur lupi,quod hoc concupiſcunt.

†in ſanctificatis omnibus. Argẽ c d

tũ & aurũ aut veſtẽ nullius cõcupiui,†ſicut & ipſi ſcitis, quoniã

ad ea,quæ mihi opus erãt, & his

a ¶Exemplum operandi etiam epiſcopis,eſt ſignum quo diſcernuntur a lupis.

qui mecũ ſunt, miniſtrauerunt e

a ¶Exempla maxime operand.

a manus iſtæ.Omniã*oſtendi uo- f

a ¶Vt ego, cuius manus miniſtrauerunt.

bis,quõ ſic laborãtes oportet ſu- g h

a ¶Ad miniſtrandum infirmis,ſicut ego feci his, qui mecum ſunt.

ſcipere infirmos, ac meminiſſe i k

verbi domini Ieſu, quoniã ipſe l

b dixit:Beatius eſt magis dare q̃ ac- m

cipere. Et cũ hæc dixiſſet,poſitis n

genibus ſuis orauit cum omni- o

a ¶Commendans illos Deo,orauit etiam pro ſe,qui prædicatorũ eſt,maxime propter ſuum diſceſſum & ſuperuentũ lupporum.

bus illis. Magnus autẽ fletus factus eſt omnium.Et procumbẽtes ſupra collum Pauli,oſculabãtur eum,dolẽtes maxime in uerbo,quod dixerat:Quoniam amplius faciem eius nõ eſſent uiſuri:& deducebãt eum ad nauem.

In eo.ca.vbi dicitur in Poſtil.Beatius eſt magis dare q̃ accipere. G

### ADDITIO II.

Hæc concluſio Apoſtoli.ſ.q beatius eſt magis dare quàm accipere,videtur habere non modica in rationis dictamine fundamenta. Poteſt.n.primo in ſimilitudine ſeu participatione diuinæ beatitudinis fundari ſic. Nam diuina beatitudo cõplectitur omnes beatitudines,ſicut & diuina perfectio complectitur omnem perfectionem, vt in.j par.q.xxvj. Conſtat autem, quòd Deo maxime cõpetit dare omnibus creaturis tam in eſſe naturæ q̃ in eſſe gratiæ & gloriæ,prout communiter ſcriptura teſtatur.non aũt conuenit ſibi accipere, quia bonorũ noſtrorũ nõ eget,ut in Ps.ergo beatius eſt dare ſm,q Deo aſſimilamur,q̃ accipere, per quod a participatione diuinæ ſimilitudinis deficimus.Item,quia dans acquirit in datione bonum honeſtum, ſed recipiens nõ acquirit in receptione niſi bonum vtile.Bonum autem honeſtum melius eſt, q̃ bonum vtile,ſm philoſophum.Item ad dantem pertinet agere, ad recipientẽ aũt pertinet pati. & ſic hr̃ intentum.Item excellentius eſt agere q̃ pati,& per cõſequens uirtuoſius.qa virtus circa difficile conſiſtit. quæ quidem tres ultimæ rõnes pñt haberi a philoſopho.in.ix. Ethi. ubi tractat de amore beneficiatoris ad beneficiatum & ecõtra. His aũt dimiſſis qa Apoſtolus fundat ſe in autoritate diuina,di. Quoniam ipſe dixit.ſ.Chriſtus: Beatius eſt magis da. &c. attendendum eſt, q licet iſta verba non contineantur ſic ſub eadem forma in euangelio,continentur tñ virtualiter. Loquendo.n.de datione prout pertinet ad eleemoſynã uel ad beneficientiã,de quibus vel ſaltẽ de altero eorũ Apoſtolus ad pñs agit vt in litera patet,conſtat, q Chriſtus in multis locis euãgelij dationẽ cõmẽdauit,præcipiẽs ſeu cõſulẽs actus ad hoc pertinẽtes. De eleemoſyna.n.patet, cũ dicit.Date eleemoſynam,& omnia munda ſunt uobis. Abſcondite eleemoſynam in ſinu pauperis, &c.& ſic in multis aliis locis De datione uero,quę pertinet ad beneficiẽtiam,dr̃:Benefacite his qui ode.vos,et ſitis fi pa.ve.qui ſolem ſuum facit oriri &c.Non tamen legitur commendaſſe præcepiſſe,ſeu conſuluiſſe receptionẽ, nec mẽdicationem Similiter in hoc q dicit: Vade & vẽ.o.quæ ha.& da.pauperibus,&c. manifeſte oſtendit,q perfectio conſiſtit in dando omnia pauperibus & ſequendo Chriſtũ.& licet ſequela Chriſti ſit perfectior: tñ datio illa ſeu erogatio a Chriſto pręcepta,ſeu cõſulta, eſt diſpoſitio ad illã perfectionẽ:non tñ acceptio ei oppoſita.vnde acceptio eleemoſynarũ,ſeu beneficiorũ non ꝓcipitur nec cõſulitur,ſeu cõmẽdatur.vñ nec hẽt rõnẽ beatitudinis ſeu virtutis.neceſſitas tamẽ ad eã q̃nq; compellit,q̃ neceſſitas rõnẽ meriti ab ea excludit,iuxta illud Apoſtoli.Si euangelizauero,non eſt mihi gloria, neceſſitas tñ mihi incumbit. Autoritas aũt,quæ allegatur in Poſ.de eccleſiaſticis dog. non obſtat.nam ibi commendatur egeſtas non pp ſeipſam, ſed pp ſolutionẽ a ſolicitudine. Si.n.aliquis abũdans diuitijs tãtæ pfectionis eſſet,vt ex earum ſolicitudine non impediretur a Dei dilectione,nihilominus eſſet perfectus,quantum ad ſtatum uiæ pertinet. De Abraham,n.qui magnis abũdabat diuitiis,legitur.Ambula coram me,& eſto perfectus.Similiter patet de Dauid & de multis aliis.Idem dicendum de autoritate Hier. quia in reſponſione diuina, quam allegat, tota perfectio principaliter dependet a ſequela Chriſti,cũ dicitur,veni & ſequere me. Ex quibus omnibus poteſt concludi,q ſimpliciter loquendo,beatius eſt dare q̃ accipere, ꝓut ſonant uerba Apoſtoli,nihil eis addendo, licet quandoque ſecundũ quid egere ſit perfectius:ſicut egere propter ſequelam Chriſti.

*Luc.11. Mat.5.g. 1.Cor.9. Gen.17.* H

## GLOS. ORDINAR. CAP. XXI.

CVm autem &c. Chou, Rhodum, inde Pata. Raba. Chorus & Pathara inſulæ ſunt.

☞ Deducen-

## NICOL. DE LYRA. CAP. XXI.

CVm autem *Hic ponitur tertius locus, in quo Paulus fecit aliquam morã.ſ. ciuitas*

## CAP. XXI.

a CVm aũt factũ eſſet,vt nauigarem⁹ abſtracti ab eis recto curſu venim⁹ Choũ, & ſequẽti die Rhodũ,& inde Patharã.Et cũ iueniſſem⁹ nauẽ trãſ

¶Prouinciam Syriæ vbi Tyrus & Sidon.

fretãtẽ in Phęnicẽ,aſcẽdẽtes na- b

*ciuitas Tyri,ad q primo ponitur acceſſus & exprimuntur hic aliqua loca,per quę tranſiuit Paulus ſine mora.& patet litera.Sciendum tamen, quòd illud quod ponitur in aliquibus li. Deinde Myrrham, non eſt de textu,nec eſt in libris correctis.*

u In Phœnicen.*nomen eſt prouinciæ.*

¶ Et veni

### MORALITER.

✱ *a Cum autem.* Hic oſtenditur feruor prædicandi in Paulo. nam ad hoc

✱ per loca



☞ a *Deducentibus &c.* Be. Hic eſt impleta prophetia,quæ dicit:Filii Tyri in muneribus vultum tuũ deprecabuntur omnes di.ple.&c.vſq; ad finem pſal. Nulla.n.ciuitas cum maiori dulcedine Apoſtolum ſuſcepit,tenuit,dimiſit. Deniq; hodie monſtratur locus in arenis, vbi pariter orabant.

b *Philippi euan.* Be.Ob promptum prædicationis officium euangeliſta meruit uocari.

c *Huic autem erant fi.qua.* Rab.Alibi filiæ Philippi apoſtoli propheteſſæ legũtur fuiſſe, ſed ueritati huius loci non eſt contradicendum. niſi fortaſſe vterq; filias propheteſſas habuiſſe intelligatur.

d *A Iudæa.* Bed Hoc ideo dicitur, quia Cæſarea,in qua morabantur ad Samariam pertinet, in cõfinio Phœnicis & Paleſtinæ ſita.

e *Hæc dicit ſpiri.* Be Prophetas veteres imitatur, qui dicere ſolebant: Hęc dicit dominus Deus,quia ſpirituſſanctus æque ut pater & filius dominus & Deus eſt, nec eorum ſeparari operatio poteſt, quorum natura & uoluntas una eſt.

f *Quieuimus di.* Erat Paulus Ieruſalẽ,ſicut dixerat:Ecce alligatus ſpiritu vado Ieruſalem.

g *Hunc apud quem ho.* Rab.Vel hũc .i.Philippum euangeliſtam adducentes Vel hunc.i.Iaſonem adducentes ad hoc.

h *Ad Iacobum.* Be.Iacobus iſte frater domini, filius Mariæ ſororis matris dñi fuit,qui poſt paſſionem ſtatim ab apoſtolis epiſcopus ordinatus xxx.annis eccleſiã rexit.i.vſque ad vij. Neronis annũ.q iuxta

☞ templum,

A B

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et veni.Tyrum.*Et ſubditur cauſa cum dicitur.*Ibi enim ma. *in qua eramus.*Expoſ.e.onus. *q.d.propter hoc neceſſe fuit,quòd ibi applicaremus.*

b Inuentis autem di.*id eſt Chriſtianis.*

c Manſimus ibi diebus ſep. *ad conſolationem noſtram corporalem poſt nauigationem & ad credentium ibi manentium ſpiritualem conſolationem.*

d Qui Pau.di.*per ſpiritum prophetię.*

e Ne aſcen.Ieroſo.*Sciendum, q hoc nõ dicebant immediate per ſpiritumſanctũ. qui Paulo dicebat illuc aſcendere,et ſic contrario diceret, ſed per ſpiritum prophetiæ habebant, q ſi Paulus aſcenderet in Ieruſalẽ, ibi ſuſtineret perſecutionem:propter quod ei compatiẽtes ex ſuo ſpiritu ſuadebant,ne illic aſcenderet. eſt enim Ieruſalem in ſitu altiori quàm Tyrus.Cætera patent.*

f Nos vero. *Hic ponitur quartus locus, ubi moratus fuit aliquantulũ Paulus.ſ.Cęſarea,ad quem deſcribitur acceſſus,cum dicitur:*Nos vero na. expli. *id eſt diſpoſita & præparata.*

g A Tyro deſcen.Pro.*quæ nunc dicitur Achon.*

h Et ſal.fratri.*id eſt Chriſtianis ibi manentibus.*

i Manſimus die vna apud illos. *Iſta mora propter ſui breuitatem non additur ad numerum aliarum quatuor.*

k Alia autem die pro.ve.Cæ.*Palæſtinæ, quam Herodes nomine Cæſaris appellauit, quæ prius turris Stratonis dicebatur.*

l Et intrantes domum Philippi euange. *Aliqui dixerunt, q iſte fuit Philippus apoſtolus,eo,q dicitur hic euangeliſta.i.annunciator euangelij,quod proprie pertinet ad apoſtolos, ſed illud remouetur p hoc qđ ſubditur:*

m Qui erat vnus de ſep.*ſ.diaconibus de quibus habetur.vi.ca.Si.n.eſſet Philippus apoſtolus, diceretur unus de.xij. dicitur.n.iſte euangeliſta,quia tempore perſecutionis uerbum euangelicum prædicauit feruenter,ſupra cap. viij.*

o Superuenit quidam uir pro.*habẽs ſpiritum prophetiæ,ut habetur ſup.xi.c.*

p Tulit zon.&c.&al *i hoc imitabatur modum prophetarum antiquorum,qui ꝓphetizabant aliquando non ſolum uerbis,ſed etiam ſenſibilibus factis. ſicut ẽt Ieremias poſuit catenas ligneas in collo ſuo,ad ſignificandum,q illi,de quibus ꝓphetizabat, ducerentur in captiuitatem catenati.cætera patent.* *Iere.c.27.*

r Poſt dies. *Poſtquam deſcriptus eſt ꝓgreſſus Pauli per uiam, hic conſequẽter deſcribitur eius acceſſus ad terminum. ſ. Ieruſalem, ubi per ſpiritum ueniebat ad tolerandum perſecutionem,ſicut ibidem perſecutus fuerat eccleſiam.ideo diuiditur in duas partes.quia primo ponitur eius benigna receptio a Chriſtianis. ſecũdo eius maligna perſecutio a Iudęis, ibi:Dũ aũt ſeptem dies. Prima in duas: quia primo deſcribitur Pauli receptio. ſecundo ſibi facta perſuaſio,ibi: Dixeruntque ei. Circa primum dicitur:*Poſt dies &c.*manſionis in Cæſarea.*

ſ Aſcendebamus Ieruſalem. *quæ eſt in altiori ſitu quàm Cæſarea.*

t Venerunt autem quidam ex diſci. *volentes prouidere Paulo & ſuis ſocijs de hoſpitio.*

u Cy.genere an.di.*i. a longo tẽpore in fidelitate ꝓbatum.iſte Iaſon uidetur habuiſſe domicilium inter Cæſaream & Ieruſalẽ, ubi charitatiue recepit Paulum.*

x Et cum ve.Iero.li.ex nos fra. *id eſt Chriſtiani in Ieruſalem habitantes.*

y Sequenti au.die in.&c. ad Ia. *epm* C D

¶ Ieroſolymi-

a ¶Propinquaremus vt videri poſſemus.

uigauimus. Cũ†appãruiſſemus autem Cy

a ¶Ad occidentem retrorſum euntes conſueto more nautarum.

pro,relinquẽtes eam ad ſiniſtram,nauiga-

¶i.Phœnicen ¶Vrbem Phœnicis.

uimus in Syriã, & venimus Tyrum: ibi e- a

nim nauis expoſitura erat onus. Inuẽtis au b

tem diſcipulis,manſimus ibi diebus ſeptẽ. c

a ¶Suum, vel propheticum,ſcientes eum eſſe alligandum.

Qui Paulo dicebant per ſpiritum,ne aſcen d e

a ¶Septem prædictis.

deret Ieroſolymam. Et expletis diebus pro

a ¶De Tyro. b ¶Ieroſolymam.

a fecti ibãmus, dedũcentibus nos omnibus

cũ uxoribus & filijs uſq; foras ciuitatem:

& poſitis genibus in littore orauimus. Et

¶Alterutrum.

†cũ valefeciſſemus inuicem, aſcẽdimus in

¶Homines ciuitatis.

nauem:illi autem redierunt ad ſua. Nos ue f

a ¶Hucuſque mari uehuntur.

ro nauigatione† expleta, a Tyro deſcendi- g

¶Ciuitas eſt.

mus Ptolæmaidam, & ſalutatis fratribus h

manſimus die una apud illos.†Alia autem i k

¶Per terram, ¶Paleſtinæ.

die profecti venimus Cæſaream. Et intran- l

a ¶Non apoſtoli,ſed prædicatoris,qui in Samaria euangelizauit eunucho.

b tes domum Philippi euangeliſtæ, qui erat m

¶Diaconibus.

c vnus de ſeptem, manſimus apud eũ. Huic n

a ¶Vt Iohel:Et prophetabunt filii & filiæ ueſtræ &c.

autem erant filiæ quatuor virgines prophetantes.† Et cũ moraremur per dies aliquot

d ſuperuenit quidam vir a Iudæa propheta, o

nomine Agabus. Is cũ veniſſet ad nos, tu- p

lit zonam Pauli,& alligans ſibi pedes & ma

e nus dixit: Hæc dicit ſpirituſſanctus: Virum, cuius eſt zona hæc, ſic alligabunt in Ieruſalem Iudæi, & tradent in manus Gentium. Quod cum audiſſemus, rogabamus nos & qui loci illius erant, ne aſcenderet Ieroſolymam. Tunc reſpondit Paulus & dixit: Quid facitis flentes

a ¶Per hoc fortitudo fidei in Paulo monſtratur.

& affligentes cor meum? Egõ autem non q

ſolum alligari, ſed & mori in Ieruſalem paratus ſum propter nomen domini Ieſu.

f Et cum ei † ſuadere non poſſemus, quie-

a ¶De uita Pauli vel de morte.

uimus dicentes: Domini volũtas fiat. Poſt r

a ¶Ad voluntatem domini ſiue mori ſiue uiuere.

dies autem iſtos † præpãrati aſcendeba- ſ

mus Ieruſalem. Venerunt autem* qui- t

dam ex diſcipulis a Cæſarea nobiſcum,ad-

g ducentes hunc apud quem hoſpitaremur

¶Olim fidelem.

Iaſonem quendam Cyprium antiquum u

diſcipulum. Et cum veniſſemus Ieroſoly- x

mam, libenter exceperunt nos fratres.

Sequenti autem die introibat Paulus no- y

a ¶Apoſtolum filium Alphei,qui erat epiſcopus Ieroſolymorum.

h biſcum ad Iacobum, omneſque collecti

¶Paulus,

ſunt ſeniores. Quos cum ſalutaſſet, narrabat per ſingula, quæ Deus feciſſet in Gentibus per miniſterium illius. At il-

¶Gratias ei agentes.

li cum audiſſent,† magnificabant Deum,

†autem cę piſſet nobis apparere Cypr⁹ †Poſtridie uero nos ę qui eramus cum Paulo,uenimus Cęſ. †ſublatis farcinis *una †glorificabant

### MORALITER.

✱ per loca uaria nauigauit, cuius proceſſus deſcribitur vſque ibi:

k *Alia aut.die &c.Et intrant do.Phi.* Iſte erat vnus de ſeptem diaconibus electis ab apoſtolis,ut habetur ſupra vj.b. Et iſte prædicauit Samaritanis. & pluribus aliis gẽtibus, ut habetur ſupra.viij. cap. propter quod Paulus manſit ibi. vij. diebus ad conferendum de profectu Chriſtianæ religionis,& ad quieſcendum poſt laborem nauigationis.

n *Huic au.e.qua.fi.* Per Philippum, qui os lampadis interpretatur, prædicator euangelii ſignificatur.nam in ore lampadis eſt luminis ſplendor,quem fouet exiſtentis interius olei liquor. nam in ore prædicatoris debet eſſe ſplendor ueritatis,quem fouet & nutrit dulcor pietatis.per quatuor uirgines ſignificãtur quatuor uirtutes cardinales,quas uerus prędicator nutrit uerbo & exemplo ſicut chariſſimas ſibi filias.

o *Superuenit qui.uir a Iu.pro.&c.* alias pluribus uicibus ſignificatum fuerat Paulo per ſpiritumſanctum,q alligãdus foret in Ieruſalem: ſed iſta prophetia expreſſius hoc ſignificauit nõ ſolũ uerbo,ſed etiam ſenſibili ſigno, propter quod aſſiſtentes catholici rogabant Paulum ut non aſcenderet Ieroſolymam, ſed ipſe non acquieuit, ſed magis conſtantiam oſtendit di.

q *Ego autem non ſo.al.ſed et mori in Ie.paratus ſum &c.* Et in hoc dedit conſtantiæ exemplum uſque ad martyrium.

✱ *Audierunt*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

templum, vbi præcipitatus fuit, ſepultus eſt.

E a *Dicens non de eos cir.* Be. In doctrina.n. Chriſti damnas velut ſacrilega, nec Deo mãdante ſcripta, quæ a Moyſe ſunt miniſtrata. Hoc dicebant de Paulo, non illi, qui ſciebãt quomodo fideles Iudæi hæc obſeruarent. ſ. pro commendanda autoritate Dei, & illorum ſacramẽtorum ſanctitate, non pro adipiſcenda ſalute, q̃ in Chriſto reuelata per baptiſmũ dabatur. Sed illi hoc ſparſerant, qui ſic legalia obſeruabant quaſi neceſſaria credentibus. Paulus.n. vehemens gratiæ prædicator eis aduerſabatur, docẽs nõ per illa, ſed per gratiam Chriſti hominem iuſtificari, quę pronũciabatur in vmbra legis. Ideoq; perſecutionem in eum ſuſcitare moliebantur, tanquam inimicum legis & mandatorum Dei. hanc falſam criminationem congrue deuitauit, eadem celebrãdo, quę damnare uidebatur, ſic oſtendens nec Iudęos tunc ab eis ſicut nefariis prohibẽdos, nec Gentiles ad ea tãquam neceſſaria cogẽdos. Iam tamen apoſtoli decreuerant, ne quis cogeret Gentes Iudaizare, ſed Iudæi non prohibebantur.

*In actis Apoſto. c. 21. n. 5* — *† ſtudioſi ſectatores* — *vbi ſup.*

b *Neq; ſecundum con. ing.* Be. Non ſunt prohibiti eo tpe Iudæi in Chriſtũ credentes ſm legem ingredi, ſtãte adhuc templo & ſua religione, quamuis in ſacramẽtis no. Te. ſalutem habituri, ſed credentes ex Gentibus prohibebant ad legem conuerti, qui tamen legis mãdata ad mores & mundiciam corporis pertinentia, ut eſt: Non concupiſces &c diligẽter obſeruare iubebãtur. Quarta ſynodus Ieroſolymis hæc habita eſt. Prima fuit de electione alterius apoſtoli pro Iuda. Secunda de electione ſeptem diaconorum. Tertia de circunciſione non imponenda illis, qui credebant de Gentibus. Quarta hæc de Iudæis illo tempore non prohibendis. vbi neceſſitas exigeret, legalibus ceremoniis initiari, ꝓpter ſcandalum eorum, qui putabant apoſtolos legem Moyſi ſicut idololatræ dogmata damnare.

*Apoſtolorũ ſynod' quadruplex* — E

*vbi ſup.* c *Quia quæ de te au. fal.* Be. Non.n. ita reprobas legalia ſicut dictum eſt. ſi autẽ ideo celebraret, ut actione ſimulata ſuam occultaret ſententiam, non hoc diceret Iacobus.

*vbi ſup.* d *Cum autem ſeptem dies.* Be. Nondum conſummati erant, ſed eorum curſus agebãt adhuc. vnde in Græco expreſſius dicitur: Cum incipiebant ſeptem dies conſummari. alioquin non ſtaret quod ipſe poſt quinq; dies aduentus ſui in Cæſaream præſidi dixit, quia nõ ſunt plus dies mei, quàm xij ex quo aſcendi adorare in Ieruſalem. Si.n. vij. his & illis quinq; diebus concilii dies quo ipſe Phariſæos & Saducæos diſſociauit, & ille, quo Iudæi eum occidere voluerũt, adiiciantur, plus quàm duodecim dies inueniuntur.

** ille*

*vbi ſup.* e *Concitauerunt omnem po.* Be. Quia uidebant Gentiles gratię ſectatores minus ceremonias legis & templi ſolennia frequentare. timebant ne venirent Romani & tollerent locũ & gẽtẽ.

Cum

*¶ Interrogando dicunt.*

dixeruntq; ei: Vides frater, quot milia ſunt in Iudæis, qui crediderunt, a
*a ¶ Zelatores legis aduerſum te.*
& omnes † æmulatores ſunt legis? b
*a ¶ Inde eſt zelus.*
Audierunt autem de te, quia diſceſ- c
*¶ i. a Moyſi lege.*
ſionem doceas a Moyſe, eorum, qui a per Gentes ſunt Iudæorum, dicens non debere eos circuncidere filios
*a ¶ Antiquam.*
b ſuos, neq; ſecundum † conſuetudi-
*a ¶ In ſynagogam, vel verſari in lege. b ¶ In concilio eorum. ¶ Quid audierunt de te? ¶ Vel quid tibi faciendum eſt?*
nem ingrẽdi. Quid ergo eſt? † Vtique
*a ¶ Neceſſe eſt, vel opportunum.*
oportet conuenire multitudinem: d audient enim te ſuperueniſſe. Hoc ergo fac, quod tibi dicimus. Sunt e nobis viri quatuor votum habentes ſuper ſe: his aſſumptis † ſanctifica te
*¶ Iunge te illis.*
cum illis, & impende in illis, ut ra- f dant capita: & ſciant omnes, quia quæ de te audierunt, falſa ſunt: ſed g ambulans & ipſe cuſtodiens legem.
*a ¶ Q. d. non contra legem nos dicimus modo.*
De his autem, qui crediderunt ex h
*a ¶ Non tantum dicentes. b ¶ Nihil tale cuſtodire eos niſi vt obſeruent ſe ab idolothytis &c.*
Gentibus, nos ſcripſimus † iudican- i tes, vt abſtineant ſe ab idolis, immolato, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione. Tunc Paulus aſſumptis
*a ¶ Quatuor habentibus votum. c ¶ Radens caput.*
uiris poſtera die purificatus, cum il-
*¶ Donec offeretur &c*
lis intrauit in templum, annuncians k
*¶ Finem.*
expletionem dierum purificationis donec offeretur pro vnoquoque oblatio eorum. Cum autem ſeptem l dies conſummarentur, hi, qui de A- m
*a ¶ Minore.*
ſia erant, Iudæi, cum vidiſſent eum n in templo, concitauerunt omnem o populum, & iniecerunt ei manus, p clamantes: Viri Iſraelitæ adiuuate: Hic eſt * homo, qui aduerſus q
*¶ Quia credentes docebat eſſe veram Ieruſalem, & nouam legem præferebat, & locum eſſe Dei dicebat totam eccleſiam.*
populum & legem & locum hunc

erat ſibi licita illo tempore amoueret ſcãdalũ infirmorũ. primo ergo circa hoc ponitur pſuaſio Iacobi. ſcđo aſſenſus Pauli, ibi: Tunc Paulus. prima pars & ſecunda patent ex dictis paucis exceptis, quæ diſcurrentur. G

b Et omnes æmulatores ſunt legis? *ſcilicet ſeruandæ, ne ſtatim dimittatur tanquam illicita, ſicut ritus Gentilium.*

c Audierunt autem de te, quia di. doce. a Moyſe. *quod tamen non eſt verum.*

d Oportet conuenire multit. *de te uerbis falſis ſcandalizatam.*

f Et im. in illis. *i. fac oblationem cum illis quæ ſolet fieri in talibus.*

g Sed am. & ip. cu. le. *tanquam adhuc ſeruari licitam, dũ tamen ibi nõ ponatur fides, tenendo q̃ ſine tali obſeruatione fides Chriſti non ſufficeret ad ſalutem. ideo dicitur:*

h De his autem, qui cre. ex Gen. *quos ſaluari credimus per fidem Ieſu Chriſti ſine circunciſione et aliis legalibus, vt hẽtur ſup. xv.*

i Scripſimus iu. ut ſe ab. *ꝓ Iudæorũ & Gẽtiũ cõi ſocietate ſeruãda, ut dictũ eſt ſup. xv.*

k Annunc. ex ple. di. pu. *hoc.n. denũciabat factus purificatus cum illis Nazaræis, qui purificabantur termino ſui voti expleto.*

ter audias nos pro tua clementia. Inuenimus hunc hominem peſtiferum, & cõcitantem ſeditiones omnibus Iudęis in uniuerſo orbe, & autorem ſeditionis ſectæ Nazarenorum, qui etiam tẽplum † uiolare conatus eſt, quem & apprehenſum uoluimus ſecundum legẽ noſtram iudicare. Superueniens autẽ tribunus Lyſias, cum ui magna eripuit eum de manibus noſtris, iubẽs accuſatores eius ad te uenire, a quo poteris ipſe † iudicans de omnibus iſtis cognoſcere, de quibus nos accuſamus eũ. Adiecerũt autem & Iudæi, dicẽtes hæc ita ſe habere. Reſpondit autem Paulus ãnuente ſibi præſide dicere. Ex multis annis eſſe te iudicẽ gẽti huic ſciens, bono animo pro me † ſatisfaciã. Potes enim cognoſcere, quia nõ plus ſunt dies mihi quã duodecim, ex quo aſcẽdi adorare in Ieruſalem, & neq; in templo inuenerunt me cũ aliquo diſputãtẽ, aut cõcurſum facientẽ turbæ, neq; ĩ ſynagogis neq; in ciuitate, neq; probare poſſunt tibi de quibus nũc me accuſant. Confiteor autẽ tibi hoc: q † ſecundum ſectã quam dicunt hęreſim, ſic deſeruio patri & Deo meo, credens õmnibus, quæ in lege & prophetis ſcripta ſunt, ſpẽm habens in Deum, quam & hi ipſi expectant reſurrectionem futuram iuſtorũ & iniquorũ. In hoc & ipſe ſtudeo ſine offendiculo, cõſciẽtiam habere ad Deũ & ad homines ſemper. Poſt annos autem plures eleemoſynas facturus in gentem meã ueni, & oblationes & uota, in quibus inuenerunt me purificatũ in templo, non cum turba neq; cum tumultu. Et apprehenderunt me clamantes & dicentes, Tolle inimicũ noſtrum. Quidam autem ex Aſia Iudæi, quos opportebat apud te præſto eſſe, & accuſare ſi quid haberent aduerſum me, aut hi ipſi dicant, ſi quid inuenerũt in me iniquitatis cum ſtem in concilio niſi de una hac ſolummodo uoce, qua clamaui inter eos ſtans: Quoniam de reſurrectione mortuorum ego iudi

Interlinear: A Nazareno .i. Ieſu. — Inducendo in illud Gentiles. — Tribuno. — Veritatem eorum. — Signum faciente manu. — q.d. ... Cum fiducia. — Excuſabo me. — A teſtibus. — Non eſt antiquum tempus. — Non uiolare templum. — Quæritantem. — Nazarenorum. — Dicentes: Inuenimus autorem ſeditionis, b Sciſſionem. — Vt Phariſæi, non vt Saducæi, reprobantes quædam de his quę in lege & prophetis. — De reſurrectione mortuorum. — Credens. — In Ieruſalem. — Raſo capite ſeruantem legem. — Me inuenerunt in templo. — Aſianos. — Ananias cum ſenioribus & Tertullio. — Modo.

Margin: In aliis exemplaribus ... — templum te — † inquirẽdo — Vel ſup. — ſecundum uiam — † iuxta uiã — Et apprehẽderũt clamantes & dicẽtes: Tolle inimicum noſtrorum

## NIC. DE LYRA.

¶ a Inuenimus hunc ho. p. *Nomen eius non exprimit, quaſi præ nimia malicia nominari indignum.*

b Et conci. ſed omni. Iu. *cum tamen eſſet prædicator euangelicæ pacis.*

c Et au. ſe. ſec. Na. *i. Chriſtianorum, a Ieſu Nazareno ſic dictorum.*

d Qui etiam tem. uio. cona. eſt. *inducendo illi Gentiles. hoc enim imponebant ſibi falſo, ut patet ex prædictis ſupra. xxi. capitulo.*

e Quem & appreh. *in tem.*

f Voluimus ſecundum legem. no. iu. *q.d. iſtud pertinet ad nos, ſicut & cultum templi cuſtodire. Cætera patent uſque ibi:*

g Adiecerunt autem & Iu. *ad approbandum & confirmandum uerba Tertullij.*

h Reſpond. au. Pau. *Hic conſequenter ponitur Pauli defenſio. & primo captat beneuolentiam dicens:*

i Ex multis annis te eſſe iudicem huic Genti. *rebelli & male regibili.*

k Sciens. *q.d. per hoc manifeſte patet bonitas tui regiminis, quod tandiu habuiſti regimen huius Gentis. & hoc ego ſciens:*

l Bono animo pro me ſatiſ. *fidens de tua iuſticia, & mea innocentia. Conſequenter reſpondet ad obiecta. & primo ad primum ſcilicet de concitatione ſeditionum in Ieruſalem, di.*

m Potes enim cog. *per multos teſtes fide dignos.*

n Quia non plus ſunt mi. dies. *ſicut declaratum eſt ſupra. xxi. ca.*

o Et neque in tem. in. m. cum ali. diſp. *quæ diſputatio facit aliquando commotionem audientium.*

p Aut concur. facientem turb. *quod eſt ſeditionis ſignum.*

q Neque in ſy. neque in ciuita. *ſupple, inuenerunt me prædicta facientem.*

r Neque prob. poſſint ti. *illa ſupple.*

s De quibus n. me ac. *& tamen debent probare cum ſint actores.*

t Confiteor. *Hic reſpondet ad ſecundum. ſ. de ſecta Chriſtianorum, quam confitetur ſe tenere tanquam ſanctam & bonam, di.* Co. fi. au. ti. h. *tanquam iudici.*

v Quod ſe. ſectam. *Chriſtianorum.* qua. di hær. *id eſt magis teneri ex pertinacia et ignorantia popularium, quam ex teſtimonijs ſcripturarum. Vnde dicebant Ioh. vii. c. Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariſæis? ſed turba hęc quæ non nouit legem, maledicti ſunt.*

x Sic deſer. p. *omnium.*

y Credens omni. etc. ſcripta ſunt. *& in Ieſu Nazareno adimpleta ſunt.*

z Spem habens in de. *de beatitudine cõſequenda per ipſum.*

a Quam et hi ipſi exp. *quantum ad Phariſæos, quæ etiam ſecundum eos non habebitur niſi in reſurrectione mortuorum, in qua iuſti æternaliter præmiabuntur, & iniqui damnabuntur.*

b In hoc et ipſe ſtudeo ſine offen. con. ha. *i. ſine ſcandalo actiuo.*

c Ad Deum et ad hominem ſemper. *non ſolum caues offenſam Dei, ſed ẽt hominũ quantũ eſt ex me. & ſic offenſa accuſatorũ meorũ procedit ex eorũ mera malicia*

d Poſt an. *Hic conſequenter reſpondet ad tertium. ſ. de uiolentia templi, di.* Poſt ann. au. plu. *a conuerſione mea ad Chriſtum.*

e Eleemo. fa. in gen. m. *id eſt in fideles in Ieruſalem manentes, qui ſuas uendiderant poſſeſſiones, ut habetur ſupra. iiii. ca. propter quod Paulus pro eis faciebat collectas in gentibus alijs, ut habetur ſupra in epiſtolis ſuis.*

f Veni. *in Ieruſalem.*

g Et oblationes. *facturus.*

h Et uot. *Deo redditurus.*

i In quibus inue. *Et ſic ipſum non uiolaui. ſed magis honoraui.*

k Non cum tur. neque cum tu. *inuenerunt me. ſed offerentem oblationes meas deuote. Conſequenter oſtendit, qui fuerunt illi, qui in templo eum inuenerunt, & tumultum fecerunt di.*

l Quidam autem. *vt patet ex ſupradictis. xxi*

m Quos opor. *Sed eorum abſentia oſtẽdit magis culpabiles eſſe de concitatione in tẽplo facta, quam fecerant ſine cauſa.*

n Aut hi ipſi. *qui ſunt hic præſentes.*

o Dicant &c. in c. *id eſt iudicij loco.*

p Niſi de una h. ſo. u. *q.d. ego non fui cauſa diſſenſionis eorum, ſed ipſimet inuicem pro defenſione ſectarum ſuarum.*

¶ Diſtulit

G

H

## MORALITER.

✱ *a Inuenimus hunc ho. peſtiferum.* immo ſecundum ueritatem ſalutiferum ſicut patet per reſponſionem Pauli dicentis infra, *Poſt annos autẽ plu. eleemoſy. fa. in gen. meam uen. & oblationes.* Item propoſuit Tertullius contra Paulum.

*b Et concitantem ſedi.* quod patet falſum per reſponſionem Pauli dicentis infra. *Inuenerunt me purificatum in templo, non cum tur. neque cum tumul.* Item propoſuit.

*c Et autorem ſeditionis ſectæ Nazarenorum.* id eſt Chriſtianorum, quæ non eſt ſecta ſeditionis, ſed unionis populi ad Deum. ideo ad hoc dicit Paulus,

*v Secundum ſectam, quã dicunt hæreſim.* falſo tamen.

*v Sic deſeruio Deo patri credens omnibus quæ in lege & prophetis ſcripta ſunt.* Item propoſuit.

*x Qui etiam templum uiolare c. eſt.* quod ex reſponſione Pauli patet falſum, quia non eſt conatus ipſum uiolare, ſed honorare per orationes & uota, ut patet in litera.

Margin: ſeditionis — nota

Neque ✱ *Diſtulit*



*a De ſuis mi.* Ra. Diſcipulis & ſociis. Aliter iuſſit non prohibere quemquam miniſtrare ei de ſuis rebus uel facultatibus.

A

*b Tremefactus &c. & ſperans.* Ra. Sic iunge, tremefactus & ſperans pro his duobus dimiſit cum liberæ cuſtodiæ, præ timore Dei & ſpe pecuniæ.

*c Biennio autem ex.* Be. Biennium dicitur conuerſationis Pauli in Cæſarea, & nõ pſidatus Felicis, cũ ſupra dictũ ſit, q multis annis iudex fuerit illi gẽti, pſertim cũ hiſtorię narrent, ſecũdo Neronis anno miſſũ Romã Apl'um: Claudiũ vero Cęſarẽ eo q tpe quo Agrippã filiũ Herodis, quẽ angel' Cęſareæ pcuſſit, Iudęorũ regẽ cõſtituerit Felicẽ quoq; totius prouinciæ Samariæq; & Galileæ procuratorẽ miſiſſe.

*d Reliquit.* Ra. Vtrum uiuens an moriens reliquerit, incertum eſt, ſed tamen melius uidetur, quod uiuens Iudæis gratiam præſtiterit.

cor hodie a uobis. † Diſtulit autem illos Felix, certiſſime ſciens de uia hac, dicens: Cum tribunus Lyſias deſcẽderit, † audiã uos. Iuſſitq; Centurioni cuſtodire eum, & habere † requiẽ, nec quenquã prohibere de ſuis miniſtrare ei *. Poſt aliquot autem dies ueniens Felix cum Druſilia uxore ſua, quæ erat Iudæa, uocauit Paulum, & audiuit ab eo fidem, quæ eſt in Ieſum Chriſtum. Diſputante autem illo de iuſticia & † caſtitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix reſpondit: † Quod nunc attinet uade: tempore autem opportuno accerſiam te: ſimul & ſperãs q pecunia ei daretur a Paulo*: propter quod & frequenter accerſiens eum loquebatur cũ eo. Biennio autem expleto accepit ſucceſſorem Felix Porcium Feſtum. Volẽs autem gratiam præſtare Iudæis Felix, reliquit Paulum uinctum.

Interlinear: Iudicare inter illos. — Veritatis, quæ in Paulo erat, vel de eis, quã faciebat Paulo. — Hoc dicit ut iudicium differat, & quia Paulus dixerat, A quo poteris veritatem cognoſcere. — Paulum. — Seruili timore territus. — Liberam oſtendit cuſtodiam. — Quia ſperabat pecuniam. — Paulum. — Præſidatus Felicis, uel ex quo Paulus ad Felicem eſt adductus. & hoc melius videtur. — Non ſoluendo Paulum.

Margin: † Auditis autem his diſtulit. — † relaxationem — * aut adire eum. — † temperãtia — Li. 20. Iud. antiq. c. 7. — † In pręſentia — Li. citato — * vt ſolueret ipſum

## NIC. DE LYRA.

¶ a Diſtulit au. *Hic conſequenter ponitur reſponſio iudicis. & ſecundo ſui ſucceſſoris c. ſe. Prima in duas, quia primo ponitur iudicis reſponſio. ſecundo prædicationis Pauli auditio, ibi: Poſt aliquot. Circa primũ dicitur.* Diſtu. au. il. Fe. *differendo dare ſententiam.*

b Certiſſi. ſciens de uia. *veritatis pro Paulo. formidabat tamen turbare Iudæos motus timore humano: ſicut & pilatus ſciens innocentiam Chriſti. Tradidit eum tamen Iudæorum voluntati, ne contra eum aliquid machinarentur erga Cæſarem di. pro excuſatione dilationis.*

c Cum tribunus Ly. de. *de Ieruſalem in Cęſaream, quæ eſt in inferiori ſitu.*

d Audiam uos. *Hanc autem excuſationem accepit ex uerbis Tertullij, qui in allegatione ſua dixerat, quod de omnibus, quæ dicebat, Felix poterat a Lyſia cognoſcere ueritatem.*

B

e Iuſſitque Centu. c. eum. *ſ. Paulum.*

f Et h. re. *ſ. a catenis uel infeſtationib. ſuis.*

g Necquẽquam pro. de ſuis. *amicis.*

h Miniſtra. ei. *neceſſaria uictus & ueſtitus*

i Poſt aliquot. *Hic conſequenter ponitur prædicatio Pauli Felici & eius uxori cum ſubditur:*

Et audi-

k Et audiuit ab eo fi. *vxore ſua Iudæa ad hoc inducẽte uirum ſuum.*

C

l Diſputante autem il. *id eſt prædicante.*

m De iuſticia. *ſeruanda ad proximum.*

n Et caſtita. *ad ſeipſum.*

o Et de iudi. fu. *cuius conſideratio inducit timorem diuinum.*

p Tremefa. Fe. *ex auditu talium.*

q Reſpon. Quod nunc atti. uade. *tunc enim liberauit eum a clauſura carceris, dans ei libertatem eundi per ciuitatem, ita tamen quod rediret ad mandatum ipſius.*

r Simul & ſper. *q. d. non ſolum dedit hanc libertatem Paulo diuini iudicij timore, ſed etiam cupiditate pecuniæ.*

s Biennio autem ex. *Iſtud biennium non eſt tempus præſidatus Felicis: aliter non uideretur verum, quod dixit ei Paulus ſupra eo. ca. Ex multis annis te eſſe iudicem huic genti ſciens, & c. ſed eſt tempus moræ Pauli in Cæſarea. Tempore enim Felicis ſurrexerunt in Iudæa multi latrones, & falſi prophetæ populum ſeducentes, & communitatem perturbantes, ut dicit Ioſephus, in quibus capiendis & reprimendis Felix fuit occupatus ita quod cauſam Pauli non determinauit: et quia eius determinationem differre uolebat ut patet ex prædictis.*

t Acce. ſuc. Fe. Por. Fe. *Ita ſcribitur in libris correctis. & ita nominat eum Ioſephus*

u Volens ãt gra. præſtare Iu. Fel. *timẽs ne accuſaretur ab eis de malo regimine terræ.*

x Reliquit Pau. uinct. *reuocans libertatem, quam dederat ei, tamen per hoc non euaſit accuſationem Iudæorum apud Cæſarem non pro Paulo, ſed propter malam terræ gubernationem, ut dicit Ioſephus & idem contigit Pilato, qui in fauorem Iudæorum condẽnauerat Chriſtum. nam accuſatus a Iudæis fuit relegatus in exilium*

## MORALITER.

✱ *a Diſtulit au. il. Fe.* Per iſtum iniquus iudex deſignatur, qui differt dare ſententiam pro innocente in fauorem partis aduerſæ, & per hoc credens pecuniam obtinere, ſicut dicitur hic de iſto Felice, quod ſperabat habere pecuniam a Paulo quam tamen non habuit, propter quod volens gratiam præſtare Iudæis, Paulum vinctum reliquit, ut dicitur in fine huius capituli.

D

## GLOS. ORDIN. CAP. XXV.

☞ *Feſtus autem cum u. in pro.* Ra. Palęſtinæ, ſicut Palęſtinæ præſides alii ſemper aliis ſuccedentes a Romanis mittebantur.

☞ *Cæſarem*

## NIC. DE LYRA. CAP. XXV.

Feſtus au. cum ue. in pro. *Poſito tractatu Felicis circa Paulum hic conſequenter ponitur tractatus ſui ſucceſſoris erga eum. & primo in Pauli abſentia. ſecundo in eius præſentia, ibi: Et altera die. Circa primum dicitur:*

a Feſtus ergo cum ueniſſet in pro. *Iudęæ.*

b Poſt triduum aſcendit Ieroſolymam a Cęſarea *eo quod erat metropolis terræ. Cętera patent uſque ibi:*

c Inſidias t *id eſt tendere diſponentes.*

f Feſtus autem re. ſer. quidem Paulum in Cæſarea. *Quia in cauſis maxime arduis, ſicut eſt mors vel uita hominis, non eſt procedendum leuiter, ſed mature.*

g Et alte. die ſe. pro tribuna. & iuſ. Pau. ad. *Hic conſequenter ponitur tractatus in Pauli præſentia. Et patet litera.*

h Circunſteterunt eum, qui ab Ieroſolyma deſcende. Iudæi. *vt eorum multitudine & circundatione terreretur.*

i Multas & gra. cau. ob. q. non po. proba. *quæ non exprimuntur hic: ſed ex reſponſione Pauli patent in parte, cum dicitur:*

Paulo

Margin: † breui illo

## CAP. XXV.

Feſtus autem † cum ueniſſet in prouinciam, poſt triduum aſcendit Ieroſolymam, Cęſarea. † Adieruntq; eum principes ſacerdotum & primi Iudæorum † aduerſus Paulum, & rogabant eum poſtulantes gratiam aduerſus eum, ut iuberent eum perduci in Ieruſalem, inſidias tendentes ut eũ interficerent in uia. Feſtus autem reſpondit ſeruari quidem Paulum in Cæſarea, ſe autem † maturius profecturum. Qui ergo in uobis, ait, potentes ſunt, deſcendentes ſimul, ſi quod eſt in uiro crimen, accuſent eum. Demoratus autẽ inter eos dies nõ amplius quã octo aut decẽ, deſcẽdit Cęſareã & † altera die ſedit ꝓ tribunali, & iuſſit Paulũ adduci. Qui cũ ꝑductus eẽt, circũſteterũt eũ, q ab Ieroſolyma deſcẽderãt, Iudæi, multas & graues cãs obiiciẽtes, quas nõ poterãt ꝓbare, Paulo rõnẽ reddẽte, qm neq; legẽ Iudęorũ, neq; in templũ, neq; legẽ Iudæorũ, neq; in tẽplũ, neq; in Cęſarem quicquã peccaui. Feſtus autẽ uolens Iudęis gratiam pręſtare:

Interlinear: Ex quo uenit. — Locuturi. — Paulum. — Celerius.

k Paulo rationem redde. *ad excudendum excuſationes eorum.*

l Quoniam neque in legem Iudæorum neque in tem. ne. in Cęſa. quicquam p. *vt patet ex reſponſionibus Pauli ca. præce.*

m Feſtus au. uo. Iu. gra. præ. *Superius eſt deſcripta multiplex perſecutio Pauli a Iudæis in Ieruſalem & in Cæſarea: hic conſequenter ponitur eius appellatio, per quã exiuit de Iudæa & iuit Romã: ſicut dominus dixerat ei ſupra. 23. c. Et diuiditur in tres partes. quia primo Pauli appellatio interponitur. ſecundo de appellante conſulitur, ibi: Et cum dies aliquot. tertio Romã mittitur cap. xxviij. Circa primum dicitur:* Feſtus autem uo. gra. præſt. Iu. *q. timebat accuſari ab eis*

¶ *ſunt & plures*

## MORALITER.

✱ *a Feſtus autem cum ue. in pro.* Sequitur: *c Poſtulantes gr. ad. eum* ſ. Paulum.

*d Vt iuberent eum perdu. in Ieruſa.* Prius enim petierunt eum interfici, vt patet ex hoc quod dr̃ infra in eodem capitulo.

✱ *Poſtulantes*

Margin: † ſuſcepta prouincia — † Significarunt q; illi † de Paulo Diuiſio — † poſtera



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL ES

a *Cæſarem appel.* Be. Quod Cęſarem appellat, quod Romã ire feſtinat, ideo facit ut diutius inſiſtendo prædicationi, multis credẽtibus coronatus eat ad Chriſtum.

b *Agrippa rex.* Hic Agrippa qui cum vxore venit Cæſaream, filius Herodis Agrippæ, quem angelus interfecit, qui vſq; ad ſubuerſionem Ieruſalem regnũ Iudeæ tenuit.

c *De quibus ergo ſu.* Ra. His cauſis uel rebus ſine uerbis: de quibus ego ſuſpicabar, id eſt ab accuſatoribus expectabã, vel mala, de quibus ſuſpicabar. Aliter de quibus id eſt accuſatoribus ſuſpicabar malum, qui nullam cauſam dignam morte deferebant.

d *Sua ſuperſti.* Ra. Amborum, id eſt Pauli & Iudæorum legem uocabat ſuperſtitionẽ.

e *Cum mul.am.* Rab. id eſt multa turba ambiente eos: uel cum multo deſiderio Paulum audiendi Bed. Pro ambitione in Græco ponitur, phãtaſia. i. multiplex apparatus & pompa regalis officii, quia illã ambiẽte vndique ſtipabatur.

NIC. DE LYR.

¶ *ſicut & plures alij qui in eodem officio præerant.*

a Reſpondens Paulo. *Non ad eius uerba propter quæ debuiſſet eum dimittere tãquam ſine culpa.*

b Dixit. *volens eum inducere vt conſentiret in Ieruſalem duci & ibi iudicari, quod erat Paulo periculoſum: propter quod habuit cauſam appellandi. ideo ſubdit:*

c Ad tri. Cæ. ſto. *quia Feſtus non habebat autoritatem iudicandi niſi a Cæſare. Cætera patent uſq; ibi:*

d Nemo poteſt me illis do. *cum ſim innocens. quod patent ex prædictis, quia Iudæi nihil poterant de grauibus probare, in quibus eũ accuſabant. ideo format ſuam appellationem, dicens:*

e Cæſarem ap. *tãquam iudicem ſuperiorem, ad quem licet appellare ab inferiori.*

f Tum Feſt. cu. co. lo. *i. habito cõſilio cũ ſapiẽtibus ſibi aſſiſtẽtibus.*

g Reſpondit Cæ. ap. *d. ferẽdo appellationi ſicut inſtũ erat et dignũ.*

h Et cum dies. *Hic conſequẽter de Paulo appellante quæritur conſilium quantum ad miſſionis eius modum. & primo in eius abſentia. ſecundo in eius præſentia, ibi: Altera autem die. Circa primum dicitur:* Et cum dies aliquot tranſacti eſſent. *ab appellatiõe Pauli.*

i Agrippa rex. *Iſte fuit filius Herodis Agrippæ, quem percuſſit angelus Domini, vt habetur ſupr. xij.*

k Et Ber. *ſoror eius, vt dicit Ioſephus libro primo de Iudaico bello.*

l Deſ. Cæ. *Tenebat n. iſte Agrippa regimẽ ſuũ a Cęſare, & voluit ſalutare Feſtũ, qui in Iudæa tenebat Cæſaris locũ. Cætera patẽt uſq; ibi:* Poſtu-

*In actis ap. c. 25. & 5.* — † nullã iniuſtã feci — † ſignificauerunt mihi — Ubi ſup. — * ob gratiã — D miſſo

¶ Optionem dat, quia ciuis Romanus erat.

reſpondens Paulo dixit: Vis Ieroſolymam aſcendere, & ibi de his iudicari apud me? Dixit autẽ Pau-

a ¶ Quod Cæſari factum erat in Cæſarea. ¶ Locus eſt iudicii.
b ¶ Hoc dicit ut appellaret Cæſarem. ¶ Quia hic eſt locus iudicii.

lus: Ad tribunal Cæſaris ſto, † ibi me oportet iudicari. Iudæis † non nocui, ſicut tu melius noſti. Si enim nocui, aut dignũ morte aliquid feci, non recuſo mori. Si uero nihil eſt eorũ † quæ hi accuſant

a ¶ Etiam ſi tu uelis gratiam præſtare Iudæis. b ¶ Ad nomen eius confugio.

me, nemo poteſt me illis donare. Cæſarem appello. Tunc Feſtus cum conſilio locutus reſpondit. Cæſarem appellaſti, ad Cęſarem ibis. Et cum dies aliquot tranſacti eſſent, Agrippa rex & Ber-

a ¶ Vxor eius ſecundum quoſdam, uel ut quidam

nice deſcenderunt Cęſaream ad ſalutandum Feſtum. Et cum dies plures ibi morarentur, Feſtus regi indicauit de Paulo, dicens: Vir quidam eſt derelictus a Felice uinctus, de quo cum eſſem Ieroſolymis, † adierunt me principes ſacerdotum & ſeniores Iudęorum, poſtulantes aduerſus illum

a ¶ Mortis ſecundum leges Romanas. ¶ Damnatio Pauli grata erat Iudæis.

dãmnationem. Ad quos reſpondi: quia non eſt conſuetudo Romanis* donare aliquem hominem, *priuſquam is, qui accuſatur, pręſentes ha-

¶ Spatium excuſandi.

beat accuſatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina, quę ei obiiciuntur. Cum

¶ Cæſaream.

ergo huc conueniſſent, ſine ulla dilatione ſequenti die ſedens pro tribunali, iuſſi adduci uirum. De quo cum ſtetiſſent accuſatores, † nullam cauſam deferebant, de quibus ego ſuſpicabar malum. Quęſtiones uero quaſdam de ſua ſuperſtitione habebant aduerſus eum, & de quodam

a ¶ Secundum ſenſum Iudæorum.

Ieſu defuncto, quem affirmabat Paulus uiuere.

¶ Quam ignorabam

Hæſitans autem ego de huiuſmodi quæſtione,

¶ Vbi ſapientiores.

dicebam, ſi uellet ire Ieroſolymam, & ibi iudicari de iſtis. Paulo autem appellante, ut ſeruare-

¶ Neronis. ¶ Iudicio.

tur Auguſti cognitioni, iuſſi ſeruari eum donec mittam eum ad Cæſarem. Agrippa autem dixit

¶ Pro, uellem nunc

ad Feſtum: Volebam & ipſe hominem audire. Cras inquit audies eum. Altera autem die cum ueniſſet Agrippa & Bernice cum † multa ambitio-

a ¶ Domum ubi cauſæ audiuntur coram iudicibus.

ne, & introiſſent in auditorium cum tribunis & uiris principalibus ciuitatis, iubente Feſto adductus eſt Paulus. Et dixit Feſtus: Agrippa

a ¶ Iudęæ. b ¶ Ananias & præſentes Iudei.

rex & omnes, qui ſimul adeſtis nobiſcum uiri, uidetis hũc hominẽ, de quo omnis multitudo Iudęorum interpellauit me Iero

¶ Non ſolum Ieroſolymis, ſed etiam in hoc loco i. in Cæſarea.

ſolymis, petentes & acclamantes, non oportere eũ uiuere amplius. Ego uero cõperi nihil dignum eum morte admiſiſſe. Ipſo autem hoc appellante, ad Au

a ¶ De teſtimonio alicuius pro quo vinctus.

guſtum iudicaui mittere. De quo quid certum ſcribam domino non habeo: propter quod perduxi eum ad uos, & maxime ad te rex Agrippa, ut interrogatione facta habeam quid ſcribam. † Sine ratione enim mihi uidetur mittere uinctum, & † cauſam eius non ſignificare.

m Poſtulantes &c. dam. *mortis*

n Ad qu re. &c. do. *quibuſcũque perſonis & quãtumcũque magnis aliquẽ hominẽ puniendum ad mortẽ.*

o Priuſquam is qu. ac. *Aſpectus n. & auditus partium pręſentialiter multũ cõferũt iudici ad cognitionẽ ueritatis. cætera patent vſque ibi:*

p Nullam ca. d. de qui. *ſ. cauſis.*

q Ego ſu. m. *vt de homicidio uel huiuſmodi.*

r Quæſt. u. quaſ. de ſu. *i. de religione Iudaica. quam bene nõiat ſuperſtitionẽ, quia ſuperſtitio proprie loquendo eſt uana vel ſuperflua religio, quæ tũc uigebat apud Iudæos, magis curãtes de traditionibus hominum, quàm de mãdatis diuinis.*

ſ Hæſitans au. *quia Gentilis erat nihil ſciens de eorum ritu uel lege.*

t Paulo &c. Aug. c. *imperatoris. Sicut n. imperatores Romani uocati ſunt Cæſares a Iulio Cæſare primo imperatore: ita nominati ſunt Auguſti & adhuc nominantur ab Auguſto Cæſare, eo quòd multum auxit imperium.*

u Vol. & i. h. a. *nã Agrippa Iudæus erat & multa de Paulo audierat.*

x Altera au. *Hic cõſequenter quæritur cõſiliũ in præſentia. et primo conſilium quæritur. ſecundo Paulo locus loquendi conceditur. capi. xxvij. prima pars patet, paucis exceptis, quæ diſcurrentur.*

y Cum mul. am. *i. cũ multo apparatu, & cultu ueſtiũ & ſocietatis.*

z Peten. & ac. *vt ex magnitudine clamoris inclinaretur ani. nas Feſti ad concedendum mortem Pauli.*

a De quo &c. ſcri. *quia ſicut dictum Gentilis erat ignorans quæſtiones & diſcordias, quæ ſunt inter Iudæos & Chriſtianos.*

b Et ma. a. te re. *A. qui es Iudęus.*

c Vt inter. fa. *a Paulo per te.*

d Habeam qu. ſ. *ſ. de ipſo. & ſubditur cauſa:* Sine ratione enim.

MORALITER.

✻ m *Poſtulantes ad il. dam.* Sed qa nõ potuerũt hoc obtinere, vt ibidẽ dãnaretur, tũc petierũt vt in Ieruſalẽ duceretur, intẽdẽtes eũ occidere per inſidias in uia. Sic igitur per Paulũ vinctum, ſignatur quilibet innocens iniuſte grauatus. per Iudæos aũt iniqui perſequentes iuſtũ. p Feſtũ aũt põt intelligi iudex malus fauẽs parti fortiori, vñ de ipſo dr hic *Feſtus a. u.* A tali uero iudice põt & dẽt quilibet innocens grauatus exemplo Pauli appellare, nõ ſolũ propter ſuũ periculũ euitandũ, ſed ẽt ne iuſticia pereat & cõculcet.

† ubi — † de quibus — † ut peterat — † nullam criminationem — † ſimultate — † Iniquum † crimina de quibus accuſatur

NIC. DE LYRA. CAP. XXVI.

AGrippa uero. *Hic conſequẽter Paulus ĩquiritur Et diuiditur ĩ duas ptes*

§ *quia*

CAP. XXVI.

AGrippa uero ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui pro temetipſo. Tunc Paulus

MORALITER.

✻ a *Agrip.* Per Agrippã vero uolẽtẽ Paulũ audire loquentẽ ſignificatur curioſus auditor, qui magis deſiderat audire doctorẽ

✻ ductus



GLOS. ORDIN. CAP. XXVI.

a *De omnibus quibus ac.* Bed. Hũc verſum alia tranſlatio ſic habet: Aeſtimo meipſum beatum apud te: incipiẽs rationem reddere hodie. quod Hiero. cum ſua expoſitione ſic ponit. De omnibus quibus accuſor a Iudęis, ò rex Agrippa, æſtimo me beatum, cũ apud te ſim hodie defendẽdus, qui noſti omnes Iudęorum conſuetudines & quęſtiones legerat n. illud Eſaiæ: Beatus qui in aures loquitur ſapientis, & nouerat tantum orationis uerba proficere, quantũ iudicis prudẽtia cognouiſſet.

b *Quid incredibile iudi.* Ra. Vel ſic: Rex quid dicis? Incredibile iudicatur apud uos &c. interrogãdo. q. d. non eſt incredibile. Suſcitauit quidẽ ante mortuos in exemplum futuri, vel ſuſcitat.

c *Cum occiderentur, detu ſent.* Raba. Alia editio: Occidendiſq; detuli ſententiam. i. qualiter occiderentur ipſe ſententiã dedi. *Detuli ſen.* Rab. iudicaui illos occidẽdos. nõ ſit occidi, niſi forte ad occiſionẽ pertineat quod ſequitur: Puniẽs eos &c. et amplius inſaniens &c.

d *Contra ſtimulum.* Rab. Huculq; ſine ſtimulo reſtitiſti, ſed nunc ſi reſiſtis, contra ſtimulum calcitrabis, quod ſatis durum eſt. Stimulus eſt ipſa correctio.

☞ *Inſanis*

NIC. DE LYRA.

¶ *quia primo auditur Pauli reſponſio. ſecũdo ſuper eam habetur collatio, ibi: Et ſurrexit rex. Prima adhuc in duas: quia primo ponitur reſponſio Pauli ad Agrippam. ſecundo ad Feſtum præſidem, ibi: Hæc loquente. Circa primum Paulus captat Agrippæ beneuolentiam Dei.*

a De omnibus, quibus accuſor a Iudæis &c. apud te. *id eſt innocentem, a te iudicari.*

b Cum ſim me defenſurus hod. *in tua præſentia.*

c Maxime te ſciente omnia, quæ apud Iudæos ſunt. *& ſic intelligis verba mea legi & prophetis conſona.*

d Propter quod obſe. pa. me audi. *hoc autem dixit, quia intendebat plura dicere, vt ex ſequentibus patet.*

e Et quidem. *Hic conſequenter proſequitur ſuam intentionem. Circa quam Apoſtolus primo narrat ſuam conuerſationem in Iudaiſmo. ſecundo perſecutionem, quam intulit populo Chriſtiano, ibi: Et ego quidem. tertio ſuam conuerſionem ab errore priſtino, ibi: In quibus &c. Circa primum dicit:* Et quidẽ vitam meam a iuuen &c. in Ieroſo. *quia Paulus fuit ibi miſſus & traditus doctrinæ Gamalielis, vt dictum eſt ſupra xxij.*

f Quoniam ſecũdum certiſſimam ſectam &c. *Secta enim Saducæorum, quæ in credendis diuidebatur, contra iſtam nulla erat, cum negaret generaliter ſpiritum & reſurrectionem mortuorum.*

g Et nunc in ſpe. *id eſt pro ſpe.*

h Quæ ad patres noſtros repromiſſionis. *ſcilicet de Chriſto venturo & de reſurrectione & beatificatione per eum fienda.*

i Facta eſt a Deo. *patriarchis & prophetis.*

k Sto iudicio ſubiectus. *tanquam malefactor & reus.*

† pro ſe dicebat — † ſis — † Mala — † qui prius nouerant me ſtrictiſſimam, diligentiſſimã — † inſtanter — † Agrippa † Cur — † multa repugnando Chriſtianorum — † Quarum rerum ſtudio.

a ¶ More concionantium, vel ad faciendum ſilentium.

extẽnta manu † cœpit rationem reddere. De omnibus, quibus accuſor a Iudæis rex A-

¶ Eſſe dicendum a te.

grippa, æſtimo me beatum apud te, cum

a ¶ Æſtimo me beatum. b ¶ Quia peritus es Iudaica conſuetudinis.

† ſim me defenſurus hodie, maxime te ſciente omnia, quæ apud Iudæos ſunt, conſuetu-

¶ Bonæ: ¶ Malæ.

dines & quæſtiones: propter quod obſecro, patienter me audias. Et quidem vitam meã a iuuentute, quæ ab initio fuit in gente mea in Ieroſolymis, nouerunt omnes Iu-

¶ Ante nos Gentiles.

dæi, † præſcientes me ab initio, ſi velint teſtimonium perhibere, quoniam ſecundum † certiſſimam ſectam noſtræ religionis ui-

¶ Reſurrectionis.

xi Phariſæus. Et nunc in ſpe, quæ ad patres noſtros repromiſſionis facta eſt à Deo, ſto

a ¶ Ante tribunal. ¶ Tuo. b ¶ Spe reſurgendi.

iudició ſubiectus, in qua duodecim tribus

a ¶ Deo propter illam ſpem. b ¶ Inueniri viri vel perfecti.

noſtræ* nocte ac die ſeruiẽntes ſperant deuenire. De qua ſpe accuſor a Iudæis rex.

a ¶ quia Chriſtum prædico reſurrexiſſe. * O.

*† Quid incredibile iudicatur apud vos, ſi Deus mortuos ſuſcitat? Et ego quidem exi-

a Sicut iſti modo exiſtimant.

ſtimaueram me aduerſus nomen Ieſu Nazareni † debere multa contraria agere: quod

a ¶ Non tantum exiſtimaui.

& feci Ieroſolymis, & multos ſanctorum ego in carceribus incluſi, a principibus ſacerdotum poteſtate accepta. Et cum occiderentur, detuli ſententiam. Et per omnes ſynagogas frequenter puniens eos, compel-

a ¶ Quam prius b ¶ Ad ſimilitudinem lupi.

lebam blaſphemare: & amplius inſaniẽns

a ¶ Ex magno affectu. b ¶ Non ſolum ad proximas in Iudæa ſitas.

in eos, perſequebar vſque in exteras ciuita-

a ¶ Ciuitatibus uel operibus illius inſaniæ. b ¶ Metropolim Syriæ Phœnicis.

tes. † In quibus dum irem Damaſcum, cum poteſtate & permiſſu principum ſacerdotũ, die media in via vidi rex, de cœlo ſupra ſplendorem ſolis circunfulſiſſe me lumen, & eos qui mecum ſimul erant: omneſq; nos cum decidiſſemus in terrã, audiui vocem loquen

a ¶ In qua olim Deus patribus loqui conſueuerat, ut magis credatur quod dicitur. b ¶ Proprium nomen ingeminat, ut ad ipſum uiſionem pertinere oſtendat.

tem mihi Hebraica lingua: † Saule, Saule,

¶ In membris.

quid me perſequeris? Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Ego autem dixi: Quis es Domine? Dominus autem dixit: Ego ſum Ieſus Nazarenus, quem tu perſequeris: Sed exurge & ſta ſupra pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi, vt conſtituam te mi-

a ¶ In hac prima uiſione.

niſtrum & teſtem eorum, quæ uidiſti, &

a ¶ Poſtea in multis uiſionibus.

eorum, quibus apparebo tibi, eripiens te de populis & Gentibus, in † quas nunc mit-

a ¶ Cæci enim ſunt. b ¶ Inter eos.

to te aperire oculos eorum, vt conuertan-

In

l In qua *ſcilicet ſpe.*

m Duodecim tribus noſtræ nocte ac die ſeruientes. *Deo.*

n Sperat deuenire *Nam Phariſæi non credentes Chriſto ſperabant ipſum venturum & reſurrectionem mortuorum facturum. Saducæi vero ſperabant ipſum venturum hominem tamen purum, ſed potentem & temporaliter regnaturum, & Romanorum potentiam ablaturum, negabant tamen reſurrectionem mortuorum. Iudæi vero in Chriſtum credentes tenebant aduentum eius primum in Ieſu Nazareno impletum: ſperabant tamen ipſum ſecundo venturum ad iudicium, & ſuſcitaturum mortuos, pœnas et pręmia eis ſecundum merita & demerita redditurum.*

o De qua ſpe accuſor à Iudæis rex. *a Phariſæis obſtinatis: de hoc quòd Paulus dicebat Ieſum Nazarenum eſſe Chriſtum in lege & prophetis promiſſum. a Saducæis uero de ſpe reſurrectionis mortuorum: ideo ſubdit:*

p Quid incredibile iudicatur apud vos &c. *q. d. non eſt ratio: quia Deus legitur mortuos ſuſcitaſſe in veteri teſtamento ad preces Eliæ. & ad preces Eliſei.*

q Et ego. *Hic conſequenter narrat perſecutionem, quam fecerat credentibus in Chriſtum & patet ſententia ex ſupradictis vij. & ix. cap. vſque ibi:*

r Et cum occiderentur. *Ex quo videtur, quòd in illa perſecutione non ſolus Stephanus fuit occiſus, ſed etiam plures alii.*

ſ Detuli ſententiam. *non tamen ſicut iudex, quia Paulus tunc non erat iudex, ſed adhuc iuuenis. ſed quia ſententiam datam a principe ſacerdotum & aliis ſenioribus deferebat executoribus, vnde ſupra in fine vij. cap. dicitur, quòd teſtes depoſuerunt ueſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus, & lapidabant Stephanum &c.*

t Compellebam blaſphemare. *id eſt negare Ieſum Nazarenum eſſe Chriſtum.*

u Et amplius inſaniens in eos. *nam non faciebat ſana mente, ſed errore.*

x Perſequebar vſque ad exteras ciuitates: *quæ ſunt extra Iudæam, ſicut patet de Damaſco, quæ eſt in Syria, ſicut dicitur Eſa. vij. b. Caput Syriæ Damaſcus.*

y In quibus. *Hic conſequenter narrat conuerſionem ſuam mirabilem. et primo eam narrat. ſecundo ad propoſitum applicat, ibi: Hac ex cauſa. prima pars patet ex dictis ſupra ix. cap. vſque ibi:*

z Omneſque nos cum decidiſſemus in terram. *Hic ſuppletur, quod ſupra ix. & xxij. omittitur ſcilicet de caſu ſociorum Pauli cum eo. non tamen ibi dicitur, quod ſolus Saulus cecidit ſed caſus aliorum non exprimitur. cætera patent ex dictis ſupra ix. cap. vſque ibi:*

a Ad hoc enim apparui tibi. *in raptu.*

b Vt conſtituam te miniſtrum & teſtem eorum. *quæ uidiſti & audiſti. Iſtud enim eſt efficax teſtimonium ſcilicet per uiſum & auditum.*

c Et eorum, quibus apparebo tibi: *ſicut in hoc libro leguntur plures apparitiones diuinæ & reuelationes Paulo poſtea factæ.*

d Vt conuertantur. *a tenebris errorum.*

§ Ad lu-

*Phariſæorum, Saducæorum & Iudæorum diſſenſio* — 3. Reg. 17. 4. Reg. 4. — *Diuiſio* — † Sup. 9. a. & 22. b — † in quos ambos.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Inſanis Paule*. Be. Inſaniam putat, q homo uinctus loco defendendi accepto non de calumnia, qua premitur, ſed de conſcientia, qua gloriatur, ſermonem facit, & reuelationē qua de perſecutore mutatus eſt in apoſtolum, percurrit. Inſuper diſpenſationem redemptoris, reſurrectionem mortuorum concionātis habitu differit. Sicut uero ſtulta amentia eſt, q filius patrem deſerēs porcos pauit, ſic ſpiritualis eſt amētia. de qua Paulus ait: Sine mente excedimus, ſiue ſobrij ſumus Deo. Et propheta: Non reſpexit in vanitates & inſanias falſas.

b *Multæ te lit. &c.* Ra. Philoſophi Gentiū multa legēdo ſectas cōmutabant.

c *Ad inſ.* Rab. Mutabilitatis. Vel inſaniam dicit reſurrectionem mortuorum, quam annunciat.

d *Scio quia cr.* Bed. Hoc non adulando, ſed vere locutus eſt. Agrippa enim ritu Iudæorum & legibus imbutus credebat prophetas uera dixiſſe, ſed ignorabat ad Chriſtum illam veritatem pertingere, quamuis in concione quadam cum Iudæis habita dixiſſe legatur: Sed de religionis auxilio præſumitis, cum iam orbem diſcipuli Ieſu repleuerint, haud ſine Dei nutu putamus illam creſcere religionem.

## NIC. DE LYRA.

a Ad lu. *fidei Chriſtianæ*.

b Et de poteſtate ſathanæ. *in qua detinentur captiui per idololatriam.*

c Ad Deum. *per latriam.*

d Vt accipiant re pec. *p gratiam in præſenti.*

e Et ſortem inter ſanctos. *per gloriam in futuro. Et quia hæc acquiruntur per veram fidem, ſubditur:*

f Per fidem quæ eſt in me. *tanquam in redemptorem hominum & glorificatorem.*

F

g Vnde rex non fui in. *quod eſt nefarium. Omnia vero prædicta narrauit Paulus, ut Agrippa magis ſibi crederet.*

h Sed his qui ſunt Damaſci pri. *ut patet, ſupra ix.*

i Et Iero. *Non immediate poſt Damaſcum, ſed prius luſtrata Arabia redijt Paulus Damaſcum. & inde venit Ieruſalem annunciās ibi Chriſtū, vt dictū eſt ſupra cap. ix. & xxij.*

k Digna pœnitentiæ opera fa. *vt ſecundū quantitatem delictorum ſit quantitas bonorum operū. Vnde dicit Gre. Tanta dēt quiſq; a ſe licita reſcindere, quanta ſe meminit illicita perpetraſſe.*

l Hac ex cauſa. *Hic conſequenter narrationem ſuam applicat ad ſuam intentionem. ſ. q captus fuerat ligatus propter ſuam iuſtitiam, di. Hac ex cauſa. ſcilicet quia annunciabam Iudæis & Gentibus conuerſionem ad Deum per pœnitentiæ opera.*

m Me Iudæi cum eſſem in temp. *in loco deuotionis, & non contentionis.*

n Comprehenſum ten. *volentes me interficere, vt habetur xxi. cap.*

o Auxilio au adiu. Dei. *me protegentis.*

p Vſq; in hodiernum diem ſto. *firmus & conſtans in ſancto propoſito.*

q Teſtificans minori atq; ma. *i. indifferenter omnibus fidem Chriſti.*

r Nihil extra dicens &c. & Moy. *qui prędixit de Chriſto futuro, & impleta ſunt in Ieſu Nazareno.*

ſ Si paſſibilis Chriſtus. *Hic accipitur ſi pro quia. hoc enim dixerunt prophetæ, ſicut declaraui in pluribus locis exponendo libros eorum. Et vnum replico, quod habetur Eſa. liij. quod totum intelligitur ad literam de Chriſto. ſicut ibi fuit declaratum. & ibi dicitur de ipſo: Tanquam ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet &c. Similiter Moyſes hoc prædixit per ſacrificia legis: & potiſſime agni Paſchalis, ſignificans Chriſtum pro ſalute mundi immolandum. propter quod Iohannes Baptiſta Ieſu Nazareno dixit: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Similiter Moyſes ſcribens prophetiam patriarchæ Iacob. Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus eſt &c. quæ prophetia dicitur ad literam de Chriſto, vt ibidem fuit declaratū. & ſic Moyſes ſcripſit ipſam tribum Iuda ſecundum carnem naſciturum, & per conſequens carnē paſſibilem habiturum. Item Deuter. xxxij. c. Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es domini creatoris tui. ſecundum doctores antiquos Hebræos hæc eſt litera: Deum, qui te naſci fecit, debilitabis & obliuiſceris Deum dolorantem tuum.*

C

(¶ Hæ ſunt tenebræ. ¶ i. lucem. ¶ Hæreditatem.)

tur a tenebris ad lucem, & de poteſtate ſathanæ ad Deum, vt accipiant remiſſionem peccatorum, & ſortem inter † ſanctos per fidem, quæ eſt in me. Vnde rex Agrippa, non

(¶ Quia de cœlo eſt oſtenſa uiſio illa.)

fui † incredulus cœleſti viſioni, ſed his, qui ſunt Damaſci primum & Ieroſolymis, & per omnem regionem Iudææ, & Gentibus annunciabam, vt pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes. Hac ex cauſa me Iudæi cum eſſem in templo, comprehenſum tentabant interficere. Auxilio autem adiutus

(¶ Perſeuero, vel in mortem non cado. ¶ Ætate vel perſona.)

Dei, vſque in hodiernum diem ſto, teſtificans minori atque maiori, nihil extra dicens quàm ea, quæ prophetæ ſunt locuti futura eſſe, &

(¶ Si pro quia. ¶ Erit. ¶ Hic ſenſus certus, quæ prophetæ prædixerant & Moyſes. ¶ Quia primus reſurrexit, non iterum moriturus. ¶ Si pro quia.)

Moyſes: † ſi paſſibilis Chriſtus: ſi primus ex reſurrectione mortuorum

(¶ Iſrael.)

lumen annunciaturus eſt populo & Gentibus. Hæc loquente eo, & rationem reddente, Feſtus magna

(¶ Mutabilis es de doctrina in doctrinam.)

voce dixit: † Inſanis Paule: multæ te literæ ad inſaniam conuertunt. Et Paulus: Non inſanio, inquit, optime Feſte, ſed veritatis & ſobrietatis

(¶ Falſitas & petulantia inſaniæ ſunt propria. ¶ Quæ de meipſo & de Chriſto narraui.)

verba loquor. Scit enim de his rex, ad quem & † conſtanter loquor. Latere enim eum nihil horū arbitror, neque enim in angulo quicquā horum geſtum eſt. Credis rex Agrip-

(¶ Hoc ad perſuadendum loquitur. ¶ Quicquid dictum eſt de prædictis uel de Chriſto.)

pa prophetis? Sciò quia credis. Agrippa autem ad Paulum: † In modico ſuades me fieri Chriſtianum.

(¶ i. deprecor Deum vel Chriſtum. ¶ Ætate vel perſona, vt & ſupra.)

Et Paulus: Opto apud Deum † & in modico & in magno, non tantum te, ſed etiam omnes, qui audiunt hodie, fieri tales qualis & ego ſum, exceptis uinculis his. Et exurrexit rex et præſes & Bernice, & qui aſſiſtebāt eis. Qui cum ſeceſſiſſent, loquebantur ad inuicem dicētes: Quia nihil morte, aut vinculis dignū quid fecit homo iſte. Agrippa autem Feſto dixit: Di-

(¶ Chriſtianus ſcilicet. ¶ Non enim opto vinctos eſſe uos. ¶ Solui a vinculis.)

mitti poterat homo hic, ſi nō appellaſſet Cæſarem.

t Si primus ex reſur. mor. *ſi, pro quia: quia primus reſurrexit ad vitam immortalem, ſicut manifeſte prædixit propheta Dauid. Nō derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionē &c. ſicut expoſitum eſt ſupra ca. ij. cap.*

u Lumen annunciaturus eſt po. *Iſrael.*

x Et Gen. *Hoc enim fuit prædictū Eſa. xlix. b. quod ad literam intelligitur de Chriſto, ſicut ibi fuit expoſitum. Parum eſt, ut ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fæces Iſrael conuertendas. dedi te in lucem Gentiū, ut ſis ſalus mea uſq; ad extremum terræ.*

y Hæc loquente eo & rationem red. *Hic conſequenter ponitur reſponſio Pauli ad Feſtum præſidem, qui Paulo loquenti de reſurrectione mortuorum dixit:*

a Inſanis Paule. *quia reſurrectionem mortuorum credebat impoſſibilem tanquam Gētilis propter quod dictum Pauli uocauit inſaniam.*

b Multæ literæ te ad inſaniam conuer. *homines enim circa multas ſcripturas conuertentes uehementer ſuum ſtudium habent aliquando cerebrum turbatum, & organum phantaſiæ læſum, & per conſequens intellectum impeditum, qui in actu ſuo indiget phantaſmate neceſſario.*

c Non inſanio inquit optime Feſte. *Non dixit hoc ex adulatione, ſed quia talis erat modus loquendi cum reuerentia locum imperatorum tenentibus.*

H

d Sed veritatis *euangelicæ.*

e Et ſobrietatis verba lo. *quia non excedebat modum debitæ locutionis.*

f Scit enim de his rex Agrippa, *qui erat inſtructus in lege et prophetis. Cætera patent vſque ibi:*

g In modico ſuades me fieri Chriſtianū. *Quod dupliciter poteſt intelligi. Vno modo negatiue. In modico, id eſt nullo: ſicut frequēter dicitur in communi ſermone. Alio modo affirmatiue. In modico ſuades, id eſt aliquantulum inclinas me ad hoc, ſed non perfecte. & hic ſenſus magis congruit ſequenti literæ, vt uidebitur. Cætera patent.*

h Et exurrexit rex & præſes & Bern. *Hic conſequenter ſuper uerba Pauli habetur collatio, cum dicitur:*

i Qui cum ſeceſſiſſent loque. *ad partem vt ſecretius loquerentur:*

¶ Dicentes

### MORALITER.

✠ ductus curioſitate, quàm pro diſcenda veritate. Reſiduum autem huius capi. eſt narratio Pauli de conuerſione ſua mirabili, de qua dictum eſt ſupra cap. ix. Sequitur:

z *Feſtus magna voce di. Inſanis Pau. &c.* Homines enim excellenter contemplatiui, qualis fuit Paulus, frequenter reputati ſunt a mundanis hominibus amentes & inſani. Tum quia contemnebant mundana: Tum quia multum ardua loquebantur, q̄ mundanis aliena videbantur. vnde iiij Reg. ix. c. ille propheta, qui venit ad inungendū Iehu, fuit reputatus inſanus, propter quod illi, qui cum Iehu erant, dixerunt ei: Quid venit iſte inſanus ad te? Et de domino noſtro Ieſu Chriſto dicitur: Mar. iij. ca. Et exierunt ſui tenere eum dicentes, quia in furorem verſus eſt. Et ſimiliter illi, qui contemptis terrenis vacant diuinæ contemplationi, a multis fatui reputantur.



A ¶ a Dicentes, quia ni mor. &c. *Et inter iſtos ſic dicentes fuit Agrippa primus et principalis, tam propter dignitatem regiam, quàm propter eius ſapiētiam. fuit n. ſapiens valde & eloquens, vt refert Ioſephus. propter quod contulit conclusionem conſilij, di. Feſto,*

b Dimitti po. homo hic, *ſicut innocens. Et hoc modo patet ipſum inclinatum fuiſſe aliquo modo ad credēdū Chriſto: aliter non dixiſſet Paulum innocentem, ſed magis morte dignum tanquam pſeudo Chriſti prædicatorem. Vnde legitur in hiſtoria ſcholaſtica, q imminente deſtructione Iudææ & Ieruſalem per Romanos, Chriſtiani, qui erant ibi, moniti angeli tranſierunt in regnum Agrippæ, qui erat confœderatus Romanis, vt patet per Ioſephum de Iudaico bello, & ibi fuerunt pacifice recepti.*

c Si non ap. Cæ. *Ex quo. n. ad ſuperiorē erat appellatio interpoſita & recepta, & Paulum inſequebatur ut morte dignum pars aduerſa, non poterat eum præſes abſque ſuo periculo dimittere liberum.*

In cap. xxvj. vbi dicitur in Poſtil. Vt conſtituam te miniſtrum & teſtem eorum, quæ vidiſti & audiſti.

C

#### ADDITIO.

Licet in rebus humanis efficax teſtimoniū principaliter eſt per viſum non per auditum, tamen in his, quæ pertinet ad fidem, teſtimonium efficax eſt etiam per auditum. Fides .n. ex auditu, vt ad Rom. x. c. præſertim cum illa, quæ habentur ex auditu. ſ. autoritate ſacræ ſcripturæ, proprie applicantur ad ea, quę videntur: tunc. n. teſtimonium additur magis efficax. Sicut cum illa, quæ credebātur de Chriſto in lege, pſalmis & prophetis, implebantur in eo, tunc auditus & uiſus ſimiliter uerum teſtimonium tribuebant & Chriſto, vnde Lu. xxiiij. f. Oportet impleri ea q̄ ſcripta ſūt in lege, pſalmis & prophetis de me. de qua concordia. ſ. viſus & auditus pſal. dicit: Sicut audiuimus, ita uidimus &c. & de tali viſu & auditu reddebat Apoſtolus teſtimoniū. Pſal. 47. b

## GLOS. ORDINAR. CAP. XXVII.

V*T autem iu. &c.* Be. In græco: Vt iudicatū eſt nos nauigare in Italiam, tradiderunt Paulum & quoſdam alios vinctos centurioni.

b *Hadrumetinam.* Ra. i. ad Romā nauigātē ſm quoſdā. ſed melius deriuatur de noīe ciuitatis Aphricæ, quæ Hadrumetis dicit.

c *Venimus Liſtram.* Bed. Pro Liſtra in Græco Smyrna ſcriptum eſt. Hier. vero Myrrham ponit.

d *Gnidum.* Be. Vel contra Chium. ſed melius in quibuſdam legitur contra Gnidū, quæ eſt inſula contra Aſiam.

e *Iein.* Ra. Fames magna in nauigio, infirmiores reddēs nautas. Alii dicūt quadrageſimam ante natale dñi, quod non eſt probabile. Melius ieiunium ſeptimum putandū eſt, in quo occiſus erat Godolias.

B Vel dies ieiunii decimi in Ianuario, quando cognouerunt in Babylone captiui tēplum eſſe deſtructum.

¶ Portum

## NIC. DE LYRA. CAP. XXVII.

V*T au. iudi. eſt. Habito conſilio de miſſione Pauli ad Cæſarem, hic conſequēter deſcribit Lucas huius conſilij executionem. Et primo deſcribitur Pauli progreſſus. ſecundo ad Romam eius acceſſus, ibi: Poſt menſes autem tres: ca. ſe. Prima diuiditur in tres partes: quia primo ponitur Pauli per mare nauigatio. ſecundo eius naufragatio, ibi: Multo autem tempore. tertio poſt naufragium recreatio. in principio ſequentis ca. Circa primum ſciendum, quòd multa nomina ponuntur hic de quibus aliqui dicunt, q ſunt nomina inſularum, alij ciuitatum maritimarum. Vtrunq; tamen in pluribus habet parum de certitudine: Tum quia ex longitudine temporis multa nomina ſunt mutata villarum, terrarum & inſularum. ſicut Pariſius antiquitus Lutetia dicebatur. Tum quia nomina ſunt æquiuoca, ſicut Babylonia ad illam, quæ eſt in Aegypto & ad illam, quæ fuit antiquitus in Chaldæa. dicitur autem:*

a Vt autem iudicatum eſt naui. *per conſilium prædictum.*

b Et tradi Paulum cum reliq. cu. *id eſt vinctis vel cuſtodia detentis.*

c Centurioni nomine Iulio coho. Aug. *Cohortes autem militum habebant propria nomina, ut qualibet citius cōgregari poſſet ab alijs diſtincta. vnde & illa, cui præerat Cornelius, vocabatur Italica, vt habetur ſupra x. cap.*

d Aſcendentem nauem Hadrumeti. *ſic dictā a ciuitate Hadrumes nomine, quę eſt in Aphrica, vt dicit glo.*

e Suſtulimus. *id eſt a terra retraximus ad altitudinem maris.*

f Perſeuerante no. Ariſtar. *alijs qui cum Paulo venerant Ieruſalem, ut habetur ſupra xx. reuertentibus ad loca ſua.*

g Sequenti autem die venimus Sidonem. *in qua ciuitate Paulus ante prædicauerat.*

## CAP. XXVII.

(¶ Decreuit Agrippa.)

V†T autē † iudicatū eſt eū nauigare in Italiam, & tradi Paulū cū reliquis † cuſtodijs Cēturioni

(¶ A nomine Auguſti, qui milites miſerat.)

nomine Iulio, cohortis Auguſtæ. Aſcendentes autem nauem Hadrumetinam incipiē-

(¶ Non ad italiam, ſed iuxta Aſiæ loca ad Aquilonem nauigare incipiebant.)

tes nauigare circa Aſiæ loca † ſuſtulimus: perſeuerante no-

(¶ Præſide.)

biſcum Ariſtarcho Macedone Theſſalonicenſe. Sequenti

(¶ Egreſſi ſumus Cæſaream. ¶ Ad Aquilonem.)

autem die venimus Sidonem

(¶ Cogitans.)

Humane autem tractans Iulius Paulum, permiſit ad ami-

(¶ In Sidonem vrbem Phœnicis. ¶ Procuratione nauigationis.)

cos ire † & curam ſui agere. Et

(¶ A Sidone. ¶ Ad occidentem.)

inde, cum ſuſtuliſſemus, ſubnauigauimus * Cyprum, pro-

(¶ Ideo Cypro approximauimus.)

ptèrea quòd eſſent venti contrarij. Et pelagus Cilicię & Pāphyliæ nauigantes, venimus

(¶ Ciuitas.)

† Liſtrā, quæ eſt Lydiæ. Et ibi

(¶ Sicut hęc Alexādrina dī, ita illa Hadrumetina.)

inueniens Cēturio nauē Alexandrinam nauigātem in Ita-

(¶ De naui in nauem.)

liā, trāſpoſuit nos in eā. Et cū multis diebus tarde nauigaremus, & vix deueniſſemus con-

(¶ Inſulam. ¶ Ideo tarde nauigauimus.)

tra Gnidūm prohibēnte nos

(¶ Inſula eſt.)

vento, adnauigauimus Cretæ

(¶ Nomen loci. ¶ Salmonem.)

iuxta Salmonem. Et vix iuxta

(¶ In Creta.)

nauigantes, venimus in locū

(¶ A bonitate, vel proprium eſt.)

quēdā, qui vocatur † Boniportus, cui iuxta erat ciuitas Thalaſſa. Multo aūt tempore, cū iā non eſſet tuta nauigatio, eo quòd † ieiunium iam præteriſ-

i Permiſit ad amicos ire. *ad eos ſalutandum et in fide firmandum.*

k Et curam ſui agere. *accipiendo ab eis neceſſaria nauigantibus pro ſe & ſuis ſocijs.*

m Subnauigauimus Cy. *appropiando inſulæ. ſed non ibi deſcendendo, propterea quia uenti eſſent contrarij, qui non permittebant nauem currere verſus Italiam, & ſic declinabant ad latus.*

n Et pelagus Ciliciæ et Pan. na. *hinc & inde euagando.*

o Venimus Lyſtram. *nomen eſt ciuitatis, quæ eſt in prouincia Lyciæ.*

p Tranſpoſuit nos in eam. *vt citius & expeditius veniremus Romam.*

a ¶Malicia propriæ ad interioris hominis prauitatem reſpicit. b ¶Contra iram. c ¶Cum magno honore. ¶Et non ſolo audire ſuſcipite, ſed etiã opere implete: quia non auditores legis iuſti ſunt, ſed factores.

maliciæ, in manſuetudine ſuſcipite b

a inſitum uerbũ, quod poteſt ſaluare

a ¶Et ſi in corpore tentationes vel etiam mortem patimini. ¶Opere.

animas ueſtras. † Eſtote autem fa- c

¶Sine operibus

ctores uerbi, & non auditores tãtum

a ¶Si per ſolum auditum ſaluandos uos putatis.

fallentes uoſmetipſos. Quia ſi quis auditor eſt uerbi, & non factor, hic d

b comparabitur uiro conſideranti uul-

a ¶Corporali, vbi ſola umbra relucet.

tum natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Con- e ſiderauit enim ſe, & abijt, & ſtatim

a ¶Quia non rem, ſed ſolam vmbram uidit: ſic & ille qui habet verborum vmbram, non corpus operis. b ¶Qui ſolo auditu putat ſe ſaluari, fallitur: ſed

oblitus eſt qualis fuerit. Qui autem f

a ¶Audiendo uerbum euangelij.

c perſpexerit in lege perfectæ liberta-

¶Continuatione operis.

tis, & permanſerit, in ea non auditor g obliuioſus factus, ſed factor operis,

a ¶Non in auditu. b ¶In futuro, & ſi hic miſer.

d hic beatus in facto ſuo erit. † Si quis h i

a ¶Non ſolum ſitis factores verbi, ſed & linguam refrenate.

autem putat ſe religioſum eſſe, non K

a Per fidem, quam habet & per opera fidei.

refrenans linguam ſuam, ſed † ſedu- l

a Non intelligens ſe puniendum pro peccato linguæ. b ¶Inutilis: non munda.

cens cor ſuum, huius uana eſt reli- m

a ¶In cordis intentione. b ¶Operis executione.

e gio. Religio munda & immacula- n o

¶Qui non fallitur in diſcernendo ſicut homines, & qui illis pie contulit & retribuit.

ta apud Deum & patrem hæc eſt: ui- p

a ¶Succurere. b ¶Qui carent præſidio patrum & maritorum, de quibus dicitur: quamdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

ſitare pupillos & uiduas in tribula-

a ¶In tempore neceſſitatis. b ¶Qui mundum diligit, immaculatum ſe a ſeculo non cuſtodit.

tione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo.

d Hic co.ui.co. uul. na. *i. vultum ſuum corporalem in quo natus eſt.*

e In ſpeculo. *in quo uidetur vmbratice & imperfecte propter quod talis conſideratio paruam, aut nullam facit impreſſionem. Sic eſt de auditu præceptorum Dei ſine operatione.*

f Qui au.per. in lege per.liber. *i. in lege euangelica, quę dicitur lex libertatis: Tum quia eſt lex amoris. lex autẽ uetus fuit ex timoris. Aug. Differentia legis et euãgelij, timor & amor. timor autem reſpicit conditionem ſeruilem: amor autem liberam. Tum quia lex noua liberat a ſeruitute legis ueteris & onere, vt frequenter dictum eſt ſupra.*

g Et per. in ea. *ſecundum eam uiuendo.*

h Hic b.in fa. *idest in opere ſuo.*

i Si quis. *Hic conſequenter remouet oppoſitum, quia aliqui volebãt uiuere otioſi, credentes quòd eis ſufficeret ad ſalutem ſuſceptio fidei. propter quod hoc improbat di.* Si quis au.pu. ſe eſ.re. *idest verum & perfectum Chriſtianum.*

k Non re.l.ſ. *iactando ſe quòd hoc credere ſibi ſufficit ad ſalutem.*

l Sed ſe cor ſuu. *per falſam opinionem.*

m Hu uana eſt re. *quia non inducit ad finem debitum, ſicut medicina dicitur uana quæ non inducit ſanitatem.*

n Reli.autem, *ſcilicet Chriſtiana.*

o Mun.& im.a.de. *i. accepta apud Deũ.*

p Hæc eſt ui.p. *idest exercere ſe in operibus miſericordiæ erga proximum, & in operibus mundiciæ erga ſeipſum.*

In cap. j. vbi dicitur in Poſtil. Omne gaudium ideſt cæleſte gaudium.

ADDITIO. I.

Ratio autem huius dicti: Omne gaudium æſtimate fratres &c. declaratur in glo. vbi ſic dicitur: Non eſt Chriſtianæ dignitatis in temporalibus exaltari, ſed potius deprimi. Mali nihil habent in cælo, boni nihil in mundo. Sed ſpe H illius boni, ad quod tenditis, quidquid in via contingat, gaudere dẽtis. hæc in glo.

In eod. cap. vbi dicitur in Poſtil. Sit autem omnis homo velox ad audiendum &c.

ADDITIO. II.

Licet hoc quod dicitur: Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum: ſatis propriè intelligatur de auditu a docente & huiuſmodi: tamen videtur etiam hoc documentum ſe extendere ad alias collocutiones humanas, in quibus homo prius debet audire quam loqui, iuxta illud Prouerb. xviij. c. Qui ante reſpondet quàm audiat, ſtultum ſe demonſtrat & confuſione dignum. Et hæc expoſitio magis concordat literæ ſequenti, cum dicit: & tardus ad iram. Ex locutionibus enim inordinatis conſueuit ira prouocari magis quam ex hoc quòd quis ſe ingerat ex officio doctoris.

In eo. ca. vbi dicitur in Poſtil. In ſpeculo, in quo uidetur vmbraticè & imperfectè.

ADDITIO III.

Super illud: Hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuę in ſpeculo. Glo. Sicut talis cõſiderans nõ rẽ, ſed ſolũ vmbrã uidet, ſic ille, qui habet ſolum vmbrã verborũ, non corpus operis.

NIC. DE LYRA.

a Et abun.ma. *i. ira ꝓceſſum & augmentum vſque ad opus iniuſtitiæ, quod intellectum excæcat, vt dictum eſt.*

b In man.ſuſ. *i. verbum fidei, quod debet*

Manſuetudo *mentibus inſeri humanis. Eſt autem manſuetudo quadam tractabilitas mentis: propter quod eſt debita diſpoſitio ad recipiendum impreſſionem verbi diuini, ſicut ceræ tractabilitas impreſſionem ſigilli.*

c Eſto. *Hic conſequenter inducit ad acquieſcendum veritati ipſam opere adimplendo. & primo facit propoſitum. ſecundo remouet oppoſitum, ibi: Si quis autem. Circa primum dicit:* Eſto. autem factores uerbi, & non auditores tantum. *Præcepta enim diuina ſaltem in pluribus ſunt de operabilibus, & ideo non ſufficit auditus, ſed requiritur opus. Propter quod dicit Philoſophus. 1. Eth. qꝫ illi, qui ſunt cõtẽti ſciẽtia morali abſq; opere, ſunt ſimiles illis, qui attente medicos audiunt, ſed nihil faciunt eorum, quæ dicunt. Et ſicut iſti non habent corpus bene curatum, ſic nec illi animam. propter quod de tali auditore ſubditur:*

GLOS. ORDINARIA CAP. II.

FRatres mei. Oſtẽdit qꝫ hi, quib. ſcribebat, fide imbuti, ſed operibus vacui erant: & eleemoſina q̃ ꝑdicabat, non

NICO. DE LYRA. CAP. II.

FRatres mei. *Poſtquam beatus Iacobus informauit fideles ad bene ſe habendum reſpectu ſui, hic conſequenter idem facit reſpectu proximi. Et diuiditur in duas partes. quia primo inducit fideles ad bene ſe habendum erga proximum in collatione boni. ſecundo in euitatione mali, capitu. ſequen. Prima in duas: quia*

Diuiſio *primo facit propoſitum in collatione boni honorabilis. ſecundo in collatione utilis, ibi: Sic loquimini. Ad euidentiam autem primi, duo ſunt præmittenda. Primum eſt, quid ſit perſonarum acceptio. Secundũ qualiter habet locum in exibitione bonorum. Circa primum ſciendum, qꝫ æquitas diſtributiuæ iuſtitiæ in hoc conſiſtit, quòd aliqua diuerſis tribuuntur ſecundum proportionem vel dignitatẽ vniuſcuiuſque. Propter quod ſi in tali diſtributione attendatur ad cauſam propter quam aliquis proportionatur ad tale donũ, fit ſecundum æquitatem iuſtitiæ diſtributiuæ. vt ſi cancellarius Pariſienſis promoueat aliquem ad magiſterium, attendens ad ſuam ſufficientiam ſcientię, per quam efficiatur proportionatus vel dignus reſpectu talis honoris. Si autem attendat ad perſonam tantum, vel ad aliam quamcunque*

CAP. II.

¶Et ut poſſitis eſſe immaculati.

FRATRES MEI



non pauperibus propter æterna, ſed diuitibus, propter tempo- A ralia commoda faciebant. vnde eos redarguit.

a *Nolite.* Q dñs diuites inuitaret ad fidem & pauperes deſpiceret. Nõ ita eſt, qa dñs pauperes elegit in hoc mũdo, & eos fide donauit. Mundus pauperem abijcit, diuitem colit, fides Chriſti ecõtra docet, quia omnis gloria diuitum tanquam flos fœni: miſericordia in pauperes floret in ęternum.

b *Do.g.* Dñm glię noĩat, ut eius iuſſis obediat̃, q ſempiterna glia remunerat qdquid pro eius amore paupibus dat̃.

c *Tu ſe. & c. Tu ſta.* Si hanc diſtãtiã ſedẽdi & ſtãdi ad honores eccliaſtios referamus, nõ eſt putandũ leue eſſe pctũ in pſonarum acceptione hr̃e fidẽ dñi glię. Quis.n. ferat eligi diuitẽ ad ſedẽ honoris ecclię, contẽpto paupe inſtructiore & ſanctiore? Si ãt de quotidianis cõſeſſibus loqtur, qs non hic peccat? Nõ tñ peccat, niſi cũ apud ſemetipſum intus ita iudicat, vt ei tãto melior, q̃to ditior uideat̃. hoc.n. vr̃ ſignificaſſe, ſubdendo: Nonne iudicatis apud voſmetipſis & fa.eſtis iu. &c.

d *Audi.* diligentius attendite, q a nõ q ditiores in ſeculo, hi meliores in examine diuino. & iõ nõ ſunt ꝓferẽdi. Nã Deus non diuites ſed paupes elegit. i. humiles ꝓ cõtẽptu rerũ viſibiliũ: fide aũt inuiſibilium diuitiarum, mũdo deſpicabiles apparent: ſed hos tñ expectatione futuri regni pręclaros reddidit & nobiles.

e *Non. de.* Paupes elegit Deus di. Nolite timere puſillus Grex, quia cõplacuit patri ueſtro dare vobis regnum. Pauperes etiam parentes, quorum nutriretur officio, elegit.

f *Non.di.* Aptius oſtẽdit quos diuites B ſuperius dixerit. ſ. illos, q diuitias Chriſto pferunt, & ipſi alieni a fide eos, qui credunt, per potẽtiã opprimunt: & ad iudicia potentiorum trahunt. Et eſt alia cauſa, quare non ſunt eligendi, quia mala inferunt fidelibus.

g *Blaſphe.* Hęc Apoſtolorum temporibus plures Gentilium & Iudęorum maxime priores feciſſe inueniuntur.

h *Si ta.* Quia aſpere & de cõtẽptu diuitũ locutus erat, & quodammõ contrarius legi diuinę, q̃ oẽs diligi pcipit, ne oĩno cõtẽnẽdi diuites putent̃, ſubdit: Quaſi pp pdictas cãs non ſunt eligendi. Sed tñ ſi perficitis hanc legem quæ dicit: Diliges proximum: benefacitis, quia etſi diuites pp diuitias non ſunt eligendi, non tamen propter Deũ minus ſunt diligendi.

i *Rega* 1. excellẽtẽ. vel qa cõis eſt oĩbus, & oẽs complectitur. Vel quę dicit: Nõ cõfundas perſonam pauperis nec honores vultum potentis. & alibi: Nulla erit diſtantia perſonarum. ita paruum

a Quicunque diuitem propter diuitias eligit, & propter paupertatem pauperem abijcit, vtrobique peccat.

a nolite in perſonarum acceptione ha- a

b bere fidem Domini noſtri Ieſu Chri- b ſti † gloriæ. Etenim ſi introierit in c

¶Alias in conſpectu veſtro.

conuentum ueſtrum uir aureum anulum habens in ueſte candida, introierit autem & pauper in ſordido habitu: & intendatis in eum, qui indutus eſt ueſte præclara, & dixeri d

¶In honeſto loco.

c tis ei: tu ſede hic bene: pauperi autem e f dicatis: tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabel-

a ¶Quod eſt, nonne peccatum operamini?

lo pedũ meorum, nonne iudicatis

a ¶Non a Deo. b ¶Id eſt iudicare debetis apud voſipſos, quod prauæ cogitatis in acceptione perſonarum.

apud uoſmetipſos, & facti eſtis iudi

¶Id eſt humanarum.

d ces cogitationũ iniquarum? Audite g

e fratres dilectiſsimi: Nonne Deus ele h

a ¶Inopes rerum temporalium, ſed.

git pauperes in hoc mundo, diuites i autem in fide, & hęredes regni, quod

¶Non mundana.

repromiſit diligentibus ſe? Vos autẽ

¶Alias in. ¶Dicendo, tu illic ſta.

f † exhonoraſtis pauperẽ. † Nonne di- K

a ¶Auferendo bona, verberando.

uites per potentiam opprimunt uos

a ¶Et ſine culpa faciunt vos condemnari.

& ipſi trahunt uos ad † iudicia? Non l m

¶Etiam. ¶Salutiferum Chriſti.

g ne ipſi † blaſphemant bonum nomẽ

¶Ad protectionem ueſtram.

h quod inuocatum eſt ſuper uos? Si n

¶Gratiæ. a ¶Excel entem inter alias.

i tamen legem perficitis regalem ſe- o

¶i. ſecundum quod ſcriptura teſtatur. a ¶Chane.

cundum ſcripturas: † diliges pro- p ximum tuum ſicut teipſum, be-

a ¶i. pauperes propter paupertatem abijcitis & diuites ad honores propter opulentiam promouetis.

nefacitis. † Si autem perſonas q accipitis, peccatum operamini,

*accedamus ad literam, in qua beatus Iacobus excludit a fidelibus perſonarum acceptionem, per quam indebitè honor exhibetur: & ſic eos reducit ad debitam honoris exhibitionem. In qua ſic procedit: quia primo proponit intentum. ſecundo inducit exemplum ibi. Etenim. tertio probat aſſumptum. ibi: Audite fratres. quarto excludit falſum intellectum, ibi: Si tamen. Circa primum dicit.*

a Noli.in per. *inducendo ad fidem, vel recipiendo ad eam per adminiſtrationem ſacramentorum, vel nutriendo in fide per bonam exhortationem cum perſonarum acceptione. Quod fit quando in iſtis debita cauſa non attenditur, ut patet ex prædictis, ſed indebita. ſ. attendendo ad proprium quæſtum, vel ad alia huiuſmodi: propter quæ prædicta non debent exerceri. Si autem attendatur ad honorem diuinum & eccleſiæ bonum, & deuotionem recipientis fidem vel exhortationem, nõ eſt acceptio perſonarum in talibus ſi prædicta magis exhibeantur aliquibus quam alijs, ſecundum maioritatem deuotionis eorũ uel honoris diuini & eccleſię: Sicut conuerſio Conſtantini ad fidem: ex cuius exemplo valde multi venerunt ad fidem & ex eius facto eſt eccleſia promota & honorata quaſi per totum orbem. Sic etiam laborare ad conuerſionem & nutritionem in fide diuitum & potentum magis quam pauperum, non eſt perſonarum acceptio, attendendo ad bona, quæ ex ipſis prouenire poſſunt magis quam ex pauperibus.*

b Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriæ. *id eſt fidem Chriſti, qui eſt Dominus & dator gloriæ, non ſecundum perſonarum acceptionem, ſed ſecundum meritorum gradus & proportionem.*

c Etenim ſi introierit in con. *Hic conſequenter ponit exẽplũ ad propoſitum de diuite & paupere ingredientibus congregationẽ fidelium in eccleſia. & põt dupliciter intelligi. Vno mo de paupere & diuite infidelibus, qui ſunt ad fidem inducendi. Alio mo de paupere & diuite fidelibus, q ſunt in fide nutriendi. Si igitur pauper infidelis vel fidelis ſic cõtemnatur, ut de eius conuerſione & nutritione in fide parum aut nihil curetur, ſemper eſt peccatum. Similiter ſi diues propter diuitias tãtum in iſtis præponatur, quia utrobiq; eſt acceptio perſonarum. & in his duobus caſibus videtur loqui beatus Iacobus. Si aũt diues præhonoretur, & præponatur in prædictis pauperi non habendo reſpectum ad diuitias præciſe, ſed ad bonum, quod ex eius conuerſione uel nutritione in fide probabiliter æſtimatur prouenire, non videtur eſſe perſonarum acceptio, nec peccatum. Et ſic intelligenda eſt iſta litera, cum ſubditur.*

d Et dixeritis. *ſcilicet diuiti.*

e Tu ſe.hic be. *attendendo ad diuitias præciſe.*

f Pau.au.di. *ipſum cõtẽnẽdo, uel p p paupertatẽ pciſe ipſũ minus honorabilẽ & amabilem Deo indicãdo. iõ ſubditur.* Et facti eſtis iu. cog.ini.

g Audite. *Hic conſequenter probat ſuppoſitũ. ſ. q diues p p diuitias pciſe nõ eſt magis honorabilis, nec pauper propter paupertatem contemptibilis. & hoc dupliciter. Primo diuina autoritate, cum dicitur.*

h Nonne Deus. *ut patet de apoſtolis, tamen a principio elegit aliquos diuites, vt Zachæum & Lazarum.*

i Diui.in fi. *q.d. ei debetis cõformari, & ſic dẽt in eccleſ. fieri, qa pauperes in tpalibus, diuites tamẽ in ſpũalibus ſi ex eorũ ſpũalibus diuitijs magis prouenit honor diuinus & bonum eccleſię, diuitibus in tpalibus ſunt præhonorandi. Scdo hoc idẽ probat ex diuitum auſteritate, dicens.*

k Nonne diuites per potentiam. *in bonis poſſeſſis damnificando.*

l Et ipſi trahunt uos ad iudicia. *ut condemnemini ad mortem in perſonis. hæc enim frequenter fiebant in eccleſia primitiua. Tertio hoc probat de diuitum malignitate di.*

m Non.ip.blaſ.bo.no. *ſ. Ieſu Chriſti, quod ſicut Berna. dicit: Eſt mel in ore, melos in aure, iubilus in corde.*

n Si tamen legem. *Hic remouet falſum intellectum circa præcedentia. Ex his enim quæ dixit de diuitibus, poſſet aliquis credere, quia eſſent a fidelibus odiendi: quod remouet di.* Si tamen legem per. *i. a rege regum datam.*

o Secundum ſcripturas. *ueteris ac noui Teſta.*

p Diligens proximum. *id eſt ad eandem beatitudinem conſequendã. Et nomine proximi intelligitur omnis homo, quia ad imaginem Dei factus, & ad beatitudinem aptus.*

q Si autem perſonas. *accipitis modo prædicto.*

NICOLAVS DE LYRA.

*quamcunq; cãm. quę non facit ad hoc qꝫ proportionetur ad talem honorem, ut quia eſt conſanguineus, cõpatriota, vel diues, vel aliquid hmõi, facit contra æquitatem iuſtitię diſtributiuę, & per conſequens peccat qa non opponitur virtuti niſi vitium. & tale peccatum vocatur acceptio perſonæ ſeu perſonarum. Contingit tamen aliquam æditionem perſonę facere eam dignam reſpectu vnius rei, non tamen reſpectu alterius: ſicut conſanguineitas facit aliquem dignum ut inſtituatur hęres patrimonij, nõ autem vt detur ei magiſterium vel prælatio eccleſiaſtica. Circa ſcdm ſciendum, qꝫ honor datur alicui in teſtimonium virtutis. iiij. Ethi. Et iõ ſola virtus eſt cã debita honoris exhibendi: & hoc contingit dupliciter. Vno mõ virtus propria, & ſic virtuoſo debetur honor. Alio modo virtus aliena. & ſic principes & prælati ſunt honorandi: etiam ſi ſint mali, inquantum gerunt perſonam Dei & communitatis, cui præſunt. Et eadẽ ratione parentes & domini propter participationem diuinæ dignitatis quoniam Deus eſt omnium pater & dominus. Similiter ſenes propter ſignum virtutis, quod eſt ſenectus. Et ſimiliter diuites, quia maiorem locũ obtinent in communitatibus. Si autem ſolo intuitu diuitiarum honorantur, eſt acceptio perſonarum: & ſic peccatum. & ſic loquitur Greg. hom. xxviij. Superbia noſtra retunditur, quę in hominibus non naturam qua ad imaginem Dei ſunt facti, ſed diuitias honoramus. His igitur præmiſſis accedamus*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Ita paruum vt magnum audietis, quia iudicium Dei eſt.

E a *Quicunque au.* Ne putarent contemptibile eſſe peccatum in hac vna re legem tranſgredi, addit. Quicunque:

b *Offendat au.* Vere, q in vno offendit, eſt trāſgreſſor totius legis, quia q peccat, contra autorem legis facit, quē in ſua lege negligit, & cōtra charitatē, q̄ eſt cā & mr̄ totius legis. Hanc ſn̄iam ex ſiſi videamus. Si qs me offenderet oēs fratres & amicos meos in me offenderet et quodammō cōtra oēs peccaret. Sic q unū mādatū negligit, cętera, q̄ completa videbanť adiuuare, ſibi inutilia reddit. Vel aliter: Charitas eſt plenitudo legis, in cuius p̄ceptis tota lex pendet. Qui aūt cōtra charitatē facit, merito oīm reus eſt. Nemo aūt peccat, niſi contra charitatē faciat: qa nec Deū vere diligit, cuius legē negligit, nec ꝓximū ī quē delinqt. Quia ergo ſupius oñderat eos in charitate peccare, qd dīit paupi, tu ſta illic, cōpetēter ſubdit Qui in vno i. charitate offendit (q̄ eſt radix oīm p̄ceptorū) ab oībus p̄ceptis q̄ ſunt quaſi filii charitatis, accuſať. Recōciliato aūt illo vno, in quo offenderat, cętera oīa reconciliant. Cur ergo nō dr̄ paria peccata, neſcio, niſi forte quia magis facit contra charitatem, & magis offendit eccleſiam, qui grauius & minus, qui leuius peccat.

c *Oim re.* Apud Deū, q nihil dimittit impunitū, q ſcit q̄ neceſſariū legē dederit, qui negligit mandatum, credit illud a Deo inaniter inſtitutum.

d *Sic lo.* Q̄ qdē malū eſt diuitē pp diuitias eligi, pauperē abiici, & qa bonū eſt pp Deū ēt diuites diligere, pupillos & uiduas viſitare: ergo ſic loqmini, & ſic facite. Hoc loquēdo & faciēdo curate, ut ꝓximos diligēdo, a Deo

F diligi mereamini, mīam impēdentes, mīa digni exiſtatis. Lex libertatis lex charitatis, quā ſupius regalē vocauit, qua dr̄: diliges ꝓximū tuū ſicut teipſum. qua lege vos Deus iudicat, cum magnā miam donat: qa nō iudicamini p legē pęnarū & ſeruitutis, ſed p legē grē, q̄ ſpontaneos uocat ad pn̄iam & pctā dimittit. Aliter. Grauius iudicať q legē Moyſi q̄ q naturalē cōtēnit. Grauius ēt q legē grę, q̄ q legē Moyſi deſpicit. Q. Bn̄ loqmini, & bn̄ facite, qa ſi negligitis, grauius dānabimini q̄ q fuerūt in tpe Moyſi, qa cui plus cōmittiť, plus ab eo exigiť. Quo plus maiorē qs miam a dn̄o cōſequiť, eo iniuſtius indigenti proximo miſericordiā negat & iuſtius luit pęnas impietatis.

e *Sup.a.* Sicut in iudicio dolebit, q nō fecit miam, ita qui fecit, remuneratus exultabit atq; gaudebit. Aliter *Superexal.* ſupponitur mīa iudicio. In quo inuentum fuerit opus mīę, & ſi habuerit aliquid in iudicio, quo puniatur, tanq̄ vnda opere mīę ignis peccati extinguitur. Aliter *Super.* Plures per mīam colliguntur. ſ. qui mīam præſtiterunt. Beati. n. miſericordes, qm̄ ipſi mi. conſequentur. Hic latius diſputat de operibus miſericordiæ, vt quos præcedente ſn̄ia terruerat, conſoletur docendo quibus remediis expientur quotidiana peccata, ſine quibus non agitur vita, ne illi, qui non in vno tantum, ſed in multis offendunt, in iudicio inueniantur rei omnium.

f *Sic & fi.* Sicut ſola uerba pietatis nudum vel eſurientem nō recreant, ſi non & cibus præbeatur & veſtis, ita fides verbotenus ſeruata non ſaluat. Quod legitur, Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. de fide perfecta, quæ per dilectionem operatur, eſt intelligendum.

g *Sed di. quis.* Non ſolū propter prædictas rationes debetis ad bn̄ operandum incitari, ſed ēt propter hoc, ne improperiū ab aliis patiamini, qa aliquis aſſumpta fiducia de ſuis operibus, vt oſtēdat ſolā fidem nō ualere, impropērādo dicet, tu fi. &c.

h *Tu cre.* Probauit eos, q opera non habent, veram fidē nō habere, nunc cuiuſmodi fidem habeant, patefacit, ne illam talem fidem magnifaciant.

Et dæmo.

† redarguti a lege quaſi tranſgreſſo- a
a res. † Quicūq; autem totam legem b

a ¶Seruare in animo propoſuerit. b ¶Non ex humana fragilitate, ſed reputando leue eſſe.

b ſeruauerit, offendat autem in uno,
c factus eſt omnium reus. Qui enim c
dixit: non mœchaberis: dixit & non occides. Quod ſi non męchaberis, oc

a ¶Et ita contemptor legiſlatoris.

cides autem, factus es tranſgreſſor

a ¶Proximis. b ¶Ita eſtote miſericordes proximis. ſicut Deus vobis.

d legis. Sic loquimini & ſic facite, ſi- d e
cut per legem libertatis † incipientes f

a ¶Debetis miſericorditer agere, Nam qui potuit & non fecit miſericordiam antequam iudicaretur: ſine miſericordia iudicabitur.

iudicari, † Iudicium enim ſine miſe- g
ricordia illi, qui non facit miſericor-

a ¶Superponitur iudicio, & quaſi illuminat iudicium, quod eſt cum miſericordia: per ipſam enim miſericordiam commendabilius eſt, & magis placet.

e diam. Superexaltat † autem miſeri- h

a ¶Vel o. b ¶Debetis bene agere, quia falluntur qui ſolam fidem ſufficere credant.

cordia iudicium. Quid proderit fra- i
tres mei, ſi fidem quis dicat ſe habe-

a ¶Cum habeat tempus operandi.

re, opera autem non habeat? Nun-

a ¶Fides ſine operibus mortua eſt, ſed quę per dilectionem operatur, ſaluat.

quid fides poterit ſaluare eum? Si k
autem frater & ſoror nudi ſint, & indigeant uictu quotidiano, dicat autem aliquis ex uobis illis: Ite in pace, calefacimini & ſaturamini, non dederitis autem eis, quæ neceſſaria

a ¶Illis charitas ueſtra.

f ſunt corpori, quid proderit? † Sic &

¶Vel ſine operibus. a ¶Quibus reuiuiſcat.

fides ſi non habeat opera: mortua

a ¶Contra ſeipſam, quod enim verbis promiſit, non implet. b ¶Irridendo. ¶Vobis. ¶Aliquis.

g eſt in ſemetipſa. Sed dicet quis: Tu l m

¶Sine operibus. a ¶Fidei.

fidem habes, & ego opera habeo.

a ¶Quia non habes opera, ſi potes oſtende per aliqua certa ſigna, ut credam te eſſe fidelem, ſed non poteris, cum deſint opera.

Oſtende mihi fidem tuam † ſine ope n

a ¶Sed ego per opera q̄ habeo, poſſum probare me eſſe fidelē.

ribus, & ego oſtendam tibi ex ope-
h ribus † fidem meam. Tu credis o

¶ a Redar. a le *Deu. 1. c. Ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiuſque perſonam. Et ſubdit malum, quod inde ſequitur, cum dicitur.* G

b Quicun. au. *quod eſt intelligendum de pœna damni, quæ eſt carentia diuinæ viſionis, quam incurrit homo per vnam tranſgreſſionem legis diuinæ: quia peccatum mortale eſt tranſgreſſio legis diuinæ. ſed pęnam ſenſus incurrit grauiorem, qui plures tranſgreſſiones facit. Et quòd de pęna damni intelligatur, litera ſequens oſtendit cum dicitur.*

c Qui enim dixit, non mœchaberis: *Ab vno enim Deo ſunt omnia. propter quod per vnius tranſgreſſionem offenditur, & per conſequens eius viſio tollitur.*

d Sic loquimini. *Hic conſequenter beatus Iacobus informat fideles de collatione boni vtilis, quæ conſiſtit in operibus miſericordiæ. Et diuiditur in duas partes, quia primo facit propoſitum, ſecundo remouet oppoſitum, ibi: Quid proderit. Circa primum dicit:* Sic loquimini & ſic facite. *vt opera veſtra ſint verbis conformia. & qualiter, ſubdit:*

e Sicut per legem. *id eſt legem euangelicam.*

f Incipientes iudicari. *id eſt ad iudicium futurum debite diſponi, vbi dabitur ſententia beatitudinis conſequendæ pro operibus miſericordiæ, Mat. xxv. c. Venite benedicti patris mei &c. & ſubditur: Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare &c.*

g Iudicium enim ſine miſericordia. *Mat. xxv. d. Ite maledicti in ignem æternum. Sequitur: Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare &c.*

h Superexaltat autem miſericordia iudicium. *Nam in caſibus dubiis inter iuſtitiam & miſericordiam, ſemper declinandum eſt ad partem miſericordiæ. Vnde dicit Rab. Sa. ſuper Exo. quòd apud Hebræos fuit antiquitus conſtitutum, quòd ſi maior pars iudicum in vno condemnet aliquem ad mortem, non propter hoc eſt interficiendus, ſed expectanda eſt maior deliberatio. Si autem maior pars in vno liberet eum, eſt liberandus.* H

i Quid proderit. *Hic conſequenter remouet oppoſitum, ſcilicet quòd fides ſine operibus miſericordiæ valeat ad ſalutem. Et remouet primo per rationem. ſecundo per exemplum, ibi: Vis autem ſcire. Circa primum ponitur quadruplex ratio. Prima accipitur ex defectu talis fidei. & eſt talis. Illud, quod eſt mortuum ſpiritualiter, non poteſt ſaluare æternaliter: Fides ſine operibus eſt huiuſmodi, quia viuificatur per charitatem. Amor autem Dei nunquam eſt ocioſus: Operatur enim magna ſi eſt, ſi autem operari renuerit, amor non eſt, vt dicit Greg. Homel. xx. Et hoc eſt intelligendum habita oportunitate operandi. propter quod fides, quæ per dilectionem non operatur, mortua eſt, & ſic inefficax ad ſalutem. & hoc eſt quod dicit:* Quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat. *quaſi dicat nihil proderit ad ſalutem.*

k Si autem. *Hic ponitur ſecunda ratio, quæ accipitur ex ſimili. Fides enim ſine operibus ſimilis eſt verbo ſine intellectu. Sed tale verbum nihil prodeſt: ſicut ſi aliquis dicit famelico, vade & comede & non det ei aliquid ad comedendum. tale verbum nihil prodeſt: ſed magis eſt fruſtratorium & deriſorium. & hoc eſt, quod dicitur:* Si autem fratres, et ſoror nudi ſint. *& patet ex dictis litera.*

l Sed dicet quis. *Hic ponitur tertia ratio, quæ accipitur ex opprobrio, quod poteſt inferri alicui ſic credenti: quia non poteſt oſtendere fidem ſuam ſi requiratur, quæ non verbis, ſed operibus vere oſtenditur. & hoc eſt quod dicitur:* Sed dicet quis. *id eſt poteſt dicere rationabiliter improperando ſic credenti.*

m Tu fidem habes *ſecundum dictum tuum.*

n Oſtende mihi fidem tuam ſine ope. *quaſi dicat, non potes: ſed ego potero, qui opera habeo.*

o Tu credis. *Hic ponitur quarta ratio, & accipitur ex dæmonibus, qui credunt ex euidentia ſignorum, & contremiſcunt timore pœnarum & tamen hoc non ualet eis ad ſalutem: quia non poſſunt agere opus meritorium, & ſimiliter ſuo modo fides, quæ non operatur per dilectionem non proficit ad ſalutem.*

¶ Vis au.



a *Et dæ. cre.* Scriptum eſt, Exibant dęmonia ab hominibus cla
A mantia & dicētia, qa tu es filius Dei, ſed & legio, q̄ hoīem obſidebat, timēs clamabat. Quid mihi & tibi fili Dei ſummi? Adiuro te per Deū, ne me torqueas. Qui ergo Deū non credunt, vel creditū nō timēt, dæmonibus tardiores & ꝑteruiores ſūt.

b *Vis au. ſc.* Probato q fides ſine operibus mortua eſt, vt euidentius ad bonam operationem inuitet eos, elegās exemplum bonæ operationis Abraham patriarchā ꝓponit illis, q de circuncisione crediderant, ut bonum patrem quaſi boni filii imitentur in tentatione & in operatione.

c *Abra. p. n.* Quod Abraham p fidem ſine operibus iuſtificatus dr̄, de operibus, quæ præcedebant, intelligitur: qa per opera, quæ fecit, iuſtus nō fuit, ſed ſola fide. hic de operibus agitur, quæ fidem ſequuntur, per quę amplius iuſtificatur, cum iam per fidem fuiſſet iuſtus. vn̄ Paulus. Fide Abraham obtulit Iſaac cum tentareť. Hęc oblatio eſt opus & teſtimonium fidei & iuſtitię. Paulus in Abraham fidei conſtantiā: Iacobus laudat operum magnificentiā. qa vtroq; fuit perfectus Abraham, & de vtroq; in exemplum proponiť.

d *Offe. fi.* Magna tentatio, cū filiū iubebatur occidere. magna fides, cum etiā de mortuo credebat ſe poſſe ſemen accipere. Magnum opus, cum dilectiſſimum non dubitaret offerre.

e *Vides.* Quia obtulit illum, in quo acceperat ꝓmiſſionem, apparet magna virtus fidei: quia etſi eum offerret, credebat promiſſionem implēdam, quia potentem credebat Deum etiam ſuſcitare mortuum.

f *Cre. Abra.* Aug. Aliud eſt credere in Deum, aliud credere Deo, aliud cre-
B dere Deum. Credere illū, eſt credere q ſit Deus. Credere illi, eſt credere vera eſſe, q̄ ille dicit. Credere in illū, eſt tendere cum charitate in illū. Primū & ſecundum, dęmonum & multorum malorum eſſe non dubitatur. Tertium tantum eſt bonorum.

g *Simi.* Ne cauſareņt opa tanti p̄ris ſe imitari non poſſe, p̄ſertim cum modo nullus cogat filios offerre, addit exēplū peccatricis mulieris, quæ per opera miſericordiæ & hoſpitalitatis ſoluta eſt a peccatis. & aſcripta ciuis Iſraelitici populi: & annumerata in generationibus Saluatoris.

h *Raab.* Latitudo, quæ ſignificat eccleſiam fide dilatatā. Huius exemplo monet patrię pereuntis interitum cauere, per opera miſericordię nuncios Chriſti ſuſcipere & ſeruare, & ad Ieſum remittere, ſicut legitur beatus Gamaliel feciſſe.

a ¶Non improbo, ſed non ſufficit.

a quoniā eſt unus Deus: benefacis. Et

a ¶Ne putes quod aliquid magnum facias: nam & de. b ¶Vnum eſſe Deum. c ¶Quod plus eſt.

dęmones credunt, & contremiſcūt.

¶Non ſolum rationibus, ſed etiam exemplo & autoritate vtar. ¶Sine operibus.

b Vis autem ſcire o homo inanis, quo a b c
niam fides ſine operibus † mortua

a ¶Licet Abraham per fidem, quam habebat, iuſtus erat tamen per opera, quę habebat & addidit, amplius eſt iuſtificatus, quę niſi feciſſet, meritum pręcedentis fidei amiſiſſet.

c eſt? Abraham pater noſter nonne d

a ¶Ex his. ſ. ¶Id eſt offerre volens.

d ex operibus iuſtificatus eſt, offerens e

a ¶Arbitrabatur enim quod & mortuos potens eſt ſuſcitare Deus.

e filium ſuum Iſaac ſuper altare? Vi- f

a ¶Per fidem ante erat iuſtus, & fides duxit ad opera: & per opera fides ipſa eſt augmentata & comprobata, & ita per illam fidem, quæ duxit ad opera, apparet veritas ſcripturæ credidit filium promittenti, & eundem immolare iubenti.

des quoniam † fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides g
conſummata eſt? Et † ſuppleta eſt h
f ſcriptura dicens: † Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſticiam, et amicus Dei appellatus eſt.

a ¶Quia ſic eſt in Abraham. b ¶Fidei.

Videtis quoniam ex operibus iuſti- i

a ¶Qui habet tempus operandi. b ¶Sine operibus.

ficatur homo, & non ex fide tan-

a ¶Non ſolum Abraham per maiora opera, ſed etiam Raab per minora opera eſt iuſtificata.

g h tum. † Similiter & Raab meretrix, k
nonne ex operibus iuſtificata eſt,

a ¶Ioſue. b ¶Ne a viris ciuitatis occiderentur.

ſuſcipiens nuncios, & alia uia eii- l

¶Vere Abrahā per opera fidei iuſtificatus eſt, quia ſine operibus non fuiſſet iuſtus etiam ipſe Abraham nedum alii.

ciens? Sicut enim corpus ſine ſpiritu m
mortuum eſt, ita & fides ſine operi- n
bus mortua eſt.

*eius obedientia offerendo filium. propter quod dictum fuit ſibi a domino. Nunc cognoui, quòd timeas dominum. id eſt cognoſcere feci alios. Notitiæ enim Dei nihil accreſcit de nouo.* C

h Et ſuppleta eſt ſcriptura dicens: Credidit Abraham Deo. *Hoc enim dictum fuit Abrahæ: non ſolum antequam offerret Iſaac ſed etiam antequā natus eſſet. Sed ex oblatione Iſaac ſcriptura illa dicitur eſſe ſuppleta, inquantum per hoc magnitudo fidei Abrahæ fuit aliis declarata, ut dictum eſt. et ſic concludit intentum.*

i Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo. *Ita quòd utrunque eſt neceſſarium ad iuſtificationem. Nam ſi fides, quæ non operatur per dilectionem, mortua eſt & informis. & iterum opera ſine fide non ſunt Deo placentia, ut prædictum eſt.*

k Similiter & Raab. *Hic ponitur ſecundum exemplum de Raab, quæ ex fide unius ueri Dei ſaluauit exploratores Iudæorum, ut habetur Ioſue. ii. & per hoc appoſita eſt ad populum Iſrael Ioſue. vi. & conſecuta eſt ſalutem ex fide ſimul et operibus. & hoc quod dicit* Similiter & Ra. *& patet litera ex dictis uſque ibi.*

l Et al. u. *Recepit enim eos per ianuam, & emiſit per feneſtram, & ſuaſit eos declinare ad montana, ne reperirentur a perſecutoribus in ſtrata publica. Et ſic infertur concluſio intenta cum dicitur.*

m Sicut enim cor. *qui dat uitam corpori.*

n Ita & fi. ſine oper. *i. ſine dilectione operante, quæ eſt uita animæ. 1. Ioban. iii. c. Tranſlati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus &c.*

## NICOLAVS DE LYRA.

a Vis au. ſci. *Hic conſequenter dictum errorem remouet per exemplum duplex. Secundum ponitur ibi: Similiter autem. Primum eſt ipſius Abrahæ, quod proponit inuehēdo contra aduerſarium di.* Vis a. ſc. per exēplū.

b O homo inanis. *Dicitur autem res inanis, quæ non conſequitur finē debitum. ſicut medicina, quæ non inducit ſanitatem, & eadem ratione homo, qui per opera bona non conſequitur beatitudinem.*

c Quoniam fides ſine operibus mor. eſt. *q. d. non oſtendam tibi per exemplum patris noſtri Abrahæ. ideo ſequitur.*

d Abra. pa. no. non ex o. iu. *q. d. ſic. Sed contra hic uidetur dictum apoſtoli Ro. iiii. a. Si enim Abraham ex operibus legis iuſtificatus eſt, habet gloriam, ſed non apud Deum. Et ibidem. iii. c. Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro. Dicendum, quòd apoſtolus loquitur ibi contra illos. qui opera ceremonialia legis dicebant eſſe neceſſaria ad ſalutem: quę tamen iam ceſſauerant in morte Chriſti quantum ad efficaciam.*

e Offerens. *Hic conſequenter ponit exemplum de obedientia Abrahæ ad Deum, procedente ex magna Dei dilectione, quæ ſemper manet efficax ad ſalutem. cum dicitur:* Offe. fi. ſu. Iſa. ſu. al. *Gen. xxii. paratus illum immolare ex fide & dilectione ad Deum, vt habetur Hebr. xi. credens, quòd a mortuis poſſet eum ſaluare Deus. ideo ſubditur.*

f Vides quo fi. co. ope. illius. *quæ non eſſent meritoria ſine fide, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, Heb. xi.*

g Et ex operibus fi. conſummata eſt. *Habitus enim firmatur & manifeſtatur per opera. Et ſimiliter magnitudo fidei Abrahæ apparuit ex eius obe-*

In ca. ii. vbi dicitur in Poſtilla: Quicunque autem totam legem ſeruauerit: offenderit autem in vno, &c.

## ADDITIO I.

D In hoc quod dicit Apoſtolus: Quicunque offenderit in uno, factus eſt omnium reus, non videtur loqui de pœna damni tantum, cum de diſtinctione inter pęnā damni, & pœnam ſenſus nulla fit mentio in hoc loco, nec in præcedētibus, nec in ſequentibus. In hoc etiam, quod ſequitur. Qui enim dixit, non mœchaberis, dixit & non occides. non habetur nec innuitur talis diſtinctio. vnde expoſitio Poſtil. de hoc quod dicitur: Qui offenderit in uno &cæter. non uidetur propria, ſeu literæ conſona: licet quod præſupponit, uerum ſit. & ideo aliter videtur dicendum. Ad quod ſciendum, quòd præcepta diuinæ legis præſertim negatiua quæ obligant ad ſemper & pro ſemper, de quibus hic agitur, copulatiue ſunt intelligenda, ſic q ad omnia ſeruanda omnes obligantur. Vnde qui in uno offendit, manifeſtum eſt, quòd non omnia ſeruat: ad quorum omnium obſeruationem tenetur: & ideo factus eſt omnium reus, id eſt reus tanquam ille, qui non omnia ſeruauit vt tenetur. Et hoc videtur dicere glo. vbi ſic: Reus eſt apud Deum, qui nihil dimittit impunitum, qui ſcit quàm neceſſariam legem dederit, qui negligit mandatum, credidit illud inaniter a Deo datum. hæc in glo. Ex quo habetur, quòd qui offendit in uno oſtendit ſuo facto non eſſe neceſſariam totam legem, & ſic totius legis eſt reus. Et notandum, quod beatus Iacobus in hoc docet contra falſam doctrinam Phariſęorum, qui legem diuinam falſo interpretantes communiter tenent, q ille, qui plura mandata numero ſeruat, & tamen in paucis trāſgreditur, nihilominus eſt iuſtus apud Deum, eo q Deus (vt dicunt) iudicat hominem ſecundum pluralitatem vel paucitatem meritorum & demeritorum. ita q ille, qui plura opera meritoria fecit, ēt ſi pauca aliqua numero demeritoria poſtea committat, non propter hoc eſt iniuſtus apud Deum. Quod manifeſte ponit Ra. Moy. in ſuo Deut. in ti. 1. de pęnitentia. & ſic alii tenent communiter. Quæ quidam doctrina falſiſſima eſt & erronea. Legitur enim Deu. xxvii. d. inter maledictiones, quæ ibi ponuntur contra tranſgreſſores legis vltima: Maledictus, qui non permanet in ſermonibus legis huius nec eos perficit. Ex quo patet, q per tranſgreſſionem vnius præcepti non perficitur lex. & ſic incurritur illa maledictio. Idem habetur expreſſius Ezech. xxiii. c. ubi ſic. Etiam ſi dixero iuſto, q vita uiuat, & confiſus in iuſticia ſua fecerit iniquitatem, omnes iuſticiæ eius obliuioni tradentur. Et ſic patet, q Phariſaica doctrina in hoc ſicut in aliis quam pluribus deuiat a veritate ſacræ ſcripturæ. & de hoc docet nos Apoſtolus in dictis verbis, vt prædictum eſt &c.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

In eod. capit. vbi dicitur in poſtill. Superexaltat autem miſericordia &c.

ADDITIO I.

Hoc qđ dr̃. Superexaltat aũt mĩa iudicium, aliter, & magis proprie exponitur in glo. vbi ſic ſupraponitur, miſericordia iudicio, quia iudicium, quod eſt cum miſericordia, per ipſam miſericordiam commendabilius eſt, & magis placet. hæc in Glo. Quod autem Poſtil. allegat de Ra. Sa. eſt vna de iniquitatibus Thalmudicis, quibus irritum faciebant mandatum Dei propter traditiones ſuas, vt largius fuit dictum in additione ſuper Iſa. xxxiiij. & Zac. v. G

## GLOS. ORDINAR. CAP. III.

N*olite.* Sicut monui vos ad opera facięda, ſic moneo ad vitanda ſtulta magiſteria. N*oli. plu.* Multi fuere temporibus apſtorum, q deſcendentes de Iudæa Antiochiam, nõ bñ eruditi in lege fidei, docebãt creuẽtes ex Gẽtibus debere circũcidi & alios errores inducebãt, q̃ veris p̃dicatoribus nõ paruũ laborem q̃onis cõtulerũt. Hos ergo ab officio uerbi remouet, ne impediãt veros p̃dicatores.

Mat. 23. a / Prou. 24. b — *b Ma. m.* Qui indoctus officium docẽdi vſurpat, & Chriſtũ non ſinceriter nunciat, maiorem damnationem meret̃, q̃ ſi ſolus ſuo ſcelere periret. Si cut contra, qui bene miniſtrat, gradum ſibi bonum acquirit.

*c In mu.* Vere periculoſum eſt, qa nõ tm̃ vos minus eruditi, ſed nos oẽs prędicatores ẽt maiores in multis offendimus: alij male docẽdo, alij male viuẽdo, & alijs modis. Se illis cõnumerat, ut liberius arguat. Aliter iuſtus, aliter malus offendit. Iuſtus carnis fragilitate, nec iuſtus eſſe deſinit. vñ Salomõ: Septies in die cadet iuſtus, & reſurget. Sicut quotidiana eſt offenſio, ita quotidiana eſt medela orationum & bonorum operum. Sed impij corruunt in malum.

*d Si qs.* Vult oñdere ineuitabilẽ uerbi offenſionẽ, vt imperitos deterreat, ne cupiant p̃lationẽ, qa q cupit præeſſe, F oportet aliis pfectiorẽ eſſe, ne offendat dũ dẽt prodeſſe. ſed imperiti non poſſunt in prædicando nõ offendere.

*e In ver.* illo videlicet, cuius offenſionẽ humana p̃t vitare fragilitas. Vt verbũ doli, detractionis, ſupbię, iactãtię, ſed & ocioſæ & ſuperfluę locutionis.

*f Si a fr. e. in.* ſubaudis, & in ora nr̃a multo magis debemus mittere. Quidam libri hẽt: Sicut ãt frenos e. &c. & cõiũgit ad ſeq̃ntia Si ãt fre. eqs in ora mittimus &c. ita & lingua mo. q m. ẽ, & magna ex. Siñtudo de eqs ad linguã, cõueniẽtiã & facultatẽ refrenãdę linguæ oñdit. Similitudo de nauibus, ẽt p̃miũ cõtinentiæ vel penam incontinẽtiæ pponit, dum dicis linguã magna exaltare. Allego. Magnę naues in mari, mẽtes hoĩm in mũdo, venti a qbus minant̃, appetitus mentiũ, p quos naturalr̃ cogunt̃ aliqd agere, p qđ perueniãt ad bonũ finẽ, vel ad malũ. Gubernaculum, cordis intẽtio, qua boni tranſgreſſis ſeculi fluctibus ſalutis portũ petũt, reprobi quaſi Scyla vel Charybdi intereunt. Et quia ex abundantia cordis os loquitur, recte ſubiungit: Ita & lingua mo.

*g Et ma. e.* p̃mia, ſi impetus dirigẽtis bñ eã gubernat. Si male, ſibi ſuiſq; magna pditionis exaltat. vñ Salomõ: Mors & vita in manibus linguę. Vitã exaltat, ſi bñ docet eccleſiam. Mortẽ ſi male. Agit̃ nãq; cõtra illos q & uita & ſcientia deſtituti docere præſumebant. *Magna e.* Quidam libri, & magnam exaltat, qa cęterorum verba & ſenſus deſpiciens ſingulariter ſe ſapientem iactat & facundum. Contra quod: Nolite multiplicare loqui ſublimia gloriantes.

1. Reg. 2. a — *h Ecce quã.* Sic & lingua incõtinens magnã materiã bonorũ operum perire facit. Et cum fere ſit impoſſibile vitari peccatum ẽt linguæ a perfectis, nõ quis debet appetere magiſteriũ.

*i Vniuer.* Quia per eam cuncta fere facinora, aut concinnant̃, vt latrocinia, ſtupra: aut patrantur, vt piuria, falſa teſtimonia: aut defenduntur, ut cum quilibet impurus excuſando ſcelus quod admiſit, ſimulat bonum, quod non fecit.

*k Quæ m.* Et qa talis eſt lingua, totũ corpus maculat, & immũdũ facit reputari in cõſpectu Dei. & iõ graue eſt ſubire magiſteriũ: qa *o. in m. v.* vna eſt de mẽbris nr̃is nimis ppĩqua nobis.

*l Inflã. ro.* Cõtaminat totũ procurſum vitæ tpalis quouſq; ad mortem, velut currẽte rota agimur. Vel *ro. na. n.* qa merito primę p̃uaricationis ab interna felicitate piecti, huc illucq; vaga mẽte raptamur, vt vbi periculũ, vbi ſit ſalus ignoremus. Inflãmat̃ n. hæc rota igne linguæ, cum vitium natiuę perturbationis ineptis ẽt noxijs ſermonibus accumulatur.

*m Gehẽ.* diabolus, pp quẽ facta eſt Gehẽna. Sicut gehenna ſp ardet, ſic diabolus vbicũq; ſit, vel ĩ aere, vel ſub terra, ſecũ fert tormẽta ſuarũ flãmarũ, & hac pena cõmotus flãmã vitiorũ ſuggerit hoĩbus, & ea, q̃ eis inuidẽdo ſuggeſſit, p linguę ĩcõtinẽtiã apit. p cætera mẽbra ad effectũ perducere cogit.

*n Omnis e.* Legimus in Plinio immaniſſimam aſpidem in Aegypto a quo dam patrefamilias domitam quotidie, de cauerna ſua egreſſam, & à menſa eius annonam percipere ſolitam. Legimus in Marcellino Tigridem manſuetam factam ab India Anaſtaſio principi miſſam. *Omnis enim.* Lingua prauorum beſtijs ferocitate, volucribus leuitate, ſerpentibus virulentia præcellit. Sunt beſtiales, qui exacuerunt ut gladium linguas ſuas. Sunt volatiles qui poſuerunt in cælum os ſuum, & quorum os locutum eſt uanitatem. Sunt ſerpentini de quibus dicitur: Venenũ aſpidum ſub labiis eorum. Aliter Aliqui beſtiales ſenſu, & opere. Aliqui volucres inſtabilitate. Alij ſerpentes aſtutia nocendi, facilius poſſunt conuerti q̃ lingua a magiſtro refrænari.

*a Ex ip. ore pro.* Alij videntes quod agimus, exemplo noſtro inducuntur, vt ſimiliter benedicant & maledicant.

*b Non opor.* Vere non oportet, vt eodem ore benedicamus de capite. & maledicamus de membris, quia amaritudine maledictionis conſumitur dulcedo benedictionis. Quod per ſimile. Si ſimul miſces dulcem & amaram aquam, per idem foramen exeãt dulcis commixtione amaræ in amaram conuertitur, non amara in dulcem comixtione dulcis. Sic non placet dulcedo linguæ, ſi mixta eſt amaritudini. Modicum enim fermentum totam maſſam corrumpit: Et nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.

*c Nunquid fons.* Aliter: Oportet prædicatorem aliquando amara prædicatione vti, attrahendo, increpando. Quod ſatis difficile eſt, vt diuerſis verbis ad idem tendentibus vtrunque facere poſſit.

B *d Nunquid opor. fr.* Nunquid oportet, vt doctor ſit ficus dulcedine beatitudinis ad quam monet, & dulcibus vtatur verbis, & vt ſit vitis, faciens obliuiſci omnium temporalium, in quo oportet aſperis uti? Sed nũquid idem doctor poteſt eſſe ficus dulcibus attrahendo, & poteſt eſſe vitis aſperioribus ab amore terrenorum retrahendo? difficile eſt. *Sic neque ſal. dul. p. f. aquam.* ideſt aliquis prædicator acriter mordens mores aliorũ in eadẽ doctrina nõ p̃ot eſſe dulcis eiſdẽ.

*e Quis ſa.* Confutatis illis, qui nec vitæ ſanctitatem, nec linguę continentiam hbent, monet illos qui ſibi ſapientes videbantur, vel etiam erant, vt ſapientiam ſuam magis oſtendant diſciplinate viuendo quam alios docendo quia qui pcliuior eſt ad docẽdum quam ad faciendum, aliquando iactantiam, vel contentionem incurrit, vel inuidiam contra alios doctores, & alia multa mala. Non debetis cito effici doctores. quia quis ex uobis eſt adeo ſapiens cognitione & diſciplinatus exercitatiõe, ut audeat magiſterium ſibi aſſumere? Prius diſcat bene operari quàm alios docere, ut conuerſando inter vos exemplum aliorum poſſit eſſe. & hoc in manſuetudine, ne pp ſuam ſapientiã & bonã operationẽ alios deſpiciat.

*f Et menda.* Et nolite mentiri Deo, cui in baptiſmo promiſiſtis abrenunciare pompis diaboli, quod non facitis cum de bonis ſuperbitis.

*g Quæ au.* Hæc eſt manſuetudo, quam ſuperius habendam eſſe præcepit zelo amaritudinis, & contentionibus aduerſa.

*b Primum quidem pudica eſt, deinde.* Niſi primum pudicitia ſedeat in mente, nulla perfectio ſequetur in opere.

Marginalia: Mat. 23. a; Prou. 24. b; labitur; † iactat; † mundus † cumulus; Allego.; Mat. 12. c; Prou. 18. d; 1. Reg. 2. a; † ſumptui ſumus; Pſal. 143. b; Pſal. 13. b; 1. Cor. 5. b; Eccle. 15. b; emittit; † ſoleas † nullus † os falſa & dul.; † æmulatio

## CAP. III.

a ¶ Niſi tantum diſcreti & in ſcripturis edocti. b ¶ vel in pluribus eccleſijs, uel plures in vna ne velitis eſſe magiſtri.

a N† Olite plures magi- a ¶ Quibus bona cupio. ſtri fieri fratres mei, ſcientes quoniam b

¶ Vſurpando magiſterium. a ¶ Quia & in verbo & in cęteris, & ita non ſumus perfecti, quia ille tantum eſt perfectus, qui in verbo non offendit.

b maius iudicium † ſumitis. In multis c
c d enim offendimus omnes. Si quis in d
e ¶ Non alius.
uerbo non † offendit: hic perfectus

a ¶ Qui poteſt offenſionem verbi cauere: poteſt omnia membra corporis, quæ facilius corriguntur ad bona opera circunducere ne a recto itinere diuertantur.

eſt uir. Poteſt etiam fræno † circun- e

a ¶ Conuenit vt in ora noſtra frenos continentiæ immittamus ad conſentiendum noſtro creatori: vt per linguę cuſtodiam operum quoque rectitudinem obtineamus: quia ita eſt in hoc ſimili.

f ducere totum corpus. † Si autem fræ
nos equis in ora mittimus ad conſen
tiendum nobis, omne corpus illorũ

a ¶ Aliam ſimilitudinem ad idem probandum induco.

circunferimus. Et ecce naues cum ¶ Alias valentibus.
magnæ ſint, & a uentis ualidis † minentur, circunferuntur autem a mo
dico gubernaculo, † ubi impetus di
rigentis uoluerit. Ita & lingua mo-
g dicum quidem membrum eſt, & f

a ¶ Quam paruus vel exilis. ¶ Vel ecce modicus ignis.

h magna † exaltat. Ecce † quãtus ignis g h
quam magnam ſiluam incendit. Et i

a ¶ Virtutum ſiluam male loquendo deuorat. ¶ Ipſa eſt.

i lingua ignis eſt, † uniuerſitas iniqui- k l
¶ Inter membra.
tatis. Lingua conſtituitur in mẽbris

a ¶ Peccando & alijs modis.

k noſtris, quæ maculat totũ corpus, & m n
l inflammat rotam natiuitatis noſtræ,

a ¶ Id eſt ſuggeſtione diaboli. ¶ Et vere mala lingua.

m n inflammata a gehẽna. Omnis enim o p

natura beſtiarum & uolucrum & ¶ Quotidie.
ſerpentium & cæterorum doman- ¶ Iam antea.
tur, & domita ſunt a natura humana:

